8 52 J. 183

AVGVSTINI NIPHI
SVESSANI PHILOSOPHI IN ARISTOTELIS LIBROS POSTERIORVM ANALYTICORVM SVBTILISSIMA COMMENTARIA,

CVM DVPLICI TEXTVS TRANSLATIONE Ioannis Argyropili videlicet, & eiuſdem noua, ab ipſo fideliſſime recognitis.

Omnium item Concluſionum, ac notabilium dictorum nouus Index adiectus eſt.

QVAM VERO EMENDATIORA POST OMNES ALIAS, In hac æditione ſint, legenti patebit.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scotum.
M. D. LXV.

I N D E X.

Omnium cõcluſionum, ac Dictorum notabilium, quæ in his cõmentarijs Auguſtini Niphi Sueſſ. ſuper Libros Ariſt. Poſteriorum Analyticorum continentur.

ABſtrahere à ſubiecto quid. fol. 42. col. 2.
Accidentia inſeparabilia an ſint per ſe. 20.2
Accidentia quædam, non aũt oĩa diſponunt quodãmodo nos ad rei exiſtentiæ cognitionem. 61.3
Accidentium idem eſt ſcire ſi eſt, & quia eſt. 71.4
Accidentia quæ per ſubiectum, ſiue rationem ſubiecti definiuntur, per ſe ſecundo modo ſunt. 19.4
Accidentia in abſtracto definiuntur, in concreto vero demonſtrantur. 24.
Accidentia, non ſui, ſed ſubti rõne neceſſaria ſunt. 26.2
Accidentia duplicia ſunt quædam ſeparabilia, quædam inſparabilia, & hæc duplicia ſunt. 29.4
Accidentia ſunt quæcunq; neutraliter inſunt, quomodo habeat veritatem. 20.2
Accidentium inſeparabilium, quæ nõ primo vel ſecundo inſunt modo, demonſtrationes non ſiunt. 29.3.4
Accidentia inſeparabilia, tametſi nõ poſsint ſubiectis ſuis abeſſe, poſſunt tamen intelligi, ac ſic non omnia talia neceſſaria eſſe oporteat. 29.2
Accñia definitionẽ quiditatiuã minime ingrediunt. 71.2
Actus eſt prior potentia ſecundum Ariſto. 55.2
Aequalia vni & eidem inter ſe ſunt æqualia nõ ſimiliter Geometra, Arithmeticus, & Naturalis vt principio vtuntur, ſed contrahunt ipſum ad ſua ſubiecta. 56.3
Affirmatio, & negatio cur immediata dicantur. 53.3
Affirmatio quõ ſit prior negatione vel poſterior. 11.3
A Nè pro ne qñq; intelligitur, & non pro ſed 59.4
Animalia Totipennia & Soſipennia quæ. 85.3
Aliquid põt eſſe idẽ rõne alicui non conuertibile. 67.3.4
Anacharſidis Scythæ dictum de tibicinis. 48.4
Analogorum definitiones quomodo formandæ & inueniendæ ſint. 87.2
Anima eſt naturale deſiderium ad ſciendum. 54.4
Anima apta perfici à ſcientia, quouſq; perfectione indiget, quærit. 54.4
Animalia quæcunque ex putrefactione ſiunt, neq; feminina ſunt, neq; maſculina. 65.1
Arbores paruiſsima folia habentes cur continuo virent, & cum difficultate defrondeſcunt, & habentes lata econtrario. 89.4
Artes Mechanicæ quõ vtuntur doctrina argumẽtatiua, quæ ſit ex præexiſtenti cognitione. 2.2
Auerrois opinio, quòd tres ſint demõſtrationis ſpẽs 48.4
Augumentari, atq; denſari eſt ſyllogizari, quouſq; ad immediata venerimus. 51.3
Augmentatio dr̃ reſpectu termini à quo, pro quãto augetur ſuper illo ſyllogiſmorũ numerus. 51.4
Augmentari eſt tendere ad formam, diminui, ac condenſari eſt ire ad materiam. 51.3
Axiomata ſiue cões dignitates nõ faciunt ſciam. 35.4
Axioma per ſe quõ, & an neceſſarium ſit. 39.1.2
Axioma duplex eſt, alterum contradictionis, alterũ ſimpliciter. 39.2

B

BOnum dicitur per ſe bonum non aliquo ex quatuor per ſe modis declaratis ab Ariſto. 21.3

C

CAtoptricus ita ſe habet ad perſpectiuum, vt perſpe. ad Geometram. 50.2
Captioſi ſyllogiſmi qui dicantur. 8.1.
Cauſa duplex. 70.3
Cauſa vna an per aliã, et quõ demõſtrari valeat. 76.2.3
Cauſa triplex eſt. 21.1.
Cã duplex eſt, quædã propinqua, & quædã remota. 8.1.2
Cauſam quæri in omnibus, quæ medium eſt, non tamen in omnibus eodem modo. 9.2
à Cauſa ad effectum formatur proceſſus demonſtratiuus, contra ſignum vel coniectura neceſſaria. 17.4
Cauſarũ quæ nã & quõ ſimul ſint cũ ſuis effectibus 7.8.3
Cauſatum & verum combinationes quatuor. 31.1
Cauſa, quæ nobis nota, atque manifeſta eſt, dupliciter nota eſſe poteſt. 48.3
Circularis demõſtratio quorum ſit vel non ſit. 80.4
Circularis demonſtratio inconuertibilibus etiam impoſſibilis eſt. 15.3
Cognitio propoſitionis vniuerſalis ex particularibus ſit per inductionem. 66.1
Cognitio rationalis dupliciter ſit in nobis. 5.1
Cognitiones quatuor ſunt: videlicet cognoſcere, reminiſci, diſcere, & inuenire, & quid nam vnaquæq; ſit. 5.2.3
Cognoſcẽdi modus duplex eſt. Alius quo nunc actu cognoſcimus, quod primus actu cognouimus habitu ĩtercipiẽte, ſecundus, quo vniuerſale cognoſcentes, particulari occurrimus, quod non prius videmus. 5.2
Cõbinationes octo eorum, q̃ diſcimus & cognoſcimus. 5.1
Cõpoſitione ac diuiſiõe definitio ipſa inueniri põt. 81.3.4
Conceſſum, Quæſitum, & dignitas quomodo in demonſtrationibus præcognita ſint. 3.2.3.
Conceſſum & quæſitum quæ. 69.2
Concluſio demonſtrationis, & ſyllogiſmi diſsimiliter ex præmiſsis pendere certum eſt. 9.3
Concluſio ſemper aſsimulatur præmiſsis, cui non obſtat concluſionem aliquando veram ex falſis ſequi, ac contingentem ex neceſſarijs. 28.4
Concluſio non neceſſaria non ſequitur ex præmiſsis non neceſſarijs. 29.1.2.
Concluſio aliqua demõſtrari poteſt medio de ſpecie in ſpecie euariato ſeruata generis vnitate. 28.3
Concluſio oĩs neceſſaria eſt ſuppoſitionis neceſsitate, non aũt neceſsitate ſimpliciter à parte rei ſumpta ſiquidẽ quandoq; neceſſaria ex neceſſarijs, quandoq; contingens ex contingentibus, ac nõ contingẽs. 28.4
Concluſionem demonſtrationis perpetuam eſſe neceſſarium eſt. 33.1
Coniectura ſunt duplices. 16.1
Contingens quomodo ſit cauſa neceſſarij. 27.4
Coordinatio quæ commutatur, & coordinatio, quæ non cõmutatur, quæ nam ſint. 5.4
Corruptibilium definitio non eſt, neq; demonſtratio, niſi ſicut ſecundum accidens. 33.1.2
Contrarium vnum ita ſe habet ad propriam definitionẽ, ſicut alterum ad ſuam. 67.2
Contrariorum eandem eſſe ſcientiam probare ad cõm ſciẽtiam attinet, ad Logicã. ſ. vel Metaphiſicam. 32.2.3
Contradictionis prĩcipio quõ vti liceat in demrõne. 2.2
Contradictio prædicato maioris, quod primum eſt, vniuerſaliter addenda eſt in ipſa demonſtratione, non autem medio ſeu minori extremo. 40.1
Contradictionis principium quomodo aſſumiter in demonſtratione ducente ad impoſſibile. 40.2.

Contra-

Contradictoriæ nullo modo veræ eſſe poſſunt, neq; in genere, neq; in ſpecie, neq; etiam numero. 42.3
Cubum duplare, quod ex Apollinis oraculo fabulantur Preter quid ſit. 32.3

D

Definitiones generum tribus modis inueniũtur. 83.1.2
Definitiones ſpecierum eodem methodo inueniri non inconuenit quo & genera. 83.2
Definitio ſpẽi cur principiũ eſt definitionis generis. 83.3
Definitio ex his conſtare oportet quæ per ſe inſunt rei definitę, & ſolis. 83.2
Definitio non conuenit alteri à definito. 82.3
Definitio quædam eſt quæ eſt poſitio, non autem demonſtratio, aut concluſio. 74.2
Definitionum quinque ſunt ſpecies. 74.2.3
Definitio & demonſtratio eiuſdem eſſe poſſunt. 74.3
Definitio omnis dicens cauſam formalis eſt, dicens vero quid, materialis dicitur. 74.3.4
Definitio, medium, & cauſa idem ſunt. 74.4
Definitio dicitũ vna duobus modis, ſicut ipſa oratio. 73.2
Definitionem cauſalem propter quid à demonſtratione ipſa differre tantum poſitione dicitur. 72.4.74.1
Definitio, q̃ eſt vt concluſio, eſt definitio materialis. 60.2
Definitio non eſt niſi de terminato, demonſtratio non niſi de propoſitione. 60.2
Definitionis materialis eſſe definitionem eam, cuius medium eſt formalis definitio. 70.3
Definitionem ſubiecti eſſe medium in demonſtratione, nõ aũt definitionem prædicati. 67.4
Definibile cur ſubiectum ſit demonſtrationis, & demonſtrabile demonſtrationis ſubiectum. 60.3
Definitio omnis eſt prædicatum, ſed non excõuerſo. 61.1
Definiens nõ facit notũ aliquid quibuſdã cõceſsis. 68.1.2
Definitio eſt natura, & forma rei. 68.2.3
Definitionem eſſe ſubſtantię, qũo ſit intelligendũ. 60.2
Definitiones ſunt principia demonſtrationum. 59.3
Definitio ſubi medium eſſe poteſt ad demõſtãdum definitionẽ maioris de maiore, et de ſubo illius maioris. 72.2
Definitionum quæ nam demonſtratione patent, & q̃ non ſed ſunt per ſe notæ vel per ſenſum, vel ſeipſis. 73.1
Definitio ipſa compoſitione ac diuiſione inuenitur. 81.4
Definitio quæ nã modo per cõpoſitionẽ inueniatur. 82.1
Definitio includit quæcunq; prædicata quæ non excedũt genus rei definibilis. 82.1
Definitionis tres ſpecies ſunt. 33.3
Definitiones corruptibilium non ſunt. 33.3
Definitionum alia eſt demonſtratio, alia demonſtrationis Principium, alia demonſtrationis concluſio. 33.3
Definitio poſitione tm̃ à demonſtratione differt. 33.3
Definitio, quæ ex forma ſumitur, eſt demõſtrationis principium, Quæ vero eſt ex materia, eſt demonſtrationis concluſio, quę aũt ex vtraq; ſola poſitione differt ab ipſa demonſtratione. 33.3
Definitio à ſuppoſitione quomodo diſtinguatur. 38.1.2
Definitiones qũo per diuiſionem nanciſcamur 83.2.3.4
Definitio duplex eſt: alia eſt quid rei, alia quid nominis & quomodo differant. 73.1.2
Definitionis partes quẽ ordinem habere debeant. 85.3
Definitio omnes generis differentias continere oportet, quod duobus ſit modis. 85.4
Definitio nihil ſuperflui, vel diminuti continet. 86.1
Definitio cum non dicat eſſe, vel non eſſe, à ſupoſitione diſtinguitur. 12.3.4
Deſcriptionem per negationes aſsignari non inconuenit ſed definitiones. 19.1
Demonſtratio dupliciter conſiderari poteſt, qui ad formam & quo ad materiam. 9.1
Demonſtratio eſt ex veris, primis, immediatis, & prioribus &c. ſicut ipſa ſcientia demonſtratius. 9.2
Demonſtratio, ac ſyllogiſmus qũo diſtinguantur. 9.2
Demonſtrationis quatuor ſunt cauſæ, ſecundum quas recentiores numerauere Præcognitiones, ac Pręcognita quos erraſſe certiſsimum eſt. 3.2
Demonſtratio aliqua eſt cuius nec ſubiectum, nec paſsio præcognita ſunt, ſed tantum dignitas. 3.2
Demonſtrationes fiunt per oĩa genera cauſarũ 74.75.
Demonſtratio quædam eſt, cuius medium eſt cauſa materialis. 75.3
Demonſtratio quomodo vtatur axiomate, quod ſecundum contradictionem eſt. 29.2.3
Demonſtrationis, & ſyllogiſmi differentia quo ad præmiſſas vtriuſque. 9.1
Demonſtrationis præmiſſas veras, & indemonſtrabiles eſſe oportet. 9.3.4.
Demonſtratio quomodo fiat ex demonſtrabilibus poſt demonſtrationẽ non ſimpliciter, ſed ſecundum quid. 10.1.
Demonſtratio neceſſaria eſt vtriſque Philoſophiæ parti, Theoricæ videlicet & praticæ.
Demonſtratio circularis eſt impoſsibilis. 15.4
Demonſtratio triplex eſt. 15.4.16.1
Demõſtrationem negantes qũo eam concedere nitũtur. 15.2.
Demonſtrabilibus ad indemonſtrbilia non proceditur in infinitum. 15.2
Demõſtratio propter quid eſt demõſtratio ſimpliciter, non aũt ſyllogiſmus ſimpliciter, ſicut demonſtratio quia. 18.1.
Demonſtratio duplex: altera ſimpliciter, altera coniecturalis. 11.3.
Dialecticum problema quomodo diſtinguatur à Propoſitione. 11.4
Demoſtratio eſt ex neceſſarijs, quæ per ſe primo, vel ſecundo modo inſunt. 25.4.26.4
Demonſtrationes puræ propter quid, quæ. 49.1.2
Demonſtratio cuius medium eſt cauſa efficiens quomodo conficitur. 75.4
In omni Demonſtratione tria ſunt, propoſitiones, conceſſa, & quæſitum, & quomodo hæc diſtinguantur. 40.3
Demonſtratio ducens ad impoſsibile tres continet proceſſus. 40.2
Demõſtratio, cuius cauſa finalis eſt, qũo conficitur. 76.1.2
Demonſtrationes non ſunt ipſius quid eſt, & ſubtiæ. 60.1
Demonſtrationem nullam eſſe definitionem ſtat, & vtrãque eſſe eiuſdem. 60.1
Demonſtratio duplex eſt ſecundum genus, aut ipſius quia, aut ipſius propter quid. 48.49
Demonſtratio ipſius propter quid eſt duplex. 48.4
Demoſtratio ſiue Proſyllogizatio duplex. 49.2.3
Demõſtratiua ſcĩa eſt ex his quæ ſunt per ſe. 25.4.26.2.3
Demonſtratio eſt concluſionis, propoſitionum, ſubiecti, ac Prædicati rationibus diuerſis. 23.2
Demõſtratio nõ ex qbuſuis neceſſarijs, ſed ex veris ẽ. 27.1.2
Demonſtratio licet vniuerſalium ſit, nõ tamen neceſſe eſt ideas, & ſpecies Platonicas aſſerere, vt illarum demonſtrationes ſint. 38.2.3.4
Demonſtrationes quomodo eorum, quę vt in pluribus ſunt eſſe dicantur. 33.4
Demonſtrationes ex cõibus nequaquam fiunt. 33.4
in Demonſtratione tria aſſumũtur. Propoſitiones, cõceſſum, & Quæſitum. vel principia, ſubiectum, & Paſſio. 31.2.3.36.1.37.1.

Demonſtratio ex proprijs per ſe conſtat, per accidens autem ex communibus 31.4
Demonſtratio & conſtantia quo differunt. 32.2.
Demõſtratio ſicut triplex eſt, ita ipſum ſcire triplex eſt. 8.1.
Demonſtrationũ, alia particularis, alia vniuerſalis. 21.4
Dialectica eſt communis ſcientia, non aut determinati ac certi generis. 40.2.4
Dialectica quomodo ab alijs ſcientijs, & à prima philoſophia ſeiungitur. 40.3.4.41.1
Differentia inter reduplicatiuũ, & duplicatiuũ. 61.3
Differens ſecundũ quamuis differentiam alterum eſſe, neceſſarium nequaquam eſt. 84.4
non Differens ab alio idem illi eſſe minime oportet. 83.3
Dignitas, cõceſſum, Quæſitũ tria præcognita ſunt, & quo modo quibusue præcognitionibus præcognita ſint. 3
Dignitatem præcognoſci oportet quantum ad quid nominis terminorum: 3.2.3.4.
Diſcere & Inuenire neceſſario diſtincta ſunt. nã Diſcere ad uniuerſalia, Inuenire ad ſingularia referẽdũ eſt. 5.2
Diſcere quid ſit. 5.3
Diſciplina quomodo ſingularium, & vniuerſalium diuerſimode dicitur eſſe. 5.4
Diſcentia duplex eſt. 1.3.
Diuiſiua methodus tria exigit, quæ definitioni inueniendæ valde vtilia ſunt. 85.1
Diuiſionem ex ſui natura non magis concludere vnũ prædicatum copulatum, atq; cõpoſitum, quã vnum prædicatum ſimplex ſine copulatione. 67.4
Diuiſio generis eſt prior compoſitione ſpeciei, quæ eſt definitio. 66.1
Diuiſio ſpeciei: poſterior eſt compoſitione ſpeciei. 66.1
Diuerſitas antiquorũ de coordinationibus. 53.1
Diuidens indiuidendo trifariam peccare poteſt. 65.1
Diuiſio per contradictoria adæquata diuiſio eſt. 85.1
Diuiſio quam ad definitiones inueniendas vtilitatem afferat & quomodo. 83.2.3.4.
Diuiſio valet ad cognoſcẽda prædicata quiditatiua. 83.4
Diuiſio ea ꝓdicata continet quæ in quid prædicant. 85.2
Diuiſionis bonæ conditiones duæ. 65.4
Doctrinæ argumẽtatiuæ, ſeu diſcurſiuæ, quatuor ſunt ſpecies: videlicet ſyllogiſmus. Enthimema, Exemplum, Inductio, quæ oẽs ex præexiſtenti cognitione fieri Ariſtoteles probat ſufficienti inductione. 1.4.2.1
Doctrinam diſcurſiuam & diſciplinam, fieri ex præexiſtenti cognitione, i. inuentione, quo verum ſit. 1.2.3
Doctrina & diſciplina, ſubiecto quidem eadem ſunt, ratione autem diuerſa. 1.2.3
Doctrina demonſtratiua vniuerſaliter ſumpta probatur, particulariter vero probat. 2.4
Doctrina diſcurſiua fit ex præexiſtenti cognitione. 1.2. 2.1. 2.4
Doctrinæ rationales tantum quatuor ſunt. 2.3.

E

Eclipſis Lunæ tres fuerunt ab antiquis cauſæ aſſignatæ. 72.1.2
Efficiens, & finis ſunt extra definitum. 70.3
Effectuum quidem à natura, quidam vero ab arte, quidã à caſu, vel à fortuna. 77.3.
ab Effectum ad cauſam non conſtruitur demonſtratio, ſed coniectura neceſſaria. 17.4
Effectum vnum & eundem per plures cauſas demonſtrari poſſe manifeſtum quomodo ſit. 77.1.2
Eſſe vel non eſſe ſumitur dupliciter. 13.1
Ens eſt æquiuoce dictũ, quare nec ſubſtantia erit, nec ſubſtantiæ pars. 69.1
non Entis i. falſi non eſſe ſcientiã dixit Ariſt. 70.4
Enunciationis altera particula eſt propoſitio, quo hoc intelligat Philoſophus in lib. de interpretatione. 11.4
Enunciatio, propoſitio, & problema quomodo ratione, nõ autem realiter diſtincta ſint. 11.4
Enunciationis ſignificata ſeu ſpecies quæ ſint, & quomodo diſtinguantur. 10.3.4
Enthimema quomodo facile ac difficile eſt. 2.4
Entimema poteſt dici inductionis exemplum. 2.4
Entimema quid. 46.1.2
Entimema & exẽplum fiũt ex ꝑexiſtenti cognitione. 2.3
Eretrienſes populi Euboiæ inſulæ ſunt. 75.4
Exẽplũ eſt inductio non ſimpliciter, ſed ad Rethorẽ. 2.3
Exiſtentia rei dupliciter haberi poteſt. 71.1

F

Falſum facto vel fieri habitũ eſſe ĩpoſſibile ẽ. 79.2.3
Factum ex falſis ſyllogizari põt, verum aũt ex falſis et veris ſyllogizari põt, non aũt demõſtrari. 9.3.29.1
Finis duplex: alter intrinſecus, alter intrinſecus. 26.4
Finalis definitio eſt res alia à definitio ſic et materialis, ſicut forma eſt alia à cõpoſito, et materia ſimiliter. 63.1
à. Fortuna nullus eſt finis bonus, ſed ſolum à materia & arte. 77.4.

G

Genus duples, genus ſciẽtiæ, & genus ꝑdicamẽti. 40.2
Genus non prędicari de differentia, nec contra. 60.2
Genus præcedere oportet ipſas differentias in definitionibus. 84.1
Generum definitiones quomodo inueniendę. 83.1
Genera tantum ſubalterna definitionem tantum habere voluit Auer. 83.1
Generum definitiones quomodo inueniendæ. 83.1
de Genere in genus migrare quomodo liceat. 35.3
Generabilium cauſa coæua effectui eſt. 78.1.2
Geometriæ interrogationes ex his q̃ Geometriæ ſunt fiũt, vel ex his, quæ illi quoquo ſubaterna ſunt. 41.3
per Geometram quæ nam propria probari dicantur, quæ alterius eſſe generis videntur. 32.3
Græcorum opinio quod duplex ſit tantum demonſtrationis genus. 48.4
Generum definitiones tribus modis inueniuntur. 83.1

H

Habitus principiorum intellectus eſt. 94.1
Habitum in minus eſt quam immediatum. 79.2

I

Idem indicium de ſimilibus. 63.3
Ideæ Platonis nõ conferunt ad demonſtrationẽ. 38.4
Ideis vſus eſt Plato duobus modis. 39.1
Immediatæ propoſitiones quæ. 52.1.
Immediata principia dupliciter ſumuntur. 94.3.4
Immediata aliqua ſunt, quæ non ſunt prima. 85.3.
Immediatæ affirmationes quæ. 52.1
Immediatæ negationes quæ. 52.2
Impoſſibile aliter ſe habere, duplex eſt: alterum ex hypoteſi, alterum abſolutum. 8.3
Inductio fit, & quo reducitur ad cognitionem ſenſus. 5.3
Inductio, atq; diuiſio quomodo non demonſtrant. 46.2
Inductio, aliqua habet vim demonſtrandi. 66.1.
Inductio licet non demõſtret, tñ oſtendit aliquid. 66.1
Inducens & diuidens oſtendunt aliquit, vterq; tamen ſumit à reſpondente. 66.3
Inductio, ſyllogiſmus fiunt ex præexiſtẽti cognitione. 2.2
Inductio duplex. 54.2

Inducendi ordo quis. 54.2.
Indiuidua differentia quare dicatur. 65.4
Indiuiſibiliter quid. 52.1
In diuiſiua methodo duos eſſe proceſſus, alterum ſyllogiſmus, alterum enthimema. 64.1
Inuentio per quam cognitionem fiat, duplici cognitione exiſtente. 5.2
Inuentio quid ſit. 5.2.3
Inuentio an ſemper referatur ad ſingularia ſenſu cognita, vel vniuerſalia. 5.4
Inuentio dialectica, & inuentio demonſtratiua in quibus fiant. 5.4
Inuentionis ſpecies multæ ſunt. 5.4
Inuentionē potius quam ſcientiam deſtruxiſſe viſus eſt Meno. 6.3.4
Inuentio an prior vel poſterior ſit ipſa reſolutione. 1.2
Inuentor prius dubitat. 58.2
Inſtantia quomodo a demonſtratione diuerſa ſit. 39.2
Intellectus prior eſt anima. 63.4
Inuentio libri poſteriorū ſecundū varias opiniones. 53.4

L

Liber Poſteriorum non eſt de inſtrumentis, ac modis ſciendi. 53.4
Liber Poſteriorum non eſt de omni ſciendi modo, ſed ſolum de ſciendi modo per demonſtrationem. 54.1
Linea quid ſit. 19.3
Lineam definire, quod ſit longitudo, cuius duo puncta extrema ſunt, non proprie dicitur. 19.3
Linea recta pulcherrima linearum eſt. cui non obſtat nobilitas circularis. 32.3.4.
Lineas concurrere, vel intellectu quid nam ſit. 36.4
Logica ac Rethorica, quomodo diſtinguuntur. 2.4
Logica diſsimiliter à Rethorica vtitur ſyllogiſmo, enthimemate, exemplo, & inductione, licet non vna ratione omnibus his vtatur. 2.4
Logica libri qui ſint, & quomodo ordinantur. 1.1

M

Magnanimi non patiendo iniurias. 86.3.4
Magnanimi impaſsibiles circa fortunas. 86.3.4
Materia non eſt eſſentia rei definitæ. 70.3
Mathematicæ ſcientiæ quæ. 50.1
in Mathematicis demonſtrationibus cauſæ inueniuntur per effectus, nec in illis fit regreſſus. 49.1.2
ex Maiori de ſcito credito, vel dubitato, & minori abſoluta, ſequitur concluſio cōditionata de ſcito credito vel dubitato. 6.2.
Medium demonſtrationis tripliciter conſtituitur. 76.4
Mechanica vtitur his, quæ demonſtrata ſunt in Stereometria tanquam principijs, & cauſis. 49.2.3
Medium non eſt quæſitum, ſed quærendi cauſa. 58.2
Medium eſt quo extrema ſunt. 56.4
Medium eſt formalis cauſa. 70.3
Medium terminum oportet negari de minore in cauſis, & cauſam fieri eius proximam, & maiorem negari à minori, ſicut etiam in affirmatiuis ſyllogiſmis. 48.3
Medium terminum corrumpi intelligitur bifariam, aut quo ad formam, aut materiam. 28.2
Medium euariatū de ſpecie in ſpeciē, ſeruata generis vnitate, demōſtrare poteſt cōcluſionē in aliqua ſciā. 28.3
Medium in minori negatiue accipi non poteſt in prima figura 48.3
Medium demõſonis propter quid, quid nam ſit. 94.2
Mediata reſoluuntur ad immediata, immediata vero in terminos, termini autem ad intellectum. 15.3.
Mediatorum, & immediatorum quomodo contingat eſſe demonſtratiuam ſcientiam. 14.3
Medici eſt ſcire quia, de vulneribus circularibus cur tardius curentur, propter quid vero Geometræ. 50.2
Menonis argumentum, quomodo ſcire ipſum deſtruxiſſe viſus eſt. 6.3
Menonis ratio contra inuentionem potius, quàm contra ſcientiam affertur. 6.3
Metaphyſica eſt omniū ſciētiarum domina ac regina, omnes ſibi ſubalternans. 35.3
Metaphyſica ſubalternat ſibi oēs ſcientias, non ſimpliciter, ſed per recurſum. 35.3.4
Metaphyſica eſt de omnibus ſcientifice, dialectica probabiliter, ſophiſtica apparenter, & in omnes deſcendere dicuntur. 32.2.35.4
Metaphyſica quomodo diſtinguitur à Dialectica. 40.3.4
Minorem propoſitionem in prima figura eſſe non contingit. 48.3
Muſica ſubalternata ſolo ſenſu indicat quid conſonum ſit quidue inconſonum. 49.3.4

N

Naturalia pluribus medijs demonſtrantur, artificialia vero vno medio tm̄, fortuita vero nullo. 77.3.4
Neceſſarium duplex eſt: complexum alterum, alterum autem incomplexum. 8.3
Neceſſarium duplex: alterum ex ſuppoſitione, alterū vero ſimpliciter. 18.2
Neceſſarium non niſi ex neceſſarijs ſciri poteſt. 18.2
Neceſsaria omnia an ſint per ſe. 26.2
Neceſſariū ex non neceſſarijs quandoque, ſicut verum ex non veris ſyllogizari poteſt. 25.4
Neceſsiate naturæ facta, vel ex fine quomodo quædam inueniantur. 77.3
Neceſsitas duplex. 77.3
Negationem tribus modis fieri. 52.2
Nominis duæ quæſtiones formantur. 73.1
Nominis ſcientia, quomodo ſcientiā rei præcedat 73.1.2
Nominis præcognitio propter quid neceſſaria eſt. 3.4
Nomina quandoque rationibus manifeſtiora ſunt, & è contra, rationes nominibus manifeſtiores ſunt. 76.3.
de Nullo prædicari cur non definierit Ariſto. ſicut de omni. 19.1
Numerus primus, et numerus cōpoſitus, qui nā ſint. 20.1
Numerorum alius eſt æquilaterus, alius altera parte longius. 20.1
Numerorum quidam ſunt primi, vel incompoſiti, quidam vero ſecundi, ſeu compoſiti: & qui nam ſint. 82.1

O

Omnis doctrina, omniſque diſciplina diſcurſiua ex præexiſtēti cognitiōe fieri oportet, quis ſenſus. 1.1.2.3.4
dicto de Omni & de nullo quomodo inſtantias diſsimiliter feriātus. 19.3
de Omni dici eſt duplex: alterum prioriſticum, alterum poſterioriſticum. 18.4
de Omni prioriſticū, & poſterioriſticum quid ſint. 18.4
de Omni dictum exigit vniuerſalitatem ſubiectorum temporis, ac loci, quomodo intelligendum ſit. 19.1.2
dicto de Omni duplex contradictoria aſsignatur. 19.2
Opinio Protagoræ diſtruentis ſcire, ac ſcientiam. 27.2
Oratio vna dicitur vna duobus modis. 73.2
Ordo partium non habetur ex diuiſionis natura. 68.1

P

Paſsionis præcognoſcitur quid nominis, ſubiecti vero, quid nominis, & quia eſt. 36.4

Perſpectiua, & Georometria quomodo differãt. 5?.2.3
Per ſe & ſecundum quod ipſum idem ſunt. 22.3.4.
Per ſe modi tametſi quatuor eſſe dicantur, duos tamen ad ſcientiam ſufficere certum eſt. 21.3
Per ſe quartus modus quõ ad cauſam referendus ſit, non autem ad prædicatum, vel potius ad effectum. 21.1
Per ſe modi, quomodo ſecũdum cauſarum numerum aſſignentur. 21.2.3
Per ſe, & ſecundum ſe idem omnino ſunt. 21.3
Per ſe modi non ſunt tantum quatuor vel quinque, poſſunt enim eſſe plures: neque huic obſtat quatuor fuiſſe ab Ariſto. enarratos. 21.3
Per ſe quatuor ſunt modi. 19.2
Per ſe primo modo ſunt, quæ, cum de omni ſint, in ipſa definitione quiditatiua inſunt. 19.2.3
Per ſe prædicata quot ſint. 19.2
Per ſe ſecundo modo inſunt quæcunque accidentia, quæ per ſubiectum ſiue ſubiecti rationẽ definiuntur. 19.4
Per ſe ſola neceſſaria ſunt. 26.2
Per ſe primo modo tantum ipſo de omni idem eſt. 21.1
Per ſe tertius modus. 20.2.3
Per ſe quartus modus. 20.?.4
Petitio à ſuppoſitione quomodo diſtinguatur. 38.1
Philoponi opinio, quòd in ſecũda figura demonſtratio propter quid eſſe poſſit. 48.3
Phyſica non ſubalternatur metaphyſicæ, licet eius ſubiectum addat illius ſubiecto accidentalẽ differẽtiã 35.2
Phyſica quæſita, quomodo neceſſaria ſint. 8.3
Phyſici eſt ſcire ipſum quia de Iride, Perſpectiui vero ipſum propter quid. 50.2.3
Pythagoricorum muſica, quæ ratiocinalis eſt, ratione procedit, non ſenſu. 49.?.4
Plebes cur laos à Græcis dicta eſt. 8.2
Poſitionis ſpecies duæ ſunt: ſuppoſitio, ac definitio. 12.3
Poſteriorum Analyticorum liber ordine finis, vltimus eſt ordine vero doctrinæ, eſt quartus. 1.1
Poſteriorum Analyticorum liber ſecundum Ammonij ſententiam continuatur libris Priorum, nec in illo aliquod, ideo prætermittitur proœmium. 1.3.4
Præcognitiones duas eſſe, tria vero præcognita neceſſariũ eſt. 3.4.2.3.4.3.1.2
Præcognitio nominis neceſſaria eſt. 3.4
Præcognitionem non ſumi à fine, falſum eſt. 3.2
Præcognoſcendi tres ſunt modi. 3.4
Præcognita quomodo ad nos, & naturam diuerſum ordinem ſortiantur. 3.4
Præcognita, ac Præcognitiones à quibus cauſis nã ſumantur. 3.1.2
Pręcognita tametſi natura tria ſint, nõ tñ doctrina. 37.2
Principia ſunt in quacunque ſcientia, quæ demõſtrari non contingit. 35.4
Principia & ſubiectum ſupponuntur in demonſtratione, paſſio vero demonſtratur. 36.1.2
Principijs communibus diuerſæ vtuntur, ſcientiæ contrahendo ipſum ad ſubiecta ſua. 36.2
Principia ſcientiarum in duplici exiſtunt differentia: quædam enim ſunt cõmunia, quædam autem propria: quænam ſint vtraque declaratur, & quomodo contingat illorum vſus. 36.2.3
Principium primum, quod ſcilicet ſecundum contradictionem eſt, quõ aſſumatur in demonſtratione. 39.4.40.1
Principia eſſe quæcunque probabilitatem aliquam habere videntur inconueniens eſt. 27.2
Principia demonſtrationũ ſunt indemonſtrabilia. 59.3
Principium quo terminos cognoſcimus eſt ipſe intellectus noſter. 15.3
Principiorum cognitio an ſit ſcientia. 94.2
Præmiſſas neceſſarias ſequitur concluſio neceſſaria, contingentibus aũt poteſt contingens, ac non cõtingens ſequi. 28.4
Præmiſſæ concluſionis demonſtrationis ſunt cauſæ concluſionis in eſſendo, & cognoſcendo, & inferendo, ſyllogiſmi vero tantum in inferendo. 1.4
Primum natura eſt, quod oĩa ſequitur, & nullũ ipſum ſequitur, quod primũ in omni definitione ſumẽdũ eſt. 85.3
Prius ex poſterioribus demonſtrari eſt impoſſibile. 15.4
Prædicatiuum eſt conditio propoſitionis. 59.1
Prædicata ſecundi modi per ſe non ſunt de omni. 20.2
Prædicatum de omni duplex eſt: alterum prioriſticum, alterum poſterioriſticum. 18.3
Probatio, & expoſitio quomodo differant. 53.3
Problema & concluſio quomodo differant. 87.3
Propoſitio quomodo ſpecies eſt enuntiationis. 11.4
Propoſitio eſt enuntiationis altera particula vnũ de vno Affirmans ſiue negans. 11.3
Proſyllogizatio dicitur deuſatio reſpectu termini ad quẽ pro quanto itur in propoſitionum indiuiſibilem medio carentem. 51.4
Protagoræ apparens argumẽctum, quo ſcientiam deſtruebat. 27.2
Puncta, licet partes lineæ conſtitutiuæ non ſint, ſunt tamen partes definitiuæ. 19.3
Quæſtionum aliquæ ſunt præſuppoſitiuæ, aliquæ præſupponentes. 55.3
Quæſtionũ duę ſunt, dialecticæ, duæ vero ſcientificæ. 55.3
Quæſitum & conceſſum eſt in omni quæſtione. 55.3
Quæſtio ſi eſt cauſam vnde principium motus imitatur, ipſa quid eſt, ſpecificatiuam cauſam, ea autem quia eſt materiam, illa vero propter quid ipſum finem. 55.2
Quæſtio oĩs eſt vel { de termino / aut de propoſitione. { ſubiecto. / prædicato. } } 55.1
Quæſtiones non omnes ſunt medij reſpepectu rerum, quæ quęruntur. 57.3
omnis. Quęſtio eſt quæſtio medij, dupliciter intelligi poteſt. 58.1
Quęſitum ſimplex eſt, quod ſub vno prædicamento eſſe poteſt, compoſitum vero, quod cõtiagit eſſe ſub diuerſis prędicamentis. 55.2
Quæſitum & inuentum quomodo differunt. 55.1
Quæſitum in plus eſſe, quã ſit quæſtio, & quomodo. 54.1
Quæſita ſcibilia eſſe ſopponitur, ſed quatuor eſſe quæritur. 54.1
in Quæſito idem eſſe quia eſt, & ſi eſt: & ipſum eſſe, & alteri inſſe. 69.2
Quæſitum, medium poſſunt eſſe idem. 88.4
Quæſitum, conceſſum, & dignitas tria præcognita ſunt: quorum duæ tantum præcognitiones ſufficiunt, quid & quia, at diuerſimode. 3.2.3
Quæſitum duplex eſt: alterum in Phyſicis, alterũ in Mathematicis. 8.1
Quia eſt, eſt ipſo propter quid prius. 54.3
Quia eſt cognitio ad quid eſt maxime diſponit. 71.2.3
Quia eſt, & propter quid eſt ſunt quæſita, & quæſtiones. 54.1
Quia eſt aliquando concludit cum ſubſtantia. 68.4
Quia eſt habetur per ſenſum. 54.3
Quia quõ ſit quæſtio, cũ potius videaẽ præcognitio. 54.3

Quid eſt, & propter quid eſt in vtriſque ſcientijs in idem concurrunt, licet inter ſe differant. 58.1
Quid eſt, eſt cã ipſius eſſe ſubiectis q̃ ſimpliciter ſunt. 58.1
Quid nominis eſt pręcognitio ipſius quęſiti ĩ demr̃one. 3.3
ad Quid eſt facilius per propria quàm extranea ſiue communia accidentia diſponimur. 71.1.2
Quid eſt bifariam ſciri poteſt. 71.2
Quid eſt ſupponit quia eſt. 71.2
Quod quid eſt per aliud quodquid eſt demonſtrari non poteſt. 71.1
Quod quid eſt accidentium eſt propter quid, & cauſa cur illa inſunt ſubiectis. 58.1
Quod quid eſt de definito nõ eſt quæſtio, ſed quæſitũ. 54.1
Quod quid eſt eſt vniuerſalium. 50.4
Quiditas ad demonſtrationem ſe habet, vt intellectus ad animam. 63.4
Quiditas eſt prior demonſtratione. 63.4
Quod quærimus, tot cognoſcentes ſcimus, ſed non è contra. 54.2

R

REminiſci, Cognoſcere, Inuenire, Diſcere, quatuor ſunt cognoſcendi modi, & quid ſint. 5.2
Rerum & cauſarum in contingentia & neceſsitate combinationes quatuor. 19.4
Res, & eſſentia rei non differunt. 56.2
Reſolutio quomodo prior vel poſterior eſſe dicatur ipſa inuentione. 1.2
Rhetorica & logica, quomodo ſint diuerſæ ſermonis ſpecies. 2.4

S

SArdes inſula eſt. 75.3.4
Scientiæ non ſemper præcognoſcunt & eodem modo, ſubiectum, paſsionem ac principia. 37.2
Scientia per ſe ex proprijs generatur, per accidens autem ex communibus. 31.3.4
Scientiæ omnino diuerſæ eiſdem maioribus propoſitionibus in ſuis demõſtrationibus vti poſſunt, non autem eiſdem minoribus. 32.1
Scientiæ ſubalternæ communibus vti poſſunt. 32.1
Scientiæ vnius in aliã penitus diuerſam trãſitus eſt. 32.1
Scientiæ omnes communi vtuntur principio non ſimpliciter, ſed ſecundum proportionis analogiam. 36.2.3
Scientiæ demonſtratiuæ duo ſunt ſubiecta: quæ eſſe præcognoſcuntur, & paſsiones, quæ quæruntur. 36.4
Scientiæ omnes communicãt in communiſsimis principijs differunt autem in ſubiecto de quo, & prædicato, quod de aliquo demonſtrant. 40.3
Siqua ſcientia aliarum principia probet erit omnium domina, ac principis. 35.1.2
Scientiam in ſcientiam migrare per ſubalternationem contingit. 35.3
Scientias quaſdam ſimpliciter non eſſe ſubalternas, ſed ſe eundem quid. 50.3.4
in Scientia ſubalternante ipſum, propter quid conſideratur, in ſubalternata ipſum quia. 49.1.2
Scientiarum ſingularum propriæ ſunt interrogationes, ac reſponſiones. 41.2
Scientia duplex eſt: altera per demonſtrationem acquiſita altera ex ſeipſa ſine ſyllogiſmis fidem faciens. 8.4
Scientia quomodo ſit non entis 10.1.2
Scientiam omnẽ eſſe demõſtratiuam, & nullam ſcientiam eſſe demonſtratiuam falſum eſt. 15.1
Sciẽtiæ niſi ſubalternę ſint vna ex altera nõ demr̃at. 32.2
Scientiam quomodo deſtruebat Protagoras. 27.2.3
Scientia demonſtratiua & demr̃tio in quo differãt. 92.4
Scientificum eſt duplex principale, & inſtrumẽtariũ. 9.1
Scientia demonſtratiua eſt ex veris, primis, immediatis, ac notioribus. 9.1.2
Scientia non ſemper ſupponit ſubiectum eſſe. 37.2
Scire definitio quæ nam excludat, & cui cõueniat. 8.1.2
Sciri põt cã, propter quã res eſt, & res illa neſciri. 8.2.3
Scire propriiſſimum eſt ſcire propter quid. 50.4
Scire in anima eſt vt in ſubiecto, in demonſtratione vt in cauſa, in concluſione, vt in ſigno. 8.3
Scire vniuerſaliter, & de omni non idem ſunt. 25.1
Scire non eſt ſcientiam habere. 27.2
Scire ipſum nõ definitur in principio libri Poſteriorũ. 1.4
Scibile quid ſit. 8.3
Scibile proprie dictum eſt quoddam complexum neceſſarium, quod non poteſt aliter ſe habere. 8.3
Scitum eſt ante quæſitum, & quomodo ſecundum Platonem, & alios. 55.1
Scientificũ de concluſione ſolum interrogare, nõ autem de prĩcipijs, dialecticũ vero de vtriſq;, incõueniẽs ẽ. 4.1.4
Secundum quod ipſum & per ſe idem ſunt. 22.3
Stientia quomodo ſit eorum quæ ſæpe fiunt. 33.4
Sapium eſt os ſapiæ. 88.3
quæ Sæpe fiunt conſiderantur duobus modis. 33.4
Senſus adſtipulatio licet imbecilla ſit probatio, tñ eſt via quia in cognitionem cauſæ ſubimus. 57.3
Senſum proprie non cognoſcere niſi ſingulare. 57.4
Senſitiua ex perceptione illius vnius ſingularis intellectus addit de ſimilibus idem eſſe iudicium in his, quæ per ſe ſunt. 58.1
Senſum eſſe viam ad ſciendum, & eſſe ſcientiam, nullum refert. 57.4
Sermonis gratia, ideſt contentionis, dicitur. 27.1
Si eſt & quid eſt quando nam ſimul habemus. 71.2
Si eſt quæſtio eſt communior, & quo ad nos prima. 54.4
Si eſt quomodo habeat conceſſum. 55.3
Si eſt non eſt quæſtio, ſed quæſitum. 54.1
Sicut apud ſenſum non omne, quod quæritur, inuenitur, ita apud intellectum. 55.2
Signum quomodo diſtinguatur ab accidente. 90.4
Singularium notitia, ex quibus in nobis fiat, & quomodo ad ſenſus cognitionem referatur, particularia vero ſenſum tranſcendunt. 52.1
Singulare duplex eſt. 4.3
Scientiam quo quidam deſtruxiſſe opinati ſunt. 6.4
Singularium facilius definitiones venamur. 87.1
Singularitas tametſi ſcientiam non impedit, obſtat nihilominus aliquod ſingulare primo ſciri. 23.3
Singulari ex hoc ſæpius cognito fit ſecundum intellectum vniuerſale. 57.4
Similitudo inter inductionem, & diuiſionem. 64.3
Subſtantia multiplex eſt. 59.4
Subſtantiæ ſecundum ſe ſolæ per ſe ſunt. 21.1
de Subiecto præcognoſcitur, quia eſt, & quid nominis, de paſsione tantum quid nominis. 36.4
Subiectum per ſe quid ſit. 20.3.4
Subiectum, de quo prædicatum vniuerſaliter prædicatur tripliciter conſiderari poteſt. 22.4
Subiectum primum, eſt de quo demonſtratur paſsio, & cuius per ſe demonſtratio eſt. 23.1
Subiectum ſumitur dupliciter, uno modo pro materia, alio modo pro cauſa. 31.1
Subiectum eſſe aliquando eſt nobis ignotum & probatur ſyllogiſmo hypothetico. 55.2

Subiectum cuiuſque propoſitionis dicitur materia, prædicatum vero forma. 51.3

Subalternationis ſcientiarum duæ cõditiones. Prima quod vnius ſubiectum ſub alterius ſubiecto ponatur. Secunda, quod inferioris ſubiectum addat ſubiecto ſuperioris accidentalem differentiam. Tertia, quod concluſiones ſuperioris ſint inferioris principia. 22.2

Subalternatæ, & ſubalternantis ſciẽtiæ conditiões. 5.2

Subalternatæ ſcientiæ ſubiectũ alterum eſt. 35.2

Suppoſitionis duæ ſunt ſpecies. 13.1

Suppoſitio à petitiõe, et definitiõe, quõ diſtinguat. 38.2.2

Suppoſitio duplex eſt, quædam ſimpliciter, quædam in genere. 39.2

Sufficiens duplex: ſimpliciter, & in genere. 40.2

Socrates eſt animal per accidens. 33.2

Species ſine differẽtiarum cognitione cognoſci minime poteſt. 84.3

Species pars eſt in genere. 52.2

Stereometria differt à Geometria, quoniam Geometria circa ſuperficies conſiderationem facit, Stereometria, circa corpora. 49.2.3

Speuſippus Philoſophus diuiſionem inutilem penitus falſo exiſtimauit ad definitiones. 84.3

Syllogiſmum fieri ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura eſt impoſsibile. 2:.3

Syllogiſmus, in quo materialis per formalem ſyllogizatur non eſt demonſtratio, ſed eſt ſyllogiſmus logicus definitionis materialis. 70.4

Syllogiſmus quo accidens ſubiecto aliquo demõſtratur primo ineſſe, demonſtratio eſt. 25.1

Syllogiſmi propoſitiones neceſſarias eſſe oportet. 28.3

Syllogiſmi materia conſiderans, conſentaneum eſt etiam cum de forma pertractare. 50.3.4

Syllogiſmus reduplicatiuus duplex. 61.3.4

Syllogiſmum duplantem fieri poſſe intentione addita ad vtraque propoſitionem, non tamen ad alteram earum bis. 61.3

Syllogiſmus Ariſtotelis, quo probat parietem non reſpirare, poteſt reduci ad primam figuram conuerſis maiori, & concluſione in terminis. 48.3

Syllogiſmus quomodo reduplicet. 61.2

Syllogiſmum negatiuum cauſæ in prima figura fieri non poteſt, niſi duabus conuerſionibus factis, & negatiuæ propoſitionis, & concluſionis. 4?.3

Syllogiſmorum tres ſpecies ſunt: quidam ſcientifici, quidam captioſi, quibus inter hos medij ſunt, cui nõ obſtat quod quatuor enumerat Philoponus. 7.4.17.4

Syllogiſmi ab effectu ſunt ab accidente. 8.1

Syllogiſmus ab effectu ad cauſam, non demonſtratio, ſed ſignum dicitur, ſeu coniectura, à cauſa vero ad effectũ cur dicatur demõſtratio. 1?.4

Syllogiſmus inductio, enthimema, exemplum ſunt ex præexiſtenti cognitione. 2:1.2

Syllogiſmus hypoteticus non omnis ad figuram reduci poteſt. 26.3

Syllogiſmi & concluſionis diſcrimen, quo ad vtriuſque præmiſſas ſumptum. 9.3

Syllogiſmus definitiuus ille eſt, qui definitionem definitionis pro medio accipit. 56.3

T

TAntum animal eſt riſibile conuertitur in hanc, omne riſibile eſt animal. 26.1

Topicorum liber cur ſic nominetur. 1.2

in Toto eſſe à dici de omni cum propria ſit ſeiunctum ratione, conſuleo de eo non meminit Philoſophus. 19.1

Triangulum accipi pro ſubiecto, & pro paſsione. 6?.2

Trinitas eſt numerus impar primus vtroq; modo. 82.1.2

Tibicines ſunt, qui oris inſtrumentis ſibillant. 48.4

Tibicines præ nimia anhelandi neceſsitate, quæ ad ſibillandum requiritur, in præcordijs exiccãtur ex Ariſtotele Octauo Polyticorum, & ideo humore indigent, qui potum inſtauratur. 48.4

V

VErum ex falſis ſyllogizari, non autem ſciri, aut demonſtrari poteſt. 9.3

cur Vulnera circularia difficilius ſanentur. 50.2.3

Vniuerſale non recte ſuſcipitur, ſi quod commune multis innominatum tamen, accipiatur vniuerſale. 23.4

Vniuerſale nequaquam demonſtrare manifeſtum eſt de parte demonſtrantes. 23.4

Vniuerſale prædicatũ eſt, quod omni & per ſe ineſt. 22.4

Vniuerſale dicitur tripliciter. 22.2

Vniuerſale non ſimiliter à Porphyriũ prædicabilibus, & ab Ariſtote. in libris Poſteriorum, & lib. Peri Hermenias accipitur 22.2

Vniuerſale latiue, quod græce Catolu, & Catholu dicitur ac ſcribitur. quid ſignificat. 22.3

Vniuerſale prædicatum neceſſario ineſt. 22.2

Vniuerſale demonſtratum eſt alicui immediatum accidẽs quod ad eius poſitionem & remotionem, remouetur, & ponitur. 25.2

Vniuerſale ſubiectum & vniuerſale prædicatũ quid ſint & quomodo diſtinguantur. 25.3

Vniuerſale demonſtrare putantes, cur non contingat demonſtrare. 22.3

Vniuerſale prædicatum tria neceſſario exigit. 23.1

Vniuerſale prædicatum duplex eſt. 23.2

Vniuerſalia quomodo ſint æterna. 33.2

Vniuerſalium eſt tantũ definitio, generis, aut ſpeciei. 85.4

Vniuerſalis oſtenſio ex ſingularum ſufficienti enumeratione demonſtratio nequaquam eſt. 24.4

Vniuerſalitas, cum ex intellectu dependeat vel rebus conuenit actu vel omnino non repugnat. 23.3

Vniuerſaliter demõſtratum minime eſt quod de omni eſt, niſi quæ de omni, & quæ vniuerſalia eandem quidditatem habeant. 25.1

Vniuerſaliter non nouit, quicunq; oĩ ineſſe cognouit. 25.2

Indicis finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE POSTERIORVM ANALYTICORVM LIBER PRIMVS

Cum Auguſtini Niphi Sueſſani Interpretatione, & accuratiſsima Expoſitione, Ioannis Argyropyli Textus.

OMNIS doctrina, omniſque diſciplina intellectiua ex antecedenti cognitione fieri ſolet.

Dilucidatoris interpretatio.

OMnis doctrina, & omnis diſciplina diſcurſiua ex præexiſtenti fit cognitione.

Com. pri. De ordine huius lib.

ANtequam ad textus expoſitionē veniam, Primo de ordine huius libri ad cæteros agendum nobis erit: Secundo agendū de demóſtrationis, de qua liber iſte agit, neceſsitate: qbus exploratis ad textū reuertemur.

Iſte liber ordine cāæ finalis ē vltimus, ordine autem doctrinæ eſt quartus. Ordo librorum dialecticæ.

Quantum ad primum in cōmētarijs Philoponi videtur magna controuerſia atq; inconſtantia. Primo.n. aſſerit hunc librum eſſe finē totius logici negocij. Secūdo aſſerit C hūc librum eſſe ante Sophiſticos, & Topica. Inquantum.n. ait hunc librum totius negocij logici eſſe finem, videtur enim ponere vltimum; inquantū vero eum ponit ante Sophiſticos, & Topica, videtē eum non ponere vltimum, ſed quartum, quoniā poſt librum priorum. Ergo non eſt certum quem locum teneat liber iſte. Dicendum ergo hunc librum eſſe finem & vltimum ſm ordinem cauſæ finalis, vt exponit Philop. qm ſyllogiſmus ſimpliciter eſt gratia ſyllogiſmi demonſtratiui, & gratia ſyllogiſmi demonſtratiui ſunt propoſitiones, & gratia propoſitionum ſunt decem ſimplices voces, ergo liber prædicamentorum eſt gratia libri de Interpretatione, & lib. de Interpretatione eſt gratia lib. Priorū. qui eſt de ſyllogiſmo ſimpliciter, & liber priorum eſt gratia huius libri, qui eſt de demonſtratione. Præ- D terea ſyllogiſmus dialecticus, de quo agit liber Topicorum, eſt gratia huius, qm dialecticus ſyllogiſmus eſt gratia demōſtratiui veluti probabilia ſunt gratia verorum & neceſſariorum. Amplius ſophiſticorum liber eſt gratia huius libri. qm obliquum eſt gratia recti: Ergo ordine cauſæ finalis hic liber eſt finis totius negocij logici. Ordine vero doctrinæ eſt quartus. Primus.n. eſt de decem vocibus, ſ. liber Prædicamentorum: Secundus eſt liber de Propoſitionibus, qui eſt Perihermenias. Tertius liber Priorum: qui eſt de ſyllogiſmo ſimpliciter. Quartus eſt liber Poſteriorum, qui eſt de ſyllo demonſtratiuo. Quintus eſt liber Topi. qui eſt de ſyllogiſmo dialectico. Vltimus eſt liber Elencho. qui eſt de

Phil. cōtra.

Solutio

A ſyllogiſmis ſophiſticis. Quod aūt liber de ſyllogiſmo demonſtratiuo præcedat librum de ſyl. o dialectico, patet. qm eſſentialius ipſi ſyllogiſmo eſt demonſtratiuum. ꝙ probabile, vt nunc ſupponatur. Quod etiam liber Topic. ſit prior lib. Sophiſticorum, co patet: quia rectum eſt prius obliquo. Sed occurres: liber Topico. eſt de inuentione, liber Poſteriorum eſt de reſolutione: ſed inuentio eſt prior reſolutione: ergo liber Topicorum eſt prior libro poſteriorum. Dicēdum, ꝙ inuentio dialectica eſt prior reſolutione dialectica, & inuētio demonſtratiua eſt prior reſolutione demonſtratiua: at inuētio demonſtratiua eſt prior inuentione dialectica, & ſic liber Poſte. qui eſt de inuentione & reſolutione demonſtratiuis, erit prior lib. Topico. qui eſt de inuentione & reſolutione dialecticis: Qñ ergo dicūt B inuentionem eſſe priorem reſolutione; verum eſt comparando inuentionem ad eius reſolutionem: quæ attinet ad ipſam. Hactenus de ordine.

Obiectio.

Solutio.

Poſt hæc de neceſsitate dicamus. Nam Philoſophi egent demonſtratione vt dirigantur ad partes philoſophiæ ſpeculatiuæ & practicæ, vt.n. faber diſcernit lignum rectum à tortuoſo rubrica vtens, ita philoſo. ſm ſpeculationem diſcernit verū à falſo, ſm praxim autem, bonum à malo demōſtratione. Quare demrōne Philoſophis opus eſt ad directionem vtriuſq; philoſophiæ partis: hæc de neceſsitate. Sed dubitabis. nā reſolutio eſſe non pōt, niſi prę cedat inuentio: ergo liber iſte eſt de inuentione & reſolutione: non ergo bene inſcribitur liber Analyticorum, hoc eſt reſolutiuorum. Dicendum, à fine vnumquodq; denominari iuſtū eſſe: &, quia in ſcientificis reſolutio eſt finis inuentionis, in ꝓbabilibus C & dialecticis inuētio eſt finis reſolutionis: Iure hic liber, cum ad ſcientias ordinetur, Analytico. inſcribitur. Liber vero Topic. cum ordinetur ad diſputationes, vbi finis eſt inuentio, Topic. inſcribitur: hoc eſt locorū, quibus dialecticus vtitur ad diſputādū.

De neceſsitate hꝰ lib. Ad opus & ſpeculationem neceſſaria ē hæc doctrina.

Dubitatio.

Solutio.

Poſt hæc ad textus expōnem venio, vbi Ari. hāc cōcluſionem intendit. Oīs doctrina, & omnis diſciplina diſcurſiua fit ex præexiſtenti cognitione. Vbi animaduertendum (vt ex cōmentarijs Philoponi colligitur) ꝙ Ariſ. intendit declarare ex quibus eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus, vt parte illa patebit, (Si igit eſt ſcire, vt poſuimus) Intendens ergo hoc, procedit ſm ſuum ordinē ex magis vniuerſalibus ad minus vlia: & primo declarat ꝙ demōſtratio fit ex quibuſdā præcognitis, quo declarato, mox quænam ſint hæc, declarabit. Volens vero declarare ꝙ D demonſtratio fit ex quibuſdā præcognitis, primo vniuerſaliter demonſtrat, ꝙ omnis doctrina & oīs diſciplina diſcurſiua fiat ex pręexiſtēti cognitione, & ita ex quibuſdā pręcognitis, cui vult eſſe ſubintelligendā minorem, vt tota rō ſit hæc, Oīs doctrina & diſciplina diſcurſiua eſt ex qbuſdā præcognitis: ſubaudi tū, ſed demonſtratio eſt doctrina vel diſciplina diſcurſiua: ergo demonſtratio fit ex quibuſdā præcognitis. Ergo ordo ſm ſuum modū eſt iſte, vt primo habeatur ꝙ oīs doctrina, & omnis diſciplina diſcurſiua fiat ex quibuſdā pręcognitis. vt ex hac habeatur, ꝙ oīs demonſtratio fiat ex quibuſdā præcognitis: poſtea declarat quotupliciter ſint illa p̄cognita, & qualia ſint, vl ex his habeat ex quibus & qualibus præcognitis ſit demonſtratio. Hęc de ordine

Tex. expſ

Concl. tex. expo Phil. Te. ſ. huꝰ.

dine ex commentarijs Philoponi colliguntur, & de ſenſu concluſionis propoſitæ. Sed quo ad verba attinet, diſputat Philoponus cum Alexãdro, quod Ariſt. per cognitionem intelligat, cum aſſerit omnem doctrinam, & omnem diſciplinã diſcurſiuam fieri ex præexiſtenti cognitione. Alex. n. per cognitionem inuentionem intelligit. Vbi animaduertendum (vt Plato inquit) diſcentiam duplicem eſſe. Alteram, quæ inuentio dicitur, vt qñ per nos ipſos ſine libris & pręceptoribus aliquid diſcimus, vt Primi Philoſophantes ex admiratione didicerunt. Alteram, quæ diſciplina vel doctrina dicitur: vt quando diſcimus ab altero, ſ vel libro, vel præceptore. Vult igitur Alexa. ꝙ omnis doctrina & omnis diſciplina diſcurſiua fiat ex pręexiſtẽti cognitione, hoc eſt ex pręexiſtenti inuentione.

Diſputatio Philo. cum Alex. circa verba tex.

Quid Alex.

Doctrina duplex.

Obijcit autem Philop. primo, quia Ariſt. infra oſtendit etiam inuentionem fieri ex præexiſtenti cognitione: & ſic vult inuentionem ſub doctrina & diſciplina haberi. Secundo, ſiue Ariſt. dicat, ſiue non, verum eſt, ꝙ inuentio quædam diſciplina eſt, quæ fit ex præexiſtenti cognitione ſenſitiua: quare, ſi omnis diſciplina ex præexiſtenti ſit cognitione, erit proceſſus in infinitum, ſi per cognitionem inuentionem intelligit.

Objectiões Philopon. 1. objectio. 2. objectio

B

Propterea Philoponus vult Ariſ. per cognitionem intelligere ſimpliciter cognitionem, quæcunq; ſit illa. ſatis. n. ſibi eſt, vt omnis diſcurſiua doctrina vel diſciplina fiat ex aliqua quauis præexiſtenti cognitione: nam ſtatim eſt expoſitio & ſpeciatim, quidnam illa ſit.

Opinio ſua

Siquis vellet poſſe Alex. defendere, ꝙ Alex. loquutus eſt de doctrina & diſciplina quæ in diſcipulo fit per auditum, & ab alio. tenendo ergo ſic, tunc verum eſt quod dicit, ꝙ omnis doctrina & omnis diſciplina fit ex inuentione, qñ Primi Philoſophantes ex inuentione cœperunt doctrinas ad vnum librum colligere.

Qualiter Alexan. defendi põt.

C

Philop. vero vniuerſalius intellexit per doctrinã & diſciplinam diſcurſiuam, omnem ſcientiam ſiue ab alio, ſiue à ſe habitam, & ſic per cognitionem intelligit quid vniuerſalius q̃ ſit inuentio, vt dictum eſt. Præterea, doctrina & diſciplina, vt Philop. monet, ſubiecto quidem eadem ſunt, differunt autem ſolum habitudine velut. n. via ab Athenis ad Thebas, & à Thebis ad Athenas habitudine quidem differunt, ſubiecto vero eædem ſunt, ita in diſciplina & doctrina. à præceptore. n. in diſcipulum, quæ vt actio intelligitur, doctrina nominatur, à diſcipulo vero, vt quædam paſsio, quę in ipſo exiſtat, diſciplina dicitur.

Quid doctrina & diſciplina.

Dixit autem recte ꝙ omnis doctrina, & omnis diſciplina fiat ex præexiſtenti cognitione, & non ex pręexiſtenti diſciplina, qñ in infinitum ſermo progrederetur.

D

Præterea. Recte addidit verbum illud dianoetica: hoc eſt diſcurſiuæ, non vt Philop. ſecundum alteram expoſitionem dicit ad contradictionem ſenſitiuæ cognitionis, quæ non ſemper fit ex pręexiſtenti cognitione (quod. n. nix ſit albior margarita, non fit ex præexiſtenti cognitione, qñ ſenſus docet, dato ꝙ nulla præſit cognitio). nam cognitio ſenſitiua non eſt doctrina, nec diſciplina: Modo, nihil differt per aliquid ab alio quod non eſt in genere. quare, cum ſenſitiua cognitio non contineatur ſub doctrina, non poteſt particula illa diſcurſiua eſſe id per quod differt à cognitione ſenſitiua. Vel facilius. Per differentiam generi additam non differunt, niſi quæ ſub

Ad cui' differentiam ponatur diſcurſiua Philopo.

Contra Philop.

A

genere ſunt, & non ea, quæ ſunt extra genus: at ſenſuaria notitia, ſub doctrinæ genere vel diſciplinæ non continetur. Aliter dicẽdum, verbum, illud eſſe additum, non quidem differentiæ cauſa, ſed vt vniuerſalius quod dicit, nam eſt diſcurſus multiplex vt enthymema, exemplum, inductio, & Syllogiſmus, vt complecteretur omnem diſcurſum, dixit ꝙ omnis doctrina & omnis diſciplina diſcurſiua, hoc eſt quę eſt aliquis diſcurſus, vel ſcientia habita per quem vis diſcurſum, fiat ex præexiſtenti cognitione. Aut fortaſſe hoc dixit ad differẽtiam doctrinæ definitiuæ, de quã non eſt nunc ſermo.

Opinio. propria.

Sed quæritur cur Ari. cœpit ponere hanc concluſionem ſimpliciter ſine aliqua particula denotãte, aut principium, aut continuationem ad præcedẽtem librum. Præterea cur pretermiſit procœmium, cum ſit preparatio ad ſequentia, Tertio Rhetoricor.

Dubitatio.

Quidam Anonymus græcus Ari. interpres aſſerit codicem eſſe fragmentatum, & ita aſſerit eſſe credendum in textu deficere particulam executiuam, quæ eſt, igitur, vel ergo, cuius cauſam affert qñ in Primo Priorum poſuit, procœmium, cum inquit, prope principium, (His vero determinatis, dicẽdum eſt per quæ, & qñ, & quo modo fit omnis ſyllogiſmus, poſtea vero dicemus de omni demonſtratione.) Ecce ꝙ in libro Priorum huius libri procœmium fecit: quare, cum præmiſit procœmium, nunc exequitur, & debet ſic legi. Omnis igitur doctrina & reliqua.

Sol. Anonymi.

Hæc quæ Anonymus Ari. interpres fingit, an verum ſit dubito. nam alij græci Ariſt. interpretes nihil dixerunt, bene autem arbitror conſideratione eſſe dignum.

Qualis ſit Solutio.

Hinc patet eorum error, qui dicunt Ariſt. prætermittere quid ipſum ſcire ſit. Nam ipſum ſcire eſt hic præcognitum, atq; conceſſum: ergo non quæſitum, non. n. fieri poteſt vt idem ſit nobis præcognitum, & quæſitum. Quod vero ſcire ſit nobis præcognitum hic, eo patet, quia ſcire demonſtratione colligitur, quæ eſt ſubiectum & conceſſum, & pręcognitum in hoc lib. Decepit aũt eos, quia Ari. ipſum ſcire non probat, ſed defendit ſoluens Menonis cauillum: at defendere poſſumus aliquid, quod non probauimus.

Error aliquorum.

Cã erroris.

Id ſi omnes quo fiunt pacto conſiderabimus manifeſtũ profecto fiet. Mathematicæ nanque ſcientiæ illo comparantur modo, & quæque cæterorum artium.

ARGY.

Manifeſtum autem hoc ſpeculantibus in omnibus. Mathematicę enim ſcientiæ per hunc modum fiunt, et aliarum unaquæque artium.

DELVCI.

Omnes aſſerunt Ariſto. nunc probare eam concluſionem, quam propoſuit, quod etiam Philopo. Alexan. & Them. annuunt: ſed de modo probandi non omnes eodem modo ſentiunt. vnde, vt ad iuniores deſcendam. Egidius romanus bonus Ariſtot. interpres ait Ariſtotelem eam concluſionem ſic inductione probare, Principiorum doctrina ac diſciplina ex præexiſtenti fit cognitione, & concluſionum doctrina vel diſciplina fit ex præexiſtenti cognitione: ergo omnis doctrina & omnis diſciplina fit ex præexiſtenti cognitione: nam nulla alia eſt præter has.

Comen. 2.

Sed iuniorum nonnulli obijciunt. Primo, ꝙ inductio non ſit ſufficiens, nam cognitio rei ſingularis, quæ per phantaſma habetur, & cuiuſq; rei definitio doctrinæ & diſciplinæ ſunt, & tamen neutra eſt aut principiorum, aut concluſionum. Secundo falſum eſt, quod aſſumit. nam licet cognitio conclu-

Secundo

conclusionis ex præexiſtenti fiat cognitione, non qnælibet principiorum notitia fit ex præexiſtenti cognitione: qm̃ non notitia primorum priucipiorum, nec quę doctoris traditione, nec quæ proprijs inuentis fit.

Defenſiões pro Egi.

Sed pace horum dixerim: hæc friuola ſunt. Primum quidem, qm̃ eam ſingularis notitia, quæ per phantaſma fit, nec doctrina, nec diſciplina eſt diſcurſiua, de qua concluſio loquitur. Secũdum vero, quoniam definitiua notitia nõ diſcurſiua eſt: vel dato, ꝙ eſſet diſcurſiua, de ea in lib. 2. dicetur, & eſt principij: eſt.n. definitio omnis demonſtrationis principium. Tertium iterum friuolum eſt: nam principia omnia memoria, & obſeruationibus colliguntur. Doctrina etiam, quæ à doctore, & inuentio, quæ eſt abs te vtraq; ex præexiſtente cognitione fit vel in ipſo doctore, vel in ipſo inuentore.

Quid expõ Egi. non ſit ad mentem Ariſtot.

Sed licet hæc expoſitio à Iuniorum cauillis defendi poſsit, non tamen eſt ad Ari. mentem Ariſ. n. de omni ea doctrina vel diſciplina loquitur, quæ dianoetica, hoc eſt diſcurſiua, vel argumẽtatiua eſt, ſub quę primorum principiorum nulla continetur. Præterea Ariſtot. in eius inductione nec principiorum, nec cõcluſionum meminit aliquo pacto.

Alia opin. quorũdam de probatione Ariſt. Cõfutatio.

Alij vero Iuniorum, qui his temporibus parum ante nos fuerunt, aliter dixerunt: aſſerunt enim. Ariſto. eam probare tribus exemplis. Quod quidem mihi non placet. Tum primo, quia exemplum argumentum rhetoricum eſt: quo raro Analyticus vtitur. Tum ſecundo, quoniam Ariſto. concluſio vniuerſalis eſt, modo, vniuerſalis propoſitio vel conſtruitur, vel deſtruitur: ſi deſtruitur, valet exemplum, quoniam ad deſtruẽdum ſufficit vnum, vt. 2. Topic. lib. traditur: at ſi conſtruitur: non niſi per omnia ſingularia conſtruetur, & hoc per inductionem habetur.

Caſ. pri.

Propria opin. & eſt Philop.

Quia igitur Ariſtote. concluſio eſt vniuerſalis, & ab eo non deſtruitur, ſed conſtruitur, recte ergo philop. & cæteri græci per inductionem Ariſtote. eam probare aſſerunt.

Qualis ſit inductio Them. Cõfutatio reſponſionis Themi.

Sed quæ ſit hæc inductio, Reſpondet quidam, fortaſſe Themiſtij auctoritate freti, inductionem eſſe in omnibus ſcientijs ſpeculatiuis, & in omnibus mechanicis artibus. Sed hoc non videtur bene dictum: quoniam Ariſto. loquitur de doctrina argumentatiua, cuius quatuor ſpecies ſunt, ſyllogiſmus, inductio, enthymema, & exemplum. Ergo, ſi debet inductio eſſe conueniens, oportet vt inducantur omnes ſpecies doctrinæ argumentatiuæ. Et, ſi reperitur omnem talem ex præexiſtenti cognitione fieri, tunc vniuerſaliter omnis doctrina, & omnis diſciplina argumentatiua fiet ex præexiſtenti cognitione.

Caſ. 4. Inductio ſecundũ propriam mentem.

In hunc modum Ariſtote. 6. Ethico. probauit hanc & Secundo Rheto. & Philop. etiam. Quare inductio eſt, Syllogiſmus fit ex præexiſtenti cognitione, & inductio, & Enthymema, & Exemplum ſimiliter, & nulla alia præter has eſt argumentatiua doctrina: ergo omnis argumentatiua doctrina fit ex pręexiſtenti cognitione.

Expoſitio verborum.

Tunc venio ad verba. inquit. n. Manifeſtum autem hoc ſpeculantibus in omnibus doctrinæ ac diſciplinæ ſpeciebus. Cuius cauſam affert: nam ſcientiæ, hoc eſt doctrinæ & diſciplinæ, mathematicæ, hoc eſt logicæ & ſcientificæ, fiunt per hunc modũ: & vnaquæq; doctrina vel diſciplina aliarum artium mechanicarum etiã per hunc modum fit. Ergo omnis doctrina & omnis di E ſciplina argumentatiua ex præexiſtenti fit cognitione.

Quid per math. Ariſ. intelligat ſecundum Philopo.

vbi (vt Philop. inquit) per mathematicas ſcientias logicas intelligit, nõ quæ logicæ partes ſunt, ſed quæ Logica vtuntur, quales ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ, quæ Logica vtuntur: & addit, & aliarum vnaquæq; artium, ſ. mechanicarum per hunc modum, ſ. ex præexiſtẽti cognitione fiunt,

Error quorundam.

& quoniam Ariſt. videtur deſcendere ad ſcientias, & ad artes, quidam crediderunt inductionem Ariſtot. eſſe ex ſcientijs & artibus, non autem ex doctrinis, quibus artes & ſcientiæ vtuntur, quod falſum eſt: vt per ſequentem textum patebit. Vbi inducit in doctrinis argumentatiuis, quibus artes vtuntur: Quo vero modo artes doctrina argumentatiua vtantur, quæ ex præexiſtenti fiat cognitione, Themi. per pulchre exponit. Nam (vt inquit) diſcimus ædificare, F ſed nonnunquàm quid lapides, quid irritum, quid macera eſſet noſſemus, ſimili ratione & de Sutoria, & de Nauifactiua exponit.

ARGY.

Sane circa quoque rationes, cum per ratiocinationes aut inductionem proceditur, idem ſeruari modus uidetur. In utriſque nanque per antea nota doctrina nimirum fit: quippe cum in altera tanquam à cognoſcentibus propoſitiones accipiantur, in altera per ſingularia iam notum ipſum oſtendatur vniuerſale.

DILVCI.

Similiter autem & circa orationes, & quę per ſyllogiſmos, & quę per inductionem. Vtręq;. n. per prius nota faciunt doctrinã. hæ quidem accipientes tanquã a notis, illę vero demonſtrãtes vniuerſale per id, manifeſtũ eſt ſingulare.

Comen. 3.

Quia induxit concluſionem propoſitam in doctrinis argumentatiuis quibus artes & ſcientiæ ſpeculatiuæ vtuntur, idem inducit in ſermocinalibus artibus quæ vtuntur, & Syllogiſmo, & Inductione; G & inquit } Similiter autem & circa orationes doctrinæ argumentatiuæ fiunt ex præexiſtenti cognitione. Dico circa orationes & quæ per ſyllogiſmos, & quæ per inductionem. Vtræque enim per prius nota faciunt doctrinam, non tamen eodem modo. nam hæ quidem, ſ. ſyllogiſticæ accipientes tanquàm à notis, illæ vero, ſ. inductoriæ, demonſtrantes vniuerſale per id, quod manifeſtum eſt ſingulare. Vnde (vt Philop. inquit). In ſyllogiſmis, neceſſe eſt, ꝙ omnes propoſitiones præcognoſcantur, & ſimul concedantur, & poſtea ex illis præcognitis & conceſsis concluſionem deducat: In inductionibus vero præcognita ſunt ſingularia. ver. gratia.

Inductio

Si volumus ſcire, ꝙ omne animal inferiorem mandibulam monet, deducam, quoniam & homo, & bos, & canis, & reliqua inferiorem mandibulam H monent, & ſic præexiſtens cognitio erit cuiuſque particularium notitia, ex qua præexiſtente vniuerſale deducimus. Ex his patet, quòd, cum Ariſtoteles induxiſſet in demonſtrationibus, quibus vtuntur ſcientiæ, & artes, hic induxit in ſyllogiſmis, & inductionibus quibus vtuntur facultates rationales, quæ ſunt partes logicæ.

Expõ verborum.

Quo vero ad verba attinet, per eas, quæ ſunt circa orationes, intelligit omnes logicæ partes, nam hæ poſſunt, & inductione, & ſyllogiſmo vti. Dixit autem per ſyllogiſmos in numero plurali, & per inductionem in numero ſingulari (vt puto) vt innuat ad idem fieri poſſe plures ſyllogiſmos. non autem plures inductiones. Et licet in ipſa inductione plura ſingularia inducantur, tamen dixit per id quod manifeſtum eſt ſingu-

ſingulare, dans intelligere omnia ſingularia vnius ſingularis medij vim habet. Addidit vero, has quæ ſyllogiſmis fiunt, fieri tanquam à notis, quia in ſyllogiſmo propoſitiones, vt notæ & conceſſæ ſumuntur, vt ex ſyllogiſmi definitione patet. Quæ vero inductione perficiuntur, dixit fieri per id quod manifeſtum eſt ſingulare, quia inducens vtitur præacceptis ſingularibus vt vere notis ſenſu, aut abſeruatione, per quæ dat intelligere tam ſyllogiſmos quàm inductionem ex præexiſtenti cognitione.

In. 1. priorum. 1.

ARGV. *Simili profecto modo & oratoriæ rationes ſuadent. Aut enim exemplis, quod eſt inductio, aut enthymematibus, quod quidem eſt ratiocinatio, facultas ipſa ſolet oratoria ſuadere.*

DILVCI. *Similiter autem & rhetoricæ perſuadent. aut enim per exempla quod eſt inductio, aut per enthymemata, quod quidem eſt ſyllogiſmus.*

Comen. 4. Poſtquam induxit in ſyllogiſmis, & inductione, nunc (vt Philop. placet) Inducit in exemplis, & enthymematibus, quibus vtuntur Rhetorici, & inquit. Similiter autem cum Philoſophorum ſyllogiſmus, & rhetoricæ perſuadent, ſcilicet ex præexiſtenti cognitione. Nam & exemplum, & enthymema, quibus Rhetor vtitur, ex præexiſtenti cognitione fiunt. enthemema quidem, nam hoc eſt enthymema, Socrates ſe pulchre ornat, atque comat: ergo eſt adulter. Vbi patet hoc præcognoſci, quòd pulchre ſe ornare, ac ſeſe comare, criminatur, vitioque datur. hoc enim menti derelinquitur ac præcognoſcitur. Exemplum vero, nam hoc eſt exemplum: Piſiſtratus capiens cuſtodes, Tyrannidem exercuit: Ergo cuſtodes non ſunt dandi Eſchino. Vbi patet præcognoſci, cuicunque cuſtodes dantur, Tyrranidem exercere. Dicitur igitur Ariſtote. Similiter autem, ſcilicet ex præexiſtenti cognitione & rhetoricæ perſuadent: aut enim per exempla, quod ſubaudi perſuadere per exempla eſt inductio, non quidem ſimpliciter, ſed ad Rhetorem comparando. Habet enim apud Rhetorem tantam vim perſuaſio per exempla, quantam apud logicum perſuaſio per inductionem. Aut perſuadent per enthymemata, quod quidem perſuadere per enthymemata eſt ſyllogiſmus: quia eandem vim habet ad rhetorem enthymematica perſuaſio, quam & ſyllogiſtica ad dialecticum. Sic enim Ariſtote. in rhetoricis locum illum expoſuit. Non enim exemplum eſt ſimpliciter inductio, nec enthymema ſimpliciter ſyllogiſmus, ſed proportionabiliter, quoniam vt Ariſtoteles inquit in rhetoricis, Exemplum apud Rhetores tantam vim habet, quantam apud Philoſophos inductio ipſa. Præterea & enthymema tantum valet apud rhetores, quantum apud Philoſophos ſyllogiſmus.

1. rhe. c. 4.

Sed quæres, vtrum tantum quatuor ſint doctrinæ. & videtur ꝙ non, quoniam compoſitio, & diuiſio ſunt doctrinæ: ergo non tantum quatuor. Amplius definitio eſt doctrina. Dicendum ſecundum Boe. doctrinas dianoeticas, hoc eſt rationales eſſe tantum quatuor, & primo quidem ex parte modi diſcurrendi, quoniam vel de monſtratiue diſcurrimus, & ſic habetur ſyllogiſmus, vel probatiue, & ſic habetur ipſa inductio, vel perſuaſiue, & ſic eſt enthymema, vel ſuaſiue, & ſic eſt exemplum. Aut diſcurrimus ex parte materiæ: quoniam vel ab vniuerſali, & ſi ab vniuerſali perfecte, ſic eſt ſyllogiſmus, vel ab vniuerſali imperfecte, & ſic eſt enthymema. Vel diſcurrimus à particulari, & ſi per fecte, eſt inductio, ſin autem imperfecte, eſt exemplum. Patet ergo quatuor eſſe dianoeticas doctrinas Compoſitio vero & diuiſio, & definitio non ſunt dianoeticæ nec diſcurſiuæ.

Secundo quæritur cur hæc concluſio ab Ariſtotele inductione probetur. Dicendum, quòd cum concluſio probata ſit vniuerſalis, non potuit probari enthymemate: quoniam enthymema eſt ab vniuerſali non ſimpliciter, ad particulare. Etiam cum probetur conſtructiue, non poteſt exemplo probari, quo vtimur ad deſtruendum. Rurſum, cum hæc concluſio, vt ſuppoſitio ſumatur, in hoc libro, B ſyllogiſmo probari non poteſt. Quare cum nullus ſit alius probandi modus, licuit inductione probari. De modo probandi quæſtio ſecunda. Solutio

Quæritur tertio: quoniam in hac probatione videtur petitio principij. Per hanc enim ſyllogizat omnem demonſtrationem fieri ex quibuſdam præcognitis, vt placuit Philopono. Et tamen ad probandum omnem dianoeticam doctrinam fieri ex quibuſdam præcognitis, ſumit in mathematicis, quæ demõſtratione & ſyllogiſmo vtuntur, demonſtrationem fieri ex præcognitis quibuſdam.

Dicẽdum ꝙ doctrina demonſtratiua, vt vniuerſaliter ſumitur, probatur, Particulariter vero ſumpta probat, & ſic tollitur principij petitio. Solutio.

Quarto quæritur: quia Ariſto. hic velle videtur & Logicam Rhetoricam eſſe ſpecies ſermonis diuerſas, at Primo Rhetoricorum magnorum aſſerit, Rhetoricam eſſe ſpeciem logicæ. Quarta qõ. Cap. pri. Solutio.

C Forte Ariſtoteles loquitur ſecundum eorum poſitionem, qui rethoricam à logica diuiſerunt, ac libro Rhetoricæ loquitur ſecundum veritatem, & propriam opinionem.

Quinto quæritur, quia non videtur quòd rhetorica debeat vti enthymemate quoniam enthymema eſt ſyllogiſmus ſecundum ſui naturam. Nec videtur quòd logicus inductione vti debeat, quoniam inductio eſt argumentum imbecille, quum petat quaſi principium, vt ſecundo Topicorum. Dicendum, quòd, cum Logica ſit facultas ad Rhetoricam ſuperior, quocunque rhetorica vti poteſt, & logica vti poteſt. Ergo, cum Rhetor enthymemate, & exemplo vti poſsit, etiam Logica eiſdem vti poterit. Tunc dico, quòd logica ſecundum rationem propriam, qua eſt efficax facultas, ſyllo- D giſmo & inductione vtitur, quæ potiora argumenta ſunt. qua vero ratione eſt facultas efficacíſsima, ſyllogiſmo ſolo vtitur. qua ratione deniq; eſt communis facultas, omnibus vti poteſt. Cur vero rhetorica vti poſsit enthymemate, licet ſit naturaliter ſyllogiſmus, In rhetoricis Iudicis dictum eſt. Diximus enim enthymema eſſe facile, quo eſt curtum argumentum, quo vero ad ſyllogiſmum reducitur, eſſe difficile. Quæres vero obiter, vtrum, vt enthymema eſt ſyllogiſmus diminutus, ſic exemplum poſsit dici enthymema inductionis. Dicendum ꝙ poteſt: quoniam vt enthymema reſpectu ſyllogiſmi eſt argumentum ab vno, ſic exemplum reſpectu inductionis eſt argumentum ab vno. Hæc de probatione Ariſtotelis. Vbi animaduertendũ ꝙ Philoponus

5. quæſtio. Cap. 20. Solutio. Quo Logica vtat ſyllogiſmo et thyme. &c. L. 1. 2. c. 2. Sexta qõ. Solutio.

ponus in ſequenti textu velle videtur quòd Ariſtoteles probauerit omnem doctrinam diſcurſiuam fieri ex præexiſtenti cognitione duplici inductione, Altera quidem ex ſcientijs, & artibus, Altera vero ex ſpeciebus doctrinæ argumentatiuæ; quæ expoſitio non eſt ſpernenda. Verum de his hactenus.

ARGV.

Dupliciter autem oportet præcognoſcere. Quædam enim eſſe, quędam quid dictum ſignificet, quędam vtroque modo antea percipiamus oportet. Veluti de quouis quidam affirmationem aut negationem dici verum eſſe, triangulum autem hoc ſignificare, Vnitatem vero vtroq; modo & quid ſignificet & etiam eſſe. Non. n. vnumquodque iſtorum ſimili modo nobis eſt manifeſtum.

DILVCI.

Dupliciter autem neceſſarium eſt præcognoſcere. Alia nanque quia ſunt, præaccipere neceſſarium eſt, Alia vero quid eſt, quod dicitur intelligere oportet, Quædam autem vtroque modo. Vt quoniam quidem omne aut affirmare, aut negare, verum eſt, quia eſt: Triangulum autem, quoniam hoc ſignificat: Sed vnitatem, vtroque modo, & quid ſignificat, & quia eſt. Non enim ſimiliter horum vnumquodque manifeſtum eſt nobis.

Comen. 5. Contra expōnē quorundam.

Sunt qui libros Ariſtotelis per cōcluſiones diſſecarunt, ideo hic quartam concluſionem deſignarunt, quod videlicet tria ſint præcognita, duæ præcognitiones, atq; tres præcognoſcendi modi: quæ vero ſint præcognita, quæ etiam præcognitiones, & qui præcognoſcendi modi, licet ipſi dicant, nos etiam poſtea dicemus. quæ expoſitio nullatenus verbis Ariſtotelis accommodari poteſt, vt ex his patet, quæ Græci Ariſtotelis interpretes dixerunt. Propterea cum Philopono mihi dicendum eſſe videtur, quòd, cum dixiſſet omnem doctrinā & omnem diſciplinam argumentatiuam, & dianoeticam G fieri ex præexiſtenti cognitione, Vult nunc aſsignare, quæ nam ſint præcognoſcenda ante demonſtratiuam doctrinam vel diſciplinam. Sed dices, cur non oſtendit, quæ nam ſint præcognoſcenda ante vnamquanq; argumentatiuam doctrinam, cum doctrina argumentatiua ſit quadruplex, ſed ſolum oſtendit quænam ſint præcognoſcenda ante doctrinam demonſtratiuam. Innuit ſolutionem Philoponus, quoniam non de particularibus ſcientijs eſt nobis propoſitum, ſed ſimpliciter de demonſtratiua methodo, & ideo non oportuit declarare quęnam ſint ſecundum vnamquanque ſcientiam præcognoſcenda, ſed ſolum quænam pręcognoſcenda ſint ante demonſtratiuam. Hæc de intentione generatim, ſed quoniam (vt Philoponus inquit) quænam præcognoſcenda ſint cognoſcere non poſſu- H mus, niſi nouerimus quot modis præcognoſcantur, quæ præcognoſcuntur, ideo ſpeciatim exponit quot modis ſit præcognoſcere. Hæc ſpeciatim de intentione. Pro declaratione vero intentionis, id apud omnes ſupponendum, ante demonſtrationem demonſtratiuamque methodum, tria eſſe neceſſario præcognita, duas vero præcognitiones.

Dubitatio Sol. Philo.

Sed quæ ſint illa præcognita, & cur tria, itemq; quę præcognitiones, & cur duæ, non eadem ratione exponunt omnes. Recentiores dixerunt præcognita eſſe tria, videlicet ſubiectum, paſsionem, & eam propoſitionem, quam græci axioma, dignitatem vero Latini appellant. Subiectum quidem, de quo quæritur, vt animus. Paſsionem vero, quæ quæri- E tur, vt immortale. Dignitatem vero, quam communiter omnes veram eſſe ſupponunt, videlicet de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, & de nullo ſimul.

Quæ præcognita ſecūdū Linc.

Huius rei cauſam tradunt, quia cum demonſtratio ſit effectus quidam, eius quatuor erunt cauſæ, vt agens, vt finis, vt materia, vt forma. à parte quidem finis, quod eſt ipſum ſcire, nullum præcognitum accipitur: quoniam pręcognitum demonſtrationem præcedit: at ipſum ſcire, quod eſt finis, vult eſſe vltimum. Materia autem eſt ſubiectum, forma eſt, paſsio ipſa, efficiens, propoſitiones: à parte ergo materiæ ſumitur præcognitum, quod dicitur ſubiectum: à parte formæ ſumitur aliud, quod dicitur paſsio, à parte autem efficientis, ſumitur dignitas. Quare, cum quatuor ſint cauſæ & à fine præcognitum nullum ſumatur, tria relinquentur præcognita: Dignitas à parte efficientis, Subiectum à parte F materiæ, Paſsio à parte formæ. Præcognitiones autem duas eſſe tradunt: videlicet quid nominis, & quia eſt, aut quoniam eſt, aut ꝙ ſit. Huius cauſam aſsignant, dignitatis præcognitio, eſt quia vera eſt: quid vero ſit, aut quid eius nomen ſignificat, haberi non poteſt. Eſt enim quoddam complexum verbo, cuius nulla præcognitio habetur. Paſsionis vero quid nominis: nam ipſam eſſe eſt ipſam ineſſe: hoc autem quæritur. Subiecti autem duæ ſunt, & quòd ſit, & quid eius nomen ſit, quomodo dicitur. Quare, duæ ſunt præcognitiones, & quid nominis, & quia eſt. Hæc ex commentarijs Linconienſis Groſtatellæ colliguntur. Sed pace horum dixerim hæc multipliciter ambigua videntur. Primo quidem: quia aliqua eſt demonſtratio, cuius licet vnum præcognitorum ſit dignitas, eius tamen nec ſubiectum, nec paſsio ſunt præcognita, vt huius, omne coloratum eſt corpus, omne album coloratum: igitur omne album eſt corpus. Huius enim album ipſum ſubiectum corporis non eſt, nec corpus albi paſsio, vt ſuo loco dicetur. Secundo, quia nō videtur ideo tria eſſe præcognita, quia quatuor ſunt cauſę & à fine non poteſt accipi pręcognitum, quia finis vult eſſe vltimum: nam licet finis ſit vltimus, tamen ſecundum intentionem artificis eſt primus, & ſic quatenus primus poteſt habere rationem præcogniti. Præterea, à parte efficientis non magis accipitur quòd dignitas ſit præcognitum quàm maior, vel minor propoſitio: quoniam dignitas eſt agens, & maior & minor propoſitio etiam agens eſt. Præterea, paſsio non poteſt eſſe præcognitum, quia eſt forma, quia non demonſtrationis forma eſt, ſed ſubiecti: demonſtrationis enim forma concluſio eſt, vt Philopo. inquit Primo Priorum. Demum hæc expoſitio licet declaret dignitatem non poſſe præcognoſci quid, & paſsionem non poſſe præcognoſci quòd ſit, ex hoc non video ſequi duas tantum eſſe præcognitiones. Melius ergo cum Philopono dicendum eſt, quod ante omnem demonſtrationem tria ſint præcognita, duæ vero præcognitiones. Præcognita quidem ſunt conceſſum, quæſitum, & dignitas. Eſt enim conceſſum in plus quàm ſubiectum, in demonſtratione enim quam diximus, Album eſt conceſſum, & non ſubiectum. Corpus vero eſt quęſitum de albo, & non albi paſsio, dignitas etiam eſt propoſitio vniuerſalior & maiore & minore,

Cauſa.

Refutatio expoſitionis. & prio.

Secundo.

Propria pō & eſt Philo.

ſiti & conceſsi, niſi intelligantut quid ipſa ſignifi E cę. Hæc autem, quę ſibi inuicem cohærent, ſibijnuicem ſunt æqualia, ſoli Perſpectiuæ eſt communis.

eent, proculdubio demonſtratiua methodus non intelligetur. Secundo propter nomina nota apud Philoſophos: nam licet termini, quibus Philoſophi vtuntur, ipſis doctoribus noti ſint, diſcipulis tamen ſunt ignoti, quibus niſi pateant demonſtratiuam methodum ignorabunt. Præterea, nomina ſempet non ſunt eadem apud omnes: ſiquidē alia ſint apud Græcos, alia apud hæbreos, apud nos veto alia. Quare in omni doctrina argumētatiua, in qua quis ab alio diſcit traditione, opus eſt, vt nominum ſignificationes præcognoſcat. Sed circa hæc adhuc dubitabis: nam cum dianoetica doctrina ſit quadruplex, Sillogiſmus videlicet, enthymema, inductio, & exemplum: propter quid Ariſtot. ſolum de præcognitis in ſyllogiſmo demonſtratiuo loeutus

Sol. Phil. eſt, & non in cæteris. Dicendum (vt ex Philopono colligitur). Ariſto. hic non loqui de particularibus ſcientijs, ſed de demōſtratiua methodo, ꝓpterea non debuit quærere quæ in vnaquaq; ſcientia præcognoſci debeant, ſed ſolum in demonſtratiua.

Alia dubi. Rurius dubitabis. nam, cum quatuot ſint quæſtiones, an res ſit, quid res ſit, qualis res ſit, & propter quid talis res ſit: cut præcognita & præcognitiones ſolum doeuit in demonſtratiua doctrina, qua quæſtio qualis res ſit, & propter qnid talis tes

Rñ. Them. ſit, accipitur & non in cæteris. Reſpondet Them. quia per hæc, quæ dicit in demonſtratiua, facile in alijs intelligi poteſt. Nā in quæſtione illa, qua quæritur an vacuum ſit, conceſſum eſt quid ipſum vacuum ſignificat: quæſitum vero eſt ipſum eſſe. In quæſtione veto quid Deus ſit, conceſſum eſt deum eſſe, & quid ſignificat hoc nomen Deus: quæſitum autem eſt qnid deus ſit an animal ſempiternum, à quo cœlum & tota natura dependet. In doctrina vero demonſtratiua, pet quam demonſtratur qualis tes ſit, vel propter quid talis ſit, pręeognita ſunt

Alia ſolo. coneeſſum, quæſitum & dignitas. Patet ergo illa non ab ratione eſſe prætermiſſa. Præterea fortaſſe hie illa prætermiſit, vſque ad librum ſecundum, vbi

An præmiſſæ ſint præcognitæ. de quæſtionibus illis plane tepetit. Tertio adhuc qnæres, vtrum propoſitiones, videlicet maior, & minot ſint præcognitæ.

Dicendum, ꝙ ſi eomparētur concluſioni ex parte propoſitionum præcognita erunt omnia illa, quæ ante concluſionem, ſaltem natura præcognoſcuntur: & ſic dignitates remotæ, & propoſitiones pro ſyllogiſmi demonſtrantis altera propoſitionum, & propoſitiones ipſæ, quibus conficitur demonſtratio, dicuntur præcognita. At ſi comparen- H tut ipſi demonſtratiuæ methodo, pręcognitum eſt

Dignitas triplex. id, quod græce dieitur axioma, latine dignitas, quę triplex eſt. Alia quidem omnibus ſcientijs communis, alia communis quibuſdam, alia propria vni ſcientiæ, ſed cōmunis omnibus conelusionibus illius, vt ſuppoſitio: vel communis animi eōceptio. Alia proxima & propria vni demonſtrationi, vt propoſitio maiot, & propoſitiones pro ſyllogizantesı hæc quidem in omnibus, affirmatio vel negatio vera eſt, in omnibus ſcientijs locum haber, hæc vero, quæ vni & eidem ſunt æqualia, & ſibijnuicem ſunt æqualia, & ſi ab æqualibus æqualia demas, cætera quæ remanent ſunt æqualia, pluribus ſcientijs communes ſunt, vt Muſicæ, Geometriæ, & Arithmeti-

Quo minor nō poteſt præcognoſci. Minot autem propoſitio reſpectu demonſtratiuæ methodi non poteſt eſſe præcognita. Primo quidem, quia minores ſub eadem maiore poſſunt eſſe infinitæ. Secundo, quoniam minor eſt cum concluſione aliquando ſimul cognita, & ſic non ante demonſtrationem, ſed quaſi in ipſa demonſtratione cognoſcitur.

ARGT. *Fit autem vt cognoſcamus quædam prius cognoſcentes, quorundam etiam ſimul accipientes cognitionem, veluti quæcunq; ſunt ſub vniuerſali, quorum habetur cognitio. Nam omnem triangulum tres angulos duobus rectis æquales habere antea ſcimus, at id quod eſt in ſemicirculo triangulum eſſe ſimul inducentes agnouimus. Hoc .n. pacto nonnullas diſcimus rerum, & non per medium extre-* F *mum cognoſcimus, quæcunque iam ſingulares ſunt, & de nullo prædicantur ſubiecto.*

DILVCI. *Eſt autem cognoſcere alia quidem prius cognoſcentem, aliquorum autem & ſimul accipere notitiam, vt quæcunque contingunt eſſe ſub vniuerſalibus. quorum habent cognitionem. Quod .n. omnis triangulus habeat tres angulos duobus rectis æquales, præſciunt, quòd vero hic, qui eſt in ſemicirculo, triangulus ſit, ſimul inducens cognouit. Quorundam enim hoc modo diſciplina eſt, & non per medium*

Diſciplina Notitia. *vltimum cognoſcitur. Vt quęcunq; iam ſingularium contingunt eſſe, & non de ſubiecto aliquo.*

Cōmen. 6. Hic textus obſcurus eſt, ideo recentiores dicūt Ariſtotelem nunc declarare qua nam ratione propoſitiones, videlieet maior & aſſumprio poſſunt

Expō Linconienſis. eſſe præcognitæ, & quo modo non. Vnde Linconienſis Groſſateſta ait, præcognita ipſa eſſe duplicia. Alia quidem, quę prius tempore ante conclu- G ſionem præcognoſcuntur, Alia autem, quæ ſimul tempore, quam differentiam Ariſtotelem ait hic edocere, Themiſtius, qnem Auerroes imitatur: Ariſtotelem tradere differentiam inter ipſum cognoſcere: & diſcere aſſerit, & hoc, aut qa per eiuſmodi differentiam optimam partem Cauilli Menonis reſoluet, aut quia bona coniectura ex dictis ſequitur, vt quaſi neceſsitate materiæ, hanc adcat differentiam. Ex hac quoq; differencia poterit intelligi. quonam pacto concluſio ipſa ante demonſtrationem pattim ſciri, partim neſciri poterit. Sed quæ inter ipſum cognoſcere, & ipſum diſcere diffe-

Expō The. tentia ſit, nec Ariſ. ſatis explicat, nec The. edocēdo verbis Ariſ. ſupplet, Ab Ariſt. n. tria duntaxat habemus. Primum, ꝙ nos cognoſcere poſſumus aliqua, quę prius cognouimus, & nec exponit quo modo, ſed ſolum inquit. (Eſt autem cognoſcere aliqua quidem prius cognoſcentem.) Ecce quo modo ſolum tradit nos poſſe aliqua cognoſcere, quæ quidem prius cognouimus. Secundū quod habemus, eſt quędam poſſe nos ſimul de nouo cognoſcere & diſcere, & inquit, (Aliquorum antem & ſimul accipere notitiam). Intelligens & ſimul accipere notitiam diſcendo, & illa cognoſcendo. huius ſecundi declarationem ſubſcribit per exemplum, & inquit: ſubaudi eorum ſimul notitiam & cognitionē nos habere contingit, vt ſunt ea quæcunq; ſub vniuerſalibus contingunt eſſe: quorū vniuerſalium ipſe cognoſcens, vel diſcens habet cognitionem: quare, ſi diſcens aliquorum vniuerſalium cognitionem præhabuit, & obiter occurrit aliquibus particularibus,

que

quę ſub illis vniuerſalibus pręcognitis ſunt: hic par ticularia illa ſuo occurſu ſimul & diſcit, & cognoſcit. Hæc autem: quæ ſimul cognoſcit & diſcit, exponit exemplo ꝙ ſint aſſumptiones, quas propoſitiones Ariſt. vocat minores, ea vero, quæ cognoſcimus & quæ prius cognouimus, indicat eſſe propoſitiones, quæ dignitates ſunt, vel maiores: & inquit. Nam ꝙ omnis triangulus quidem habeat duobus rectis ęquales præſciuit, & hæc eſt maior: quam cognoſcimus, & eam prius cognouimus: Quod autem hoc quod in ſemicirculo eſt, ſ. lineatum & deſcriptum, triangulus ſit: ſimul inducens, hoc eſt diſcens cognouit, & ſic aſſumptio in ſingularibus ipſis eſt: quam ſimul cognoſcit & diſcit; & ſic hucuſque habemus nos poſſe cognoſcere aliqua, quæ prius cognouimus, vt ſunt dignitates, ſiue maiores: & nos poſſe ſimul cognoſcere & diſcere aliqua, vt ſunt aſſumptiones, ſiue minores. Sed quoniam aſſumptiones ſunt multiplices, exponit, quæ ſunt, quas ſimul cognoſcimus & diſcimus, & inquit. Aliquorum. n. hoc modo diſciplina eſt, hoc modo dico, & diſciplinam, & cognitio & non per medium, ſed ſenſu cognoſcitur vltimum, i. aſſumptio, quæ dicitur minor propoſitio, & quia dixit cognitionem ſimul & diſciplinam aliquorum haberi, exponit quorum & inquit. (Quæcunq; videlicet ſingularia eſſe contingunt, & non de ſubiecto aliquo.) ecce quomodo ex verbis Ariſt. nihil plus habemus, niſi tria, videlicet ꝙ ſunt quædam, quæ cognoſcimus, quæ prius cognouimus, vt dignitates ſiue propoſitiones in maiores: quædam, quæ ſimul cognoſcimus & diſcimus, ſcimus, vt aſſumptiones. & tertio ꝙ hęc, quæ ſimul cognoſcimus & diſcimus, ſunt aſſumptiones quæ ſenſu ſine medio nobis obiter occurrunt, vt ſingulares propoſitiones, quæ ex his ſunt, quæ ſunt ſingularia, & non de ſubiecto aliquo prædicabilia nec plura ab Ariſt. nacti ſumus de differentia inter cognoſcere & diſcere, quã græci expoſitores Ariſt. velle tradere affirmant. Quo autem ad verba attinet, Ariſt. vocat ſingularia ea quæ ſub vniuerſalibus contingunt eſſe, quod non videtur verum: nam ſingularia neceſſario ſunt ſub vniuerſalibus, neceſſario. n. omne currens mouetur, & omne album eſt coloratum, & omnis homo eſt animal. Fortaſſe ad nos retulit Ariſt. nam ſingularia contingunt eſſe ſub vniuerſalibus, occurſu noſtro, quia obiter illis occurrimus, & ſenſu ſub vniuerſalibus ipſis contineri cognoſcimus. Vel dixit illa contingenter ſub vniuerſalibus eſſe, quia contingunt mutari vniuerſalibus ſemper manentibus, non ꝙ dum ſint poſsint non eſſe ſub vniuerſalibus, dum enim ſunt, neceſſario ſunt ſub vniuerſalibus, nam omnis homo eſt animal neceſſario dum eſt homo, ſiquidem omne quod eſt, neceſſe eſt eſſe, dum eſt, vt in libro de Interpretatione dicitur. Aſſumptiones etiam, quas ſimul cognoſcimus & diſcimus, ait eſſe eorum, quę ſunt ſingularia, & non de ſubiecto aliquo prędicata, quod eſſe poteſt, quia ſingulare duplex eſt: quoddã de ſubiecto aliquo dictum, vt in accidentibus hoc album de ſubiecto aliquo corpore dicitur, Quoddam ſingulare, quod non de ſubiecto aliquo dicitur, vt hic homo, & ſingulare in ſubſtantijs: & tunc vult ꝙ eas aſſumptiones ſimul diſcimus & cognoſcimus: quare ſubiecta ſunt ſingularia in genere ſubſtantiæ, Quod quidem mihi non placet poteſt. n. aſſumptio eſſe ex ſubiecto in genere accidentium: vt hæc, hoc album eſt lignum. Melius igitur Ariſtotelem adieciſſe, & non de ſubiecto aliquo, propter particularia, quæ quidem ſingularia ſunt in re, vt quidã homo, & aliquis æquus, ſed de ſubiecto aliquo nam Socrates eſt quidã homo, & Plato eſt aliquis homo. aſſumptiones, quas ſimul diſcimus, & cognoſcimus ex ſingularibus ſunt, quæ non ſunt particularia, ſed de nullo ſubiecto dicta, hæc ſine medio ſenſu ipſo diſcimus & cognoſcimus, particularia autem cum quodam modo ſin vniuerſalia ſenſum tranſcendunt.

A

verborum expoſitio.

Obiectio text.

Solutio

Alia ſolo.

Ari. piher. cap. vltimo

Quare dixit & non de ſubiecto aliquo..

Reſpon.

Singulare duplex.

Cõfutatio reſpon. propria reſpõ.

Dubitatio.

Sed occurres, quia doctrina & diſciplina idem eſt: eadem. n. cognitio vt à doctore doctrina eſt, vt in diſcipulo diſciplina. ſed doctrina eſt propoſitionum ſiue dignitatum vniuerſalium & ſingularium: igitur & diſciplina.

B

Solutio.

Dici poteſt ꝙ omnis doctrina eſt diſciplina, non tamen omnis diſciplina eſt doctrina. Inuentio. n. quæ ſingularium eſt diſciplina, & non eſt doctrina: quare hic per diſciplinam intelligit inuentionem: inuentio enim quædam diſciplina eſt, quatenus ipſe inueniens diſcit ſaltem à ſe: quia. n. diſcens vt diſcens, & à ſe, & ab alio diſcere poteſt, ideó diſciplina & de doctrina, & de inuentione dicitur.

Digreſsio.

Quare diſcere, ſi communiter ſumatur, erit vniuerſalium & ſingularium, ſed ſi proprie, vt hic loquitur Ariſto. diſcere non niſi ſingularium aſſumptionum vel concluſionum erit. Sed reputamus nunc differentias inter diſcere, quod hic pro inuentione intelligitur, & cognoſcere. ſic n. quæ Ariſto. nobis reliquit ſupplebimus. Nam ab Ariſt. ipſius cognoſcere duas habemus differentias tantum: quoniam dupliciter cognoſcimus, alia quidẽ, quę prius nouimus vt dignitates ſeu maiores propoſitiones.

C

Alia vero: quæ non prius nouimus, ſed ſimul diſcimus & cognoſcimus, vt aſſumptiones, quæ propoſitiones minores ſunt, & vltimæ, quæ ſenſu apprehenduntur, & non per medium, & quæ ſingulares ſunt. Dicamus igitur octo eſſe eorum, quę diſcimus & cognoſcimus combinationes: quarum ſeptem veræ ſunt, & octaua falſa. Nam quædam cognoſcimus, quæ prius cognouimus Primo vt ſi aliqua nudiuſtertius nouimus, heriq; obliti ſumus, & hodie reminiſcimur. hæc enim, quæ nunc reminiſcimur, hodie cognoſcimus, quæ nudiuſtertius cognouimus Secundo, vt ſi nudiuſtertius actu conſiderauimus, heri ſomno ſopiti non actu cognouimus, hodie experrecti ruſus actu cognouimus, hæc profecto nunc cognoſcimus, quæ prius cognouimus.

Octo cõbinatiões eorũ quæ diſcim⁹ & cognoſcim⁹.

1. cobina.

D

Tertio, vt particularia, quorum vniuerſalia præcognouimus: hæc enim cognoſcimus in particulari, quæ prius cognouimus in vniuerſali: hæc quę cognoſcimus, prius cognita, ſunt dignitas, propoſitiones primæ, quæ maiores dicuntur, ac vniuerſales notiones à Themiſtio.

Secunda combinatio eſt: quoniam quædam cognoſcimus, quæ prius non cognouimus, vt particularia, quæ ſimul de nouo cognoſcimus, & diſcimus. ſunt autem hę aſſumptiones, quæ minores, ac vltimæ propoſitiones dicuntur.

2. cõbinatio.

Tertia eſt, quoniam quædam cognoſcimus, quę prius didicimus, vt particularia, quę nudiuſtertius didicimus, heri autem obliti, hodie ruſus reminiſcimur: hæc nanque cognoſcimus,

3. combinatio.

gnoſcimus, quæ prius didicimus, ſunt autem hæ aſſumptiones. Quarta eſt, quoniam cognoſcimus quædam, quæ prius non didicimus, vt vniuerſalia: quorum heri obliti vel in habitu poſita hodie cognoſcimus: hæ ſunt dignitates & vniuerſales propoſitiones.

4. combinatio.

Quinta eſt, quoniam diſcimus, quę prius cognouimus, vt particularia: quæ nunc in particulari dicimus & in vniuerſali præcognouimus, & hæ ſunt ipſæ concluſiones ſingulares. Sexta eſt, quoniam diſcimus, quę prius non cognouimus, vt particularia, quæ nec in particulari, nec in vniuerſali præcognouimus. hæ ſunt aſſumptiones. Septima eſt, quoniã diſcimus, quæ prius non diſcimus, vt particularia, quæ nunc diſcimus: hæ ſunt concluſiones & aſſumptiones. Octaua vero combinatio eſt impoſsibilis: quoniam impoſsibile eſt nos diſcere, quæ prius didicimus. Nam diſcere eſt ſingularium & particularium: quare, ſi diſceremus nunc, quod prius didicimus, tunc idem ſciremus, & neſciremus in particulari.

5. combinatio. 6. combinatio. 7. combinatio. 8 combinatio. Corol. 1.

Combinationes octo eorum, quæ diſcimus & cognoſcimus.

1. Cognoſcimus aliqua q̃ prius cognouim⁹.	Dignitates ac primę ꝓpoſitiones.
2. Cognoſcim⁹ q̃dam q̃ prius nõ cognouim⁹.	Aſſumptiões ſeu minores ꝓpõnes, ſeu vltimę.
3. Cognoſcimus q̃dam quę prius didiſcimus.	Aſſumptiones.
4. Cognoſcimus q̃dã q̃ prius nõ didiſcimus.	Dignitates ac vniuerſales propoſitiones.
5. Diſcimus quæ prius cognouimus.	Cõcluſiones ſingulares.
6. Diſcimus quæ prius non cognouimus.	Aſſumptiones.
7. Diſcimus, quæ prius non diſcimus.	Concluſiones & aſſumptiones.
8. Diſcere quæ prius didiſcimus.	*Impoſsibilis.*

Diiæ inter diſcer̃ & cognoſcere.

Ex his patent differentiæ inter diſcere & cognoſcere. nam cognoſcere eſt de nouo, & non de nouo, vniuerſalia ſeu in vniuerſali, & particularia vel in particulari. eſt etiam aliter noſtrum cognoſcere reminiſci. At diſcere eſt de nouo tantum, in particulari tantum, & nullo modo reminiſci, quoniam, ſi eſſet reminiſci, tunc diſceremus aliqua, quæ prius didicimus. Patet ſecundo, ꝙ quæcunq; diſcimus, cognoſcimus, non autem quæcunq; cognoſcimus diſcimus. Tertio patet nos aſſumptiones & concluſiones poſſe diſcere tantum, quia ſolæ eæ poſſunt eſſe ſingulares. Dignitates ſiue propoſitiones vniuerſales, quæ maiores ſunt, non diſcere, ſed cognoſcere poſſe. Has differentias Ariſtot. & Themiſtius intellexerunt: quas, ſi verbis Ariſt. ſupplebis, relinquitur expoſitio Themiſtij. Verum Philoponus hunc locum facilius exponit. Ideo non prætereundo eius expoſitionem, aliter dicamus, ꝙ, cum dixit omnem doctrinam fieri, & omnem diſciplinam ex præexiſtenti cognitione, nunc de inuentione loquitur, & proponit oſtendere hanc etiam fieri ex præexiſtenti cognitione. Quod vero hoc rationabiliter Ariſto. facere debeat, probatur, quia cognitio dianoetica, ſiue rationalis dupliciter nobis aduenit, aut per doctrinam, & diſciplinam, aut per inquiſitionem, quæ inuentio dicitur. Conſtat autem in vtroq; modo ex præcognitis quibuſdam fieri cognitionem: quare, poſtquam oſtendit alterum modum in doctrina vel diſciplina, reliquum eſt, vt alterum in ipſa inquiſitione vel inuentione aggrediatur, vt manifeſto liqueat omnem rationalem cognitionem ex præcognitis quibuſdam accedere. Et in exequendo hęc, antequam de inuentione diſputet, proponit prius dicere de eo quod eſt cognoſcere, vtpote quod vniuerſalius eſt ipſo inuenire, immo vt genus illius, vt dicemus. Proponit igitur duos eſſe cognoſcendi modos, Alterum quidem, quando aliquid ante cognitum habentes, rurſus huic occurrimus obliuione non intercipiente. Sicut, cum aliquem videmus primum, deinde eius memoriam tenentes, rurſus hunc videamus, dicimus eum cognoſcere. Quia, ſi obliuio intercipiet, deinde rurſus priſtinam eius cognitionem habemus, non iam (vt inquit Philoponus) hunc cognoſcere dicimus, ſed reminiſci, & tu intellige Philop. hunc non nos cognoſcere tantum, ſed ſimul cognoſcere & reminiſci, ſic igitur vnus modus eſt.

Expoſitio philop.

Sed quæres vtrum in hoc modo oportet ſi non intercipitur obliuio, ſaltem intercipi habitus.

Dubi[illegible]

Dicas, ꝙ oportet vt habitus intercipiatur, & ſic primus modus erit, quo aliquid nunc actu cognoſcimus, quod prius actu cognouimus intercipiente habitu. Secundus autem, vt quando vniuerſalis notionem habentes, alicui particulari occurrimus, quod non prius vidimus, deinde hoc adaptemus vniuerſali ipſi, cuius notionem tenemus. vt ſi quis videat magnetem lapidem ferrum trahere, ſiquidem non præcognouerit prius ꝙ omnis magnes trahit ferrum, talis hic non dicetur cognoſcere ꝙ magnes lapis eſt, qui hoc operatur, ſed primum diſcit, ſi doctorem habebit paratum qui doceat ꝙ magnes omnis ferrum trahat, ſi vero hoc præcognouerit, occurrẽs particulari lapidi, ſtatim cognoſcit, quoniam hic eſt, qui ſub illam vniuerſalem reducitur ſpeciem. Igitur cum duo hi ſunt modi cognitionis. ſecundo modo inquit Ariſt. inuentionem fieri quando particularibus quibuſdam Theorematibus non ante à nobis cognitis primum incurrimus ab vniuerſalioribus quibuſdam & nobis præcognitis ipſorum notionem tenente. Ex hiſce liquet ſcire quæ ſit inuentio. Eſt.n. inuentio cognitio quædam alicuius concluſionis ſingularis, cuius vniuerſalis notio quædam præfuit. Fit autem hæc hoc pacto, ꝙ præcognita vniuerſali notione, vt illa, omnis magnes trahit ferrum, & occurrimus huic particulari lapidi, quem oculis cernimus eſſe magnetem, mox damus hanc concluſionem, ꝙ hoc ferrum trahit. & hæc eſt inuentio & ſecunda ſpecies cognitionis, eſt.n. inuenire cognoſcere aliquam notionem ſingularem mediante aliquo nobis occurrente, quę notio ſingularis pręcognita fuit in vniuerſali nobis prius cognito. Et tunc iuxta expoſitionem hanc oportet dicere ꝙ diſcere non eſt inuenire, ſed diſcere eſt vniuerſalium. nam, ſi hic magnes occurrit nobis, quem oculis cognoſcamus eſſe magnetem, & antea non cognoſcebamus omnem magnetem ferrum trahere, ſed à doctore parato cognoſcimus, hoc dicimus diſcere, & ita diſcere eſt cognoſcere aliquod

Solut[illegible]

Quid ſit inuentio. Q̃ño ſit inuentio.

Diſcere n. eſt iuenire.

aliquod vniuerſale, quod prius non nouimus. Qua
re quatuor ſunt: cognoſcere, reminiſci, diſcere, &
Quatuor cognitiões & qd ſint. inuenire ſecundum Philoponum. eſt.n. Diſcere de
nouo ſolum vniuerſalium, quę prius non nouimus:
Cognoſcere eſt vniuerſalium tã eorum quæ prius
non nouimus, quàm eorum quæ prius nouimus.
Reminiſci eſt cognoſcere, quæ prius nouimus in-
tercipiente obliuione. Inuenire eſt ſingularium, &
eorum quorum vniuerſalia præcognouimus. Qua-
re cognoſcere eſt vt genus ad hęc. Poteſt & his ad-
di & ſenſus, qui videlicet eſt ſingularium aſſumptio
num quibus obiter inuenies occurrit, vt illius vide
Expõ verborũ ſecundũ Philo. licet ꝙ hic ſit magnes. Quo vero ad verba attinet.
Philoponus, verba hæc textus aptat dupliciter. Pri
mo vtriſq; cognoſcendi modis. Secundo aptat tan
tum ſecundo cognoſcendi modo. Mihi autem vi-
detur ꝙ verba hæc debent aptari vtriſque cogno-
ſcendi modis hoc pacto. Eſt autem cognoſcere ali
qua quidem prius cognoſcentem, hic eſt primus
modus, quo videlicet aliquid cognoſcimus, quod
& prius nouimus. Aliquorum autem & ſimul acci-
pientem notitiam. Hic eſt ſecundus modus, quo
videlicet aliquam particularem notionem accipi-
mus, cuius præceſsit cognitio in vniuerſali, quam
diximus eſſe inuentionem. deinde ponit exempla
ſecundi modi, & inquit: Vt quæcunq; ſub vniuerſa-
libus contingunt eſſe, hoc eſt eadico ſecundo mo-
do cognoſci, quæ ſub vniuerſalibus ſunt quorum
inuentes præhabuit cognitionem, & adhuc clarius
in terminis exponens. Primo exponit quomodo
cognoſcitur aſſumptio, & inquit. Nam ꝙ omnis
triangulus quidem habeat duobus rectis æquales
præſciuit, hoc.n. cognouit antea non de nouo à pa
rato doctoro: Quod autem hoc, quod in ſemicir-
culo eſt, triangulus ſit, ſimul inducens cognouit.
Inducens hoc eſt illi occurens, ſecundum ſenſum
agnouit. dixit autem notanter inducens, quia co-
gnitio per particularia inductio dicitur. at per ſen-
ſum cognoſcimus particularia. vnde ſiue per plura
ſiue per vnum particularium cognitio ſemper in-
ductio dicitur. & per ſemicirculum intelligit in ma
nu, quare triangulus qui eſt in manu, vt triangulus
eſt per vniuerſale cognouit: vt talem autem trian-
gulum per inductionem ac ſuprauentionem non
ex quibuſdam antepoſitis cognoſcimus: eſt.n. om-
nis ſenſitiua notitia talis, quam non cognitionem
ſed ſimpliciter notitiam appellamus hoc modo co
gnoſcitur aſſumptio; quæ eſt minor. at inuentio vi
delicet, ꝙ tres angulos habeat duobus rectis æqua
les ſine inductione & ſuprauẽtione cognouit, quia
in ſeipſo habuit præexiſtentem rationem vniuerſa-
lis illius: videlicet ꝙ omnis triangulus tres angu-
los duobus rectis habet æquales. Igitur ſimul & ſe-
mel per ſenſum inducens nouit hoc, quod eſt in ma
nu, eſſe triangulum, & ſtatim ipſum habere angu-
los duobus rectis æquales. quia dixit hoc, quod in
manu eſt, eſſe triangulum, & per ſenſum deductum
cognoſcit. Addit. Quorundam enim hoc modo
diſciplina eſt: quia aſſumptionum ſingularium eſt
diſciplina hoc modo, vnde quòd hic ſit triangu-
lus, aut hic ſit circulus, aut aliud, quodcunque, non
niſi per ſenſum cognoſcimus. Propterea ſubdit, &
non per medium cognoſcitur, quod eſt poſtre-
mum, aſſumptiones enim ſingulares cognoſcun-
A tur nõ per medium, ſed per deductionem ex ſenſu.
Sed dices: dictum eſt diſciplinam eſſe vniuerſa-
lium, at nunc ait diſciplinam eſſe ſingularium. Dici
poteſt eum non dixiſſe diſciplinã eſſe ſingularium
abſolute, ſed hoc modo, hoc eſt quodam modo, &
large accipiendo ipſam diſciplinam, & quia dixit
aliquo modo ſingularium eſſe diſciplinam, quate-
nus ſingularia per ſenſum cognoſcuntur, declarat
illa eſſe ſingularia, & inquit: Quæcunq; videlicet
ſingularia eſſe contingit, & non de ſubiecto aliquo,
& ſic patet ſyllogiſmum inuentiuum fieri quando
nos prius nouimus vniuerſale, deinde quod eſt po
ſtremum ſiue minor, non per medium, ſed per ſen
ſum cognoſcimus, & ipſum vniuerſali præcognito
applicamus: tũc.n. per medium ex ſenſu deductum
& ſub vniuerſali applicatum concludimus inuen-
B tionem. vt ꝙ omnis triangulus tres habeat angu-
los duobus rectis æquales præcognouimus: quod
autem hoc quod eſt in manu, triangulus ſit, & per
ſenſum deducimus, & ſub illo vniuerſali applica-
mus: quare per hoc medium concludimus, hoc
quod in manu eſt, habere tres angulos duobus re-
ctis æquales. Hoc pacto inuentio fit, & ita ex præ-
exiſtenti cognitione, cum ſit in vniuerſali præ-
cognita. Vlterius patet. (vt Philoponus in-
quit) in inuentionibus ſolum ſingularia cogno-
ſci: vniuerſalia vero minime, ſed vel per doctri-
nam, vel diſciplinam. Tertio patet inuentionem Tertium.
ipſam fieri in poſt aſſumẽdo: nam qui inuenit poſt
aſſumit ſub præcognitis vniuerſalibus. Sed occur Obiectio.
res & recte, quia multa vniuerſalia per nos ipſos in
uenimus, quæ non à doctoribus accipimus. Ariſto.
enim (vt puto) multas vniuerſales notiones adin
C uenit, quas nec à Socrate. nec Platone doctoribus
accepit. Igitur inuentio non eſt ſingularium dunta
xat. Aliquando nos diximus demonſtratiuam in-
uentionem, de qua nunc loquitur Ariſtot. non eſſe
niſi ſingularium tantum, nam inuentio vt hic loqui
tur, paritur ex vna vniuerſali prius nota per doctri
nam, vel diſciplinam, & ex ſingulari deducta ex ſen-
ſu, & ſub vniuerſali prius nota, accepta. At inuentio
dialectica: quæ eſt per probabilia & coniecturalia,
poteſt eſſe vniuerſalium, & ſingularium: nam, quæ excerptum
dialecticę inuenimus vel coniecturabiliter, non per inuẽtio de
ſenſum deducimus. Ex his apparet demonſtrati- monſtrati-
uam inuentionem ſolum fieri in naturalibus & ma ua in natu
thematicis, quoniam ſolum in illis poſſunt vniuer- ralibus tan
ſalia prius cognoſci, & ſub vniuerſalibus poſſumus tum eſt.
per ſenſus aſſumi ſingularia, vt inde concludamus
D inuentionem. In cæteris autem ſcientijs, in quibus
ſenſibus non vtimur, inuentio demonſtratiua non
eſt, ſed dialectica tantum. Sed occurres nõne cau- Dubitatio.
ſam per effectum inuenimus, modo cauſa eſt vni- Solutio
uerſale quoddam. Iam diximus & dicemus in na-
turalibus cauſæ inuentionem eſſe coniecturalem,
& per ſyllogiſmum dialecticum, & propterea in na
turalibus inuentio demonſtratiua non fit niſi per
ſenſum in poſt aſſumendo. nam, cum cauſa ipſa in-
uenitur, non niſi coniecturabiliter inuenitur. Vnde
ipſa inuentio multiplex eſt. eſt.n. inuentio artium, ĩuẽtio multiplex.
& inuentio ſyllogiſtica, & hæc eſt aut dialectica,
aut demonſtratiua. Ariſto. igitur ſolum de ſyllogi-
ſtica loquitur: & non de omni, ſed de demonſtra-
tiua, quę fit ab vna vniuerſali prius nota & vna ſen-
ſuali

ſuali occurrente, vt diximus: huius voluit vnum eſſe præcognitum, & vnam præcognitionem. eſt.n. præcognitum axioma ſiue maior. eſt autem præcognitio, quia vera eſt, vel à doctore, vel à ſeipſo per experientiam. Pulchrum eſſet videre, quo nam modo inuentiones artium rationalium, vt Logicæ & Rhetoricæ factæ ſint, nam de inuentione artium operatiuarum Ariſt. ſatis dixit in proemio Metáphyſicæ. Sed quia hoc tranſcendit præſentẽ librum, ideo ſatis nobis ſit locum monſtraſſe.

ARGT.

ARGY. *Antea vero quam ſit inductio vel ratiocinatio facta, partim fortaſſe dicendum eſt ſcire, partim neſcire. Quod enim non ſciuit ſi ſit ſimpliciter, id quoquo modo ſcit, duobus rectis æquales habere: patet hoc pacto quidem ſcire, quia vniuerſaliter ſcit ſimpliciter vero neſcire.*

DICVAT.

Aſſt igitur. *Antequam autem ſit inducere, aut accipere ſyllogiſmum, quodam quidam modo fortaſſe dicendum eſt ſcire, modo autem alio non, quod enim neſciuit ſi eſt ſimpliciter:*

Sed igitur. *hoc quodammodo ſciuit, quòd duos rectos habet ſimpliciter ſed manifeſtum eſt quòd ſic quidem ſcitur quoniam vniuerſaliter ſcitur, Simpliciter autem non ſcitur.*

Commen. Verbum quod facit in textu præſenti difficultatem eſt particula antè. quæ græce eſt ευτ, nam hæc particula eſt aduerſatiua, & ita videtur quaſi aliquid de nouo inſinuare. Sed non obſtante hoc videtur mihi Ariſt. ex dictis modo vnum quoddam inferre, quo ſophiſma Menonis ſoluetur. Et ita particula illa fortaſſe græce legitur ουν quæ latine ſonat ergo vel igitur. dictum eſt.n. doctrinam & diſciplinam fieri ex præexiſtenti cognitione, & vltimo ꝙ etiam inuentio ſit ex quodam vniuerſali præcognito, ideo ex his concludẽdo, inquit. Antequam G igitur ſit inducere, hoc eſt inuenire, aut accipere ſyllogiſmum, hoc eſt doctrinam vel diſciplinam ſumere per ſyllogiſmum, quodam quidem modo, ſupple ipſum diſcentem vel inuenientem, fortaſſe dicendum eſt ſcire, modo autem alio non, ſupple dicendum eſt eum ſcire. Et hoc declarat ſolum in inuentione, & ſupple tu, vt Philoponus ſuppleuit. nam antequã ſenſu ipſo occurrimus occulto triangulo, inueniens neſciuit ſi eſt ſimpliciter, ſupple hoc occultum, triangulus, hoc ignorauit hoc abſconſum eſſe triangulum, hoc quodam modo ſciuit, videlicet ꝙ occultus triangulus duos rectos habeat ſimpliciter. igitur tale abſconſum partim ſcitur, partim neſcitur. neſcitur quidem an ſit omnino triangulus, ſcitur autem ꝙ duos rectos habeat. Ex his vlterius ſeipſum exponens concludit, Sed manife- H ſtum eſt ꝙ ſic quidem ſcitur, quoniam vniuerſaliter ſcitur, ſciebatur.n omnem triangulum habere duos rectos æquales, igitur quo ad hoc ſcitur tale abſconſum. Simpliciter autem nõ ſcitur, quia ignoratur abſconſum eſſe triangulum.

Verborum expoſitio. Quo vero ad verba attinet, verbum ſed, illatiue intelligitur, vt alibi Ariſto. ſæpe fecit.

Expõ phil. Poteſt & hæc litera, vt Philopono videtur, aliter intelligi, vt ſolum de inuentione loquatur, & ſic erit ſenſus, antequam igitur vt inducere ſupple per ſenſum, ꝙ hoc abſconſum ſit triangulus, aut ſyllogiſmum per quem ſit inuentio, accipere, hoc eſt antequàm ſit per ſyllogiſmum facta inuentio, eſt id, quod inuenitur ſyllogiſmo, partim ſcitum, partim ignoratum. ſcitum quidem vni- E uerſaliter, ignoratum vero particulariter. Vnde hoc abſconſum habere tres, ſcitur in illo vniuerſali præcognito, omnis triangulus habet tres, non ſcitur autem in ſe, quia non dum patet eſſe triangulum. Expoſitio hæc magis placet, quia per hęc quæ hic ait, ſoluetur Menonis cauillus.

Dubitatio. Sed dubitabis fortaſſe. quia ſequitur de ſcito, omnis triangulus habet tres: abſconſum in manu eſt triangulus: igitur de ſcito, abſconſum in manu habet tres. Sicut ſequitur de neceſsitate, omne animal eſt ſubſtantia: Socrates eſt animal: Igitur de neceſsitate, Socrates eſt ſubſtantia.

Opinio Auerrois. Rño. Iuni. in primo. Auerr. in paraphraſi tenuit aliquam vniuerſalẽ poſſe eſſe notam vel ſcitam, quali bet ſingulari exiſtẽte ignota, quia ſtat me ſcire omnem mulam eſſe ſterilem, & ignorare hanc, quæ in vtero eſt, eſſe ſterilem, Recentiores addiderunt F poſſe propoſitionem vniuerſalem aliquam eſſe neceſſariam, qualibet eius ſingulari exiſtente contingente: nem hæc vniuerſalis, omnis homo eſt animal, eſt neceſſaria: & tamen quælibet ſingularis huius eſt contingens. Etiam poteſt aliqua propoſitio vniuerſalis eſſe contingens, qualibet eius ſingulari exiſtente impoſsibili. vt hæc eſt contingens: omne animal exiſtens in domo eſt leo, dato, ꝙ hodie ſint ſolum homines: & complura alia addunt. Ac regulam autem Ariſt. dicunt ꝙ ex maiori de neceſſario in ſenſu diuiſo, & minori de ineſſe, ſequitur concluſio de neceſſario eodem ſenſu: quia quando maior eſt in ſenſu diuiſo, ſubiectum eius ſupponit confuſe diſtributiue mobiliter: & ſic ſub medio, quod eſt ſubiectum maioris propoſitionis, poteſt ſubaccipi: at, quando maior eſt de ſenſu compoſito, & minor de ineſſe, non ſequitur cõcluſio de neceſſario, quoniam, qñ maior eſt de ſenſu compoſito, ſubiectum ſupponit confuſe diſtributiue immobiliter: & ſic, cum non poſsit ſub medio accipi: ſyllogiſmus non erit regulabilis per dictũ de omni. Eodem modo dicunt ex maiori de ſcito credito vel dubitato non ſequi concluſionem de ſcito credito vel dubitatio, cum minori abſoluta: niſi quando maior eſt in ſenſu diuiſo: & hoc propter eandem cauſam.

Cõfutatio. Sed licet hæc refelli non poſsint, non ſunt neceſſaria: nec puto eſſe peripatetica, vt in libro Priorum diximus: & libro Elenchorum.

ꝓpria rñ. Propterea dicendum ex maiori de ſcito credito vel dubitato, & minori abſoluta, ſequi concluſionem de ſcito credito, vel dubitato conditionatam. Nam vt maior intelligitur, ſic debet intelligi concluſio. Cum.n. dicitur de ſcito, omnis mula eſt ſterilis, mula accipitur formaliter, vt mula: eſt.n. ſenſus de ſcito, omnis mula eſt ſterilis in eo ꝙ mula. tunc ſi addatur, hæc, quæ in vtero eſt, eſt mula: ſequitur de ſcito, ꝙ ſit ſterilis, non ſimpliciter, ſed in eo ꝙ mula, ſicut ſequitur neceſſario omne currens mouetur: Socrates currit: igitur neceſſario Socrates mouetur in eo ꝙ currit. Sic.n. accipiabatur maior. de neceſsitate enim omne currens mouetur, ſumendo ipſum currens formaliter, non pro ſubiecto currente: nam animal quod eſt ſubiectum curſus contingenter mouetur. Sed accipiendo ipſum currens formaliter, ſumitur in eo ꝙ currens: & ſic ſequitur Socratem neceſſario moueri vt currens eſt. hæc Alexan. & Philop. & Auer. Primo priorum. Verum hæc raptim ſint dicta.

Quod

ARGV.

Quod niſi ita ſit eueniet ea profecto, quæ eſt in Menone dubitatio. aut enim nihil quiſquam diſcet, aut ea quæ ſcit.

DILVCI.

Si autem non, quæ in Menone dubitatio eſt contingit. aut enim nihil diſcet, aut quæ nouit.

Cõmen. 8. Cauillus. Menonis ſecundum quoſdam.

Quidam recentiorum cauillum Menonis, quo ipſum ſcire, tam per doctrinam q̄ per diſciplinam deſtruebatur, ſic compoſuerunt. Quod quis dicit, vel prius ſciuit, vel non: ſi prius ſciuit, igitur non diſcit: & ita quod quis diſcit, non diſcit. Sin autẽ non prius ſciuit: tunc cum ei occurret, neſciet an illud ſit, vel ne. Cui expoſitioni Auer. 9. Metaphyſicę aſſentit. Sed reuera (vt Philop. inquit) hic diſſoluit ambiguitatem, quę eſt in eo libro Platonis, qui Menon inſcribitur. Ibi. n. Socrate proponente quoddam theorema, & iubente definiri virtutem, illo autem nequeunte, deinde Socrate inquiente, quod ſi quærimus, omnino inueniemus, Menon huic ſermoni addubitat, & ait ꝙ nulla ſit inuentio. nam, vt (inquit) quod quæritur, neceſſe eſt aut præcognoſci, aut minime: ſi igitur non ſit quod quæritur præcognitum, neq; ſi illi occurremus cognoſcere poterimus, ꝙ hoc ſit id quod quærimus. Si. n. Socratem non nouimus, neque ſi ei occurremus; ipſum poſſumus cognoſcere. ſin autem eum ante nouerimus, neq; ipſum dicimur quærere, neq; inuenire, quod iam ſcimus: quare neq; eſt ipſum quærere, nec inuenire ipſum. Ex his patet, quod Menon inuentionem cauillauit, & non ipſum ſcire, quod ſit doctrina vel diſciplina. Ad hęc reſpondit Socrates, ꝙ inuentio fit ex quibuſdam ante conceſsis, & aſſenſis, & ita ex præcognitis quibuſdam, & ꝓbauit hoc Socrates per Menonis famulum, quem per interrogationem inuenire fecit theorema quoddã, quod neſciebat prius ex quibuſdam ante cognitis ipſum ad quæſitum adducens. Ad formam autem reſpondit Ariſt. ex his, quæ Socrates dixit, ꝙ non eadem neceſſe eſt noſcere, & diſcere veſtigantem & inuenientem, ſed alia quidem quærere, ex alijs vero præaſſenſis quæſitorum adipiſci inuentionẽ, & ſic Menonis ambiguitas locum non haber, inquit. Sin autem non, hoc eſt ſi non eſſet, vt diximus, quod contingit idem ſcire, & neſcire, Scire quidem vniuerſaliter, particulariter autem ignorare, quæ in Menone dubitatio eſt, continget, & ſic haberet locum. Ecce ꝙ Ariſt. approbat ſolutionem Socratis, quia ait, ſi illa ſolutio non eſſet vera, Menonis cauillus relinquæretur inſolutus, quem breuibus repetit, & inquit. Aut. n. nihil diſcet, ſupple ſi detur, ꝙ ante inuentionem id quod inuenitur non fuit præcognitum, aut ſi detur ipſum eſſe præcognitum qui inuenit, non niſi ea, quæ nouit, diſcet. Quo vero ad verba attinet, perdiſcere Ari. hic intelligit, ipſum inuenire, quia vt ſuperius dixit inuentio eſt diſciplina quædam, ſaltem largo nomine, & ita per ipſum diſcere non intellexit diſciplinã, quod eſt idem, quod doctrina. Dubitatio græce eſt aporema, latinæ cauillus etiam, differt autem Cauillus, & Sophiſma: ſicut problema & ſyllogiſmus dialecticus: & ſicut quæſtio, & demonſtratio: eſt. n. quæſtio quæ in fine eſt concluſio: Demonſtratio autem ſyllogiſmus demonſtratiuus, Problema eſt quando pro vtraque ſui parte habet ſyllogiſmos at ſyllogiſmus dialecticus eſt, qui ſumit. Sophiſma ergo eſt, quod habet pro vtraque ſui parte cauillos: qui græce paralogiſmi dicuntur. Fuit igitur Menonis dubitatio cauillus, & non ſophiſma: hæc quo ad verba.

Cõmen. 9. expoſitio Philop.

verborum expoſitio. Cauillus & Sophiſma in quo differant.

ARGV.

Non enim ita dicendum eſt, vt quidam ſoluere enituntur, ſcis ne omnem dualitatem eſſe parem. annuenti vero interrogato offerunt ei dualitatem, quandam, quam quidem non putabat eſſe: quare nec parem eſſe. Soluunt igitur non omnem ſe ſcire dicentes eſſe parem dualitatem, ſed eam quam ſciunt eſſe dualitatem. Et tamen ſciunt quidem id, cuius habent demonſtrationem, & cuius acceperunt. Acceperunt autem non omnis eius, quod ſciunt, eſſe triangulum, aut numerum: ſed ſimpliciter de omni numero atq; triangulo demonſtrationem. Nulla. n. huiuſmodi propoſitio ſumitur, quem tu ſcis numerum, aut quam ſcis rectarum linearum figuram, ſed abſolute de quolibet.

DILVCI.

Non enim vtiq; (vt quidam conantur ſoluere) dicendum eſt; nunquid ſciuiſti omnem dualitatem quoniam parem, aut non? dicente autem attulerant aliquam dualitatem quam non opinatus eſt eſſe: quare neq; parem. Soluunt. n. dicentes non cognoſcere omnem dualitatem parem eſſe, ſed quã ſciunt quòd dualitas ſit. Attamen ſciunt quidem id cuius demonſtrationem quidem habent, & cuius acceperunt: acceperunt autem non de omni, de quo vtiq; ſciunt, quòd triangulus, aut quòd numerus ſit, ſed ſimpliciter de omni numero, & triangulo. Neq;. n. vlla propoſitio accipitur eiuſmodi, quòd quem tu noſti numerum aut quem tu noſti rectilineum ſed de omni.

Alij ſophiſtæ deſtruxerunt ipſum ſcire, quod dicitur doctrina vel diſciplina: & vtebantur hoc cauillo, vt placet Philop. ſi aliquid contingat nos ſcire, ſit iſtud, Omnis dualitas eſt par: ſed hoc non ſcitur: igitur nihil contingit nos ſcire. ꝙ hoc non ſciatur probabant, & ſic: Abſconſum in manu triangulus. vel dualitas vel numerus, vel aliquid tale, ſed ſit gratia exempli dualitas: Et arguunt, nos ſcimus omnem dualitatem ꝙ ſit par: hoc, quod in manu eſt abſcõſum, eſt dualitas: igitur ſcimus hoc abſconſum, ꝙ ſit par. concluſio eſt falſa: quia hoc abſconſum non ſcitur eſſe dualitatem: & ita non poreſt ſciri ꝙ ſit par vel impar: & non pro minori, quia minor eſt vera per caſum: poſuimus. n. ꝙ abſconſum ſit dualiras: igitur pro maiori: ſed maior eſt ꝙ nos ſcimus omnem dualitatem parem eſſe. igitur, cum ſit hoc falſum, non ſcimus omnem dualitatem eſſe parem, quod ponebatur: quare nihil nos contingit ſcire. Ex his patet ꝙ ſophiſtæ hoc cauillo deſtruxerunt ipſum ſcire, quod diſciplina vel doctrina eſt. Dubitatio vero Menonis deſtruxit ipſum inuenire. Soluunt quidam hunc cauillum, & concedunt nos ſcire omnem dualitatem eſſe parem, vel omnem triangulum habere tres, & cætera id genus: & tunc ad cauillum dicunt, ꝙ concluſio debet inferri non ſimpliciter, hanc dualitatem nos ſcire eſſe parem, vel hunc triangulum habere tres, ſed addito quodam, videlicet quam ſcimus eſſe dualitatem: vel quem ſcimus eſſe triangulum. Et ſic concedunt nos ſcire omnem dualitatem eſſe parem, & ꝙ hoc abſconſum ſit aliqua dualitas, vt ponebatur per caſum: tamen ex his non ſequitur nos ſcire hanc dualitatem eſſe parem, ſed quam ſcimus eſſe dualitatem: & ita volunt ex maiori abſoluta de ſcito, & minori abſoluta ſine ſcito, concluſionem ſequi non ſimpliciter de ſcito, ſed ſecundum quid aliquo addito, vt viſum eſt inquit. § Non. n. vtiq;, vt quidam conantur

Cõmen. 9.

Cauillus.

Solo Cauilli ſecũdum antiquos.

conantur ſoluere,} ſupple alium cauillum, quo ſophiſtæ deſtruunt ipſum ſcire, dicendum eſt & ponit breuiter cauillum, & inquit { Nunquid ſciuiſti oẽm dualitatem ꝙ ſit par: } ſupple ſi aliquid cõtingat nos ſcire, aut non. probat ꝙ non contingit nos ſcire omnem dualitatem eſſe parem: quia, ſi detur ꝙ non, iam relinquitur propoſitũ: & inquit, { dicente autem & affirmante, atttulerant aliquam dualitatem, quam non opinatus eſt eſſe: quare neq; parem ipſam eſſe: contingit nos ſcire, quia quod non ſcitur eſſe, non poteſt ſciri aliquid eſſe: vt A, vel B eſſe. Hic breuis erat cauillus, cui adducit ſolutionem ſophiſtarum & inquit { Soluunt enim dicẽtes per ſyllogiſmum illum ex maiori de ſcito ſimpliciter, & minori de eſſe abſoluto, nos non cognoſcere omnem dualitatem parem eſſe: ſed quam ſciunt ꝙ dualitas ſit. Et ita volunt ſequi concluſionem de ſcito conditionato, vt ꝙ nos ſcimus hanc dualitatem eſſe parem, quam ſcimus eſſe dualitatem. Huic Ariſt. obiicit dupliciter primo poſterioriſtice, eodem modo ſcitur concluſio, quo & propoſitiones: ſed nos ſcimus ſimpliciter omnem dualitatem eſſe parem, & non omnem quam ſcimus eſſe dualitatem, & ſimpliciter hæc dualitas abſconſa eſt dualitas. igitur concluſionem contingit nos ſcire ſimpliciter, videlicet ꝙ hæc dualitas ſit par, & non illo addito, quam ſcimus eſſe dualitatem (inquit) Attamen ſciunt quod id vt cuius demonſtrationem quidem habem: & cuius acceperunt demõſtrationem. dixit habẽt, quia nos ſcimus quædam per noſmetipſum, dixit acceperunt, quia diſcimus ex doctore. Verum quouis modo ſit ſcire eo modo eſt, quo accepimus vel habemus demonſtrationem. acceperunt autem vel habuerunt nõn de omni, de quo vtiq; ſciunt ꝙ trianguls, aut ꝙ numerus ſit, ſed ſimpliciter acceperunt de omni numero, ſupple ꝙ ſit par vel impar, & de omni triangulo ꝙ ſit habens tres & ſupple tu, Minor etiam abſoluta fuit ꝙ hoc ſit triangulus vel dualitas: igitur concluſio non debet eſſe de ſcito conditionato. Hæc poſterioriſtice.

Sc̃da obiectio. Primo priorum. 23. 27. &

Secundo obiicit huic opinioni prioriſtice, eſt enim dictum in Prioribus, ꝙ concluſio debet aſsimulari alicui propoſitioni. Modo nulla propoſitio aſſumpta eſt talis qualis eſt concluſio. Concluſio enim eſt de ſcito conditionato. & nulla propoſitionum ſic accipitur (inquit) Neque enim vna propoſitio accipitur eiuſmodi, quia nec minor, ꝙ quem tu noſti numerum, aut quem tu noſti rectilineum, ſed maior accipitur de omni ſimpliciter, & minor etiam accipitur nullo addito: quare concluſio debet accipi eodem modo nullo addito, & hęc expoſitio eſt pulchra, quam Philop. non compleuit. Animaduerte quod fortaſſe ſolutio horum eſt data à ſophiſtis ad eundem Menonis cauillum, quo inuentio deſtruebatur, vt per textum proximum patet, & ſic græci intelligunt.

ARGV.

Sed nihil (vt arbitror) obſtat vt id ſciat partim quis quod diſcit, ſed, ſi hoc pacto, velut ea ratione qua diſcit, eodem modo ſcire.

DILVCI.

Sed nihil (vt opinor) prohibet, quod quis diſcit, ſit vt ſcire, ſit autem vt ignorare. Inconueniens enim non eſt, ſi ſit, quodam modo, quod diſcit, ſed ſi hoc modo, vt diſcit, ſit etiam ſciat.

A Cum increpauiſſet hos, ipſe veram ponit prædictorum ſolutionem, volens non eſſe inconueniẽs idem ipſum partim quidem nos ſcire, partim autem nos ignorare. Triangulum quidem in manu abſconditum in vniuerſali ꝙ duos rectos habeat, ſciuimus, in particulari autem diſcimus, vel ſcimus de nouo. Cuius exemplum ponit Philop. de hominibus. nam omnes homines in vniuerſali ſcimus, particulares vero, quos non vidimus, ignoramus (inquit) } Sed nihil (vt opinor) prohibet, quodquis diſcit, } ſic ſupple vno modo, vt ſcire, alio autẽ ſupple modo, vt ignorare. cuius cauſam ſubſcribit, & inquit. { Inconueniens enim non eſt, ſi ſcit quodammodo, quod diſcit, vt ſi ſcit vniuerſaliter, & diſcit particulariter. Sed abſurdum eſt, ſupple ſic hoc modo, vt diſcit, ſic etiam ſciat. Sic enim idem ſecundũ idem ſciretur & ignoraretur. Cõmẽ. 10.

B Quo vero ad verba attinet, verbum ſciat, ſuppletum eſt, quia Ariſto. plerunq; more attico prætermittit verbum.

Quæiuncta Nota hanc regulam.

Iuniores dicunt pro regula. Ex maiori modali de ſcito credito, vel dubitato, & minori de ineſſe non ſemper ſequi concluſionem modalem de ſcito credito vel dubitato, qm̃ nõ quando maior modalis eſt de ſenſu compoſito. nõ enim valet, tu ſcis omnem mulam eſſe ſterilem, hæc eſt mula: igitur ſcis hanc eſſe ſterilem. Nam ſenſus maioris eſt, hæc propoſitio eſt ſcita à te, omnes mula eſt ſterilis modo ſub hac non poteſt accipi hæc minor, videlicet, hæc mula eſt ſterilis, quoniã maior nullius eſt quantitatis. Quando vero maior eſt in ſenſu diuiſo, tunc ſyllogiſmus eſt vtilis, quia ſequitur omnem mulam ſcis eſſe ſterilem, hæc eſt mula: igitur

C ſcis hanc eſſe ſterilem: Nam maiori illo modo ſumpta poteſt ſub medio ſubaccipi minor. Sed certe hæc non conueniunt Ariſt. verbis, nec aliorum peripateticorum. nam ſi ita eſſet, Ariſto. non debuiſſet tãtum laborare in ſoluendo cauillũ ſophiſtarũ. potuiſſet. n. dicere maiorem eſſe veram de ſenſu compoſito, & ſic ſyllogiſmum ex ea fieri non poſſe, attamen ipſe conceſsit maiorem, & minorem, dixit concluſionem valere pro tanto, quia tu ſcis hanc mulam abſconſam eſſe ſterilem, & ignoras hanc eſſe ſterilem, ſcis hanc eſſe ſterilẽ ſcientia vniuerſali, qua ſcis vniuerſaliter oẽm mulã eſſe ſterilẽ quatenus eſt hæc: & ita ſi eſſet, vt, recentiores dicunt, ſolutio Ariſt. eſſet nulla. Vnde põt quęri cũ Ariſt. concedit maiorem illam, tu ſcis oẽm mulam eſſe ſterilem, vel concedit eam de ſenſu diuiſo: &

D ſic ſequitur hanc mulam te ſcire eſſe ſterilem ſcientia particulari, & non tantum ſcientia vniuerſali. Si autem concedit illam de ſenſu cõpoſito, cum coniugatio ſit inutilis: ex ea nec ſequitur te ſcire hanc mulam eſſe ſterilem ſciẽtia vniuerſali nec particulari, cum nihil ſequatur. Propterea hęc quæ iſti dicunt, vt mihi videtur, non ſunt peripatetica.

Dubĩ. 1. Solutio.

Quęres fortaſſe vtrũ contra ſtet nos ſcire aliquod ſcientia particulari, & neſcire ſcientia vniuerſali. An ꝙ fieri poteſt nõ ſciri poteſt. Aequicruri triãguli duo latera reliquo ſunt maiora, nequaq̃ trianguli omnis. Et ſic particulare cognoſcit, vniuerſale minime.

Sc̃da dub. Solutio.

Quæres ſecundo, vtrum ſicut contingit aliquid ſciri & ignorari ſecundum diuerſos mo

dos, contingat idem ſciri & neſciri ſecundum eundem modum cognitionis. An contingit, quia idẽ poteſt ſciri demonſtratione directa, & neſciri demonſtratione ducente ad impoſsibile: & econuerſo. Nam omnem Diametrum commenſurabilem eſſe coſtæ demonſtratione ad impoſsibile ſciri poteſt, recta autem demonſtratione & oſtenſiua nõdum attentatum eſt. Quare idem Theorema ſcitur demonſtratiue: ſed ſecundum diuerſam ſpeciẽ demonſtrationis. Præterea idem ſcitur ſcientia an ſit, neſcitur ſcientia quid vt aliquis ſcit aſtra eſſe, quid ſint ignorat. Quo vero ad græca verba attinet: debes ſcire quod in græcis codicibus ſic eſt. Abſurdum enim ſi quod nequaquam nouit addiſcit. Sed ſi ita plane, ſicut quatenus addiſcit, & quo modo. Quam literam Philoponus legit particula negatiua propoſita ad verbum illud abſurdum, F hoc modo, Non abſurdum enim eſt. & hoc tranſtulimus.


ARGV. *Scire autem vnamquamq; rem ſimpliciter, ſed non vt ſophiſtę per accidens, arbitramur, Cum cauſam, ob quam res eſt, illius cauſam eſſe, & fieri non poſſe, vt res aliter ſe ſe habeat, cognoſcere arbitramur.*

DILVCI. *Scire autem opinamur vnumquodque ſimpliciter, ſed non ſophiſtico modo, quod eſt ſecundum accidens, cum cauſam arbitramur cognoſcere, propter quam res eſt, quoniã illius eſt cauſa, & non eſt contingere aliter ſe habere.*

Comẽ. 11. Continuatio. Cum declaraſſet doctrinam ſiue diſciplinam & inuentionem fieri ex præexiſtenti cognitione: & ſoluiſſet cauillos Menonis, & ſophiſtarum, nunc tranſit ad tractandum de demonſtratione ipſa: vt quid nam ſit demonſtratio, & ex quibus. prius tamen definit ipſum ſcire. Vbi primo animaduerſione dignum ipſum ſcire ſiue ſcientiam multifariam ab ipſa G demonſtratione differre. Primo quia ipſum ſcire notius eſt, nam multi ſunt, qui ſcire ſe opinantur ignorant autem quid ſit demonſtrare. Secundo ſcire eſt affectio quædam, quæ de rebus nobis accreſcit; demonſtratio autem via qua hæc affectio de rebus accreſcit. Tertio ſcientia eſt vniuerſalior demonſtratione, nam demonſtratio omnis ſcientia, non autem omnis ſcientia demonſtratio eſt, nam communes notiores ſcientiæ ſunt quidem demonſtrationes autem minime. quippe cum communes notiores indemonſtrabiles ſint ſcientiæ. ſecundum igitur Philoponum hic ſumit ſcire pro demonſtratione, nam ſecundum ipſum idem eſt ſcire quod hic definitur, & demonſtratio. Ego vero bene volo, quod ipſum ſcire hic definitum eſt demonſtratiuum, non tamen demonſtra- H tio, quia ſcire eſt affectio, demonſtratio eſt via ad illam, vt ipſemet dicit. Definit igitur ipſum ſcire prius quam ipſum demonſtrari, quia notius eſt. nã multis videtur aliquid ſcire, non autem demonſtrare, quia ignorant, quid ſit demonſtratio (inquit.) § Scire autem ſimpliciter, ſed nõ ſophiſtico modo, quod eſt ſecundum accidẽs opinamur vnumquodque ſimpliciter, id eſt proprie. vnumquodque, id eſt quæſitum, quod in fine erit concluſio quaſi dicat, Scire autem ſimpliciter, id eſt proprie, quod ſcire proprie, non eſt ſcire ſophiſtarum more, qui ſciunt ſecundum accidens, opinamur vnumquoque quæſitorum ſcibilium, cum cauſam propter quam res eſt, id eſt cum cauſam, qua res, id eſt quæſitum E arbitramur cognoſcere: quoniam illius eſt cauſa: & propter quam ſupple non eſt contingere aliter ſe habere res illa, ſiue quæſitum illud.


Scire a demonſtratione qũo differat. prima differentia. Secunda. Tertia.

Opio Ph. Propria. poſitio.



Syllogiſmorum media ſpecies inter ſcientificos, ac ſophiſticos, q ex veriſimilibus cõſtant.

Syllogiſmorum, qui captioſi ſeu fallaces dicuntur, duplex modus.



ſyllogiſmorum modi duo, quorũ alter inhærens ſubſtãtiæ, putat ineſſe accidenti, alter quo inhærẽs accidenti putatur ineſſe ſubſtantiæ.

Quo vero ad verba attinet, debes ſcire ſyllogiſmorum eſſe triplicem differentiam. alij enim ſunt ſcientifici, alij captioſi, alij inter hos medij de ſcientificis nunc dicit, At medij ſunt, vt qui ex veriſimilibus aſtruunt, nec ſcientifici, nec captioſi. vt ille vir comptus adornatuſq; eſt, igitur mæchus. Præterea ille vir noctu vagatur, igitur fur eſt. Inſuper, lac habet hæc mulier, igitur peperit. Hi enim ſyllogiſmi iudiciarij ſunt ac ex veriſimilibus, non autem ſcientifici: quia poſsibile eſt aliquem comptum eſſe, & non mœchum, & noctiuagum, non autem furem, & habere lac & non peperiſſe. Captioſi ſunt dupliciter, vt quando quod ſubſtantiæ ineſt, putatur ineſſe accidenti; vt ſi animal inſit ipſi Cygno, credatur ineſſe ipſi albo ſic. Omnis Cygnus animal: Omnis Cygnus albus: Igitur album animal. Vlterius album animal, omne album color, igitur color animal. Aut quando contra creditur quod accidẽti ineſt, ſubſtantiæ ineſſe. Vt omne album color, album pomum. igitur pomum color. Itemque motus eſt in mobili: Tempus eſt in motu. Igitur tempus eſt in mobili. Ex his patet captioſos ſyllogiſmos eſſe qui ab accidente faciunt deluſionẽ. Nõ autem omnis ſyllogiſmus qui eſt ab accidente eſt ſophiſticus. nam, ſi dixero fumus hic eſt, igitur ignis.

Expõ verborum. Triplex differẽtia ſyllogiſmorũ. Syllogiſmi ex veriſimilibus medii ſunt.

Captioſi ſyllogiſmi dupliciter.

ignis.ab accidente eſt, non tamen ſophiſticus,ſed A probabilis a veriſimili.ſed quia tam captioſi quam probabiles ab accidente proficiſcuntur, ideo captioſi,qui paralogiſmi ſunt, captioſi ſunt. Alij vero ſophiſtico more proficiſcentes,non tãtum captioſi,de more quidem ſophiſtico, quia ab accidente, non autem captioſi, quia non deludunt.& quoniã ſyllogiſmi ab effectu ſunt etiam ab accidente, eſt enim effectus velut accidens cauſæ,vt cum dixero hic fumus eſt,igitur ignis, Iccirco inquit. ❴ Scire ſimpliciter,hoc eſt demonſtratiuum, quod eſt ſcire proprie,non ab accidente vel effectu ipſo,quod eſt ſophiſtico modo licet non omne ſophiſticum. quaſi dicat,ſcire autem ſimpliciter, id eſt proprie, ſed non ſophiſtico modo, quod eſt ab accidente; nam ſcire ab effectu; & ſcire a veriſimilibus,& ſcire ſophiſticum:omne tale eſt ſcire more ſophiſtico,quia ab accidente, licet non omne ſit ſcire ſophiſticum.Scire dico tale demonſtratiuum eſt quo nos arbitramur cognoſcere vnumquodque quæſitum per cauſam,qua illud eſt:& qua illud eſt neceſſarium: quod illius quæſiti ſit cauſa. Ex his patet quod a definitione ipſius ſcire excludit ſcire per effectum ſiue per ſignum: quia omne tale eſt ab accidente:& de more ſophiſtico. non tamen ſophiſticũ. Addidit cum cauſam arbitramur cognoſcere: propter quam res eſt. Quoniam cauſa duplex eſt: remota,vt eſſe animal eſt cauſa reſpirandi: & propinqua, vt habere pulmonem, cauſa quidem remota non eſt: propter quam res eſt: non enim equus reſpirat,quia animal eſt, ſed quia pulmonem habet:verum eſt tamen,quod,ſi non eſt animal,nõ ſpirat. Addit, quod illius ſit cauſa:quia proprie,id eſt ſcire: quando videlicet per cauſam propriam C ſcimus ipſum quæſitum,quod illius quæſiti ſit cauſa,quia niſi cauſa ad quæſitum referatur,nunquam quiſpiam ſciet. Et quoniam duplex eſt quæſitum vt quod eſt, & contingit aliter ſe habere: vt terra mouetur: mouetur enim de ineſſe nunc & hinc ad horam ceſſante terræ motu non mouebitur. Aut quod eſt, & non contingit ſe habere,vt triangulus habet tres:ideo addit propter quam res eſt:vt ſunt quæſita Phyſica: & propter quam non contingit aliter ſe habere,vt ſunt quæſita mathematica.Scire igitur eſt per cauſam qua res eſt, vt in Phyſicis: & qua res ipſa eſt neceſſaria, vt in mathematicis.Dubitabis fortaſſe cum triplex ſit demonſtratio, vt Auer. vbiq; ſentit:videlicet quia, ſiue demonſtratio ſigni:propter quid, quæq; dicitur demõſtratio cauſæ: & demonſtratio ſimpliciter, cuius medium D eſt nobis & naturæ primo notum. etiam triplex erit ſcire: ideo quæritur vtrum hic vniuerſaliter definiatur ipſum ſcire. Themiſt. & Philo.hic autumant Ari. hic definire ſcire ipſum ſimpliciter, hoc eſt proprie:& cum dicitur ❴ſed non ſophiſtico more❵ excludit ſolum ſcire ſophiſticum. igitur omne aliud deſcribit. Dicas, quod excludit omne ſcire quod fit more ſophiſtico:quod eſt ab accidenti;mõſtrat aliquid ſciri more ſophiſtico, & non eſſe ſcire ſophiſticum.Scire igitur quia, eſt ſcire more ſophiſtico, quia ab effectu, qui videtur accidere cauſæ. Quare ſcire hic definitũ eſt ſcire propter quid, vel ſimpliciter, cuius medium eſt nobis & naturę primo notum.

Syllogiſmi ab effectu, ſunt ab accidente.

Cã dupl. remota & ppinqua.

Duplex quæſitum.

Demõ triplex. Auer. ſcdo cœli. 35. & 2. Phyſi. 2.

Quæſtio pulchra.

Rñ. Them. & Phylo.

Patet igitur ipſum ſcire tale quid eſſe. Nam & hi qui neſciunt,& hi qui ſciunt, ita ſeſe habere putant, quorum ipſi ſcientes & ita ſeſe etiam habent.

Manifeſtum itaq;, quod tale quid ipſum ſcire eſt: & namq; non ſcientes,& ſcientes opinantur ipſum ſic ſe habere, Verum ſcientes habent quoq;.

ARGV.

DILVCI.

Cõmẽ. 12.

Nunc dico de ipſo ſcire definitionẽ probat eo iudicio, quo ſignificationes nominum probantur, quia,vt Secundo Topicorũ dicitur, Loquendum vt plures,ſentiendum vt pauciores & ſapientes: & ita probat per conſenſum omnium,tam eorum qui arbitrantur ſe ſcire, & non ſciunt, vt ſophiſtæ,quam eorum,qui arbitrantur ſe ſcire, & ſciunt vt ſapientes:& inquit. ❴ Manifeſtum itaq;,quod tale quid ipſum ſcire eſt, vt ſupple definiuimus: & namq; non ſciẽtes,vt ſophiſtæ,& ſciẽtes vt ſapiẽtes opinant ipſum ſcire ſic ſe hẽre. Verũ ſciẽtes habent quoq;,ſophiſtæ autem arbitrantur habere,& non habent. Quare conſenſim ſcire erit (vt dictum eſt) per cauſam propriam,qua res eſt cognoſcere: Sophiſtarum & non ſcientium duo ſunt exempla.Quæritur aliquãdo cur plebs, quæ græce laos eſt, dicta eſt a græcis laos:cauſam huius arbitrantur aſsignare,quia poſt diluuium Deucalion Ioue imperante ad homines regenerandos retro poſt terga iecerit lapides,qui græce laæ dicuntur:quare plebs dicitur laos græce, quia a lais genita fuit. hanc putarit cauſam,verum non eſt hæc cauſa Alij putant terram conſiſtere ob rapidam cœli circũuolutionem,aſſerentes ſe ſcire. Iuniores autem probare enituntur hanc definitionem,quam Ariſt.dedit, eſſe de ipſo ſcire definitionẽ.Primo,quia ſcire ipſum eſt rerũ,quę ſunt:omne autem quod eſt, eo quidem modo ſcitur,quo modo eſt:quare, ſi ſua propria cauſa eſt, ſua propria cauſa ſcietur.quare ipſum ſcire erit per cauſam cognoſcere. Secundo, intellectus noſter in ſciendo cauſatur à rebus, res ipſe autem à proprijs cauſis: igitur intellectus in ſciẽdo cauſabitur à rerum cauſis: nam quicquid eſt cauſa cauſæ,erit etiam cauſati cauſa. Tertio,veritas eſt æquatio quædam intellectus ad rem: modo intellectus nunquam æquabitur rei, niſi ipſe ad eius rei principia ac cauſas redeat:igitur ſcire erit per cauſam.Sed circa hæc occurres, quia vt dicitur Secundo huius,aliud eſt demonſtrare rem eſſe ita, & aliud definitionem rei. Poſſum enim demonſtrare hominem eſſe animal rationale ſine petitione principij:ſed hominem eſſe animal rationale in eo quod quid eſt, nõ poteſt demonſtrari niſi petendo principium. Et ita licet fortaſſe viri iſti poſſent demonſtrare ipſum ſcire eſſe per cauſam cognoſcere,nunquam habebunt propter hoc ipſum quod dico,cauſam cognoſcere, eſſe definitionem ipſius ſcire,niſi petant quod eſt in principio vt in prin. 2. huius videbitur. Præterea. Rationes horũ petere videntur aliã ob cauſam,qa cum ſumunt ipſum ſcire eſſe rerum quæ ſunt, hoc petit, qa aduerſarius dicet cognitionẽ rerũ q̃ ſunt non eſſe noĩe ipſius ſcire,ſed nomine opinionis dicendum. Inſuper, cum accipiunt intellectum noſtrum in ſciendo cauſari a rebus, hoc eſt petere.aduerſarius enim dicet cauſari intellectum a rebus non eſſe ſcire ſine nomine ipſius ſcire appellandũ, ſed alio nomine,videlicet,opinionis vel cognitionis. Adhuc, dato ꝙ veritas ſit æquatio intellectus ad

Quæ iuniores. Egi.&.1.

Secundo.

Tertio.

Cõfutatio & primo. Cap. 1.

Ad primũ.

Ad ſecũdũ.

Ad tertiũ.

ad res, non propter hoc patet hanc æquationem dici nomine ipſius ſcientiæ: & ſic recte Ariſ. conſenſu omnium quaſi iudicio probauit ipſum ſcire eſſe per cauſam cognoſcere, quia non aliter poſſunt nominum ſignificationes probari. Vlterius quæres, cur addidit qm̃ illius eſt cauſa. Videtur. n. ſufficiens dicere ipſum ſcire eſſe per cauſam, qua res eſt, cognoſcere. Nã ſic ſenſus eſt, ipſum ſcire eſſe per cauſam propriam, igitur ſuperfluit addere qm̃ illius eſt cauſa. Nonnulli dixerunt poſſe fieri vt aliquis ſciat cauſam propter quam res eſt, & nõ rem illam ſcire. Plurimi. n. ſciunt radium Solis, quo putrida animalia exoriuntur, & tamen ignorant quo modo animalia illa exoriantur. & huius cauſa eſt, quia licet ſciant cauſam propter quam putrida animalia ſunt, cum non ſciant, quoniam ille radius eſt cauſa illorum, non dicuntur ſcire. igitur requiritur ꝙ cognoſcamus cauſam propter quam res eſt, quoniam illius eſt cauſa, ad hoc vt ſcientes dicamur. Quæ res profecto nobis non diſplicet.

Cur dixit qm̃ illius ẽ cauſa.

Rñſio quorundam.

ARGY. *Quare cuius ſimpliciter eſt ſcientia, id vt aliter ſeſe habeat fieri omnino non poteſt.*

DILVCI. *Quare cuius ſimpliciter eſt ſcientia, hoc eſt impoſſibile aliter ſe habere.*

Cõmẽ. 13. Quod ſit ipſũ ſcibile.

Deſcripſit ipſum ſcire, at nunc deſcribit ipſum ſcibile, quod dicitur etiam ante demonſtrationem quæſtio, ſiue quæſitum. huius cauſa eſt: quia dixit, ſcire autem opinamur vnumquodq; ſimpliciter, & reliqua. & per vnumquodque intelligit ſcibile ſiue quæſitum ſcientificum: hoc eſt id, cuius eſt ſimpliciter & proprie ſcientia. Propterea vt dicta definitio pateat, declarat nunc quid per vnumquodq;, hoc eſt quid per ſcibile intelligit. Accedit ad hæc; ꝙ ſcire ipſum eſt in anima, vt in ſubiecto: eſt in demõſtratione, vt in cauſa: eſt in ipſo ſcibili ſiue quæſito vel concluſione, vt in ſigno. prætermittit de anima dicere, tanquã de re huic libro aliena: ſpectat enim de ipſa dicere in libro de Anima. Propterea de ipſo ſcibili, in quo ipſum ſcire eſt, vt in ſigno: & de ipſa demonſtratione, in qua ipſum ſcire, vt in cauſa eſt, pertractat: & inquit de ipſo ſcibili primo. Quare cuius ſimpliciter, id eſt proprie, eſt ſcientia, hoc eſt impoſſibile aliter ſe habere: id eſt ſcibile proprie dictum eſt complexum quid neceſſarium. addidi complexum, quia duplex eſt neceſſarium, incomplexum videlicet, & complexum, incomplexum vt Deus, eo quia eſt, & non poteſt non eſſe: & chimera eſt neceſſarium non eſſe, quia non eſt & non poteſt eſſe. At neceſſarium complexum, quod dicitur ſecundum inhærentiam, eſt quæſtio, vel quæſitum, in quo prędicatum ineſt ſubiecto, & non contingit nõ ineſſe, vt ignis eſt calidus, vel in quo prædicatum nõ ineſt ſubiecto, nec contingit ineſſe, vt ignis non eſt frigidus: quare ſcibile proprie dictũ erit quoddam complexum neceſſarium, quod non poteſt aliter ſe habere. Quo vero ad verba attinet, Ariſt. appoſuit quare, quaſi illatiue, non vt quare, eſſet nota illationis, ſed continuationis. Nam, cum dixiſſet de ſcire, opportunum erat ei dicere de ipſo ſcibili, tum primo, quia ipſum ſcibile ponebatur in definitione ipſius ſcire, tum ſecundo, quia ipſum ſcire eſt in ipſo ſcibili, vt in ſigno: & ita verbum quare, continuatiuum eſt. Vlterius impoſſibile aliter ſe habere poteſt dupliciter eſſe. Aut ex hypotheſi, vt terra

Scire in aïa ẽ vt in ſubiecto, in demõſtratiõe vt in cã, in cõcluſione vt i ſigno.

Duplex neceſſarium.

Verborũ expõ.

Impoſſibile aliter ſe habere dupliciter.

E tremit: hoc enim impoſſibile aliter ſe habere eſt, dum exhalatio intra cauernas terræ mouetur. Aut abſolute, vt Solem oriri: quia non poteſt eſſe quia Sol oriatur. Ariſto. igitur per impoſſibile aliter ſe habere intelligit neceſſarium ex hypoteſi, quod eſt neceſſarium cauſis poſitis, & hoc modo quæſita Phyſica ſunt neceſſaria: non enim poſſunt ſuis per ſe cauſis poſitis, non eſſe: contra autem ipſa cõtingentia. ſunt enim quæ poſitis cauſis, poſſunt nõ eſſe: quoniam poſſunt impediri. Occurres fortaſſe ex eo, quia videtur definitio in plus ipſo definito, quia multa non poſſunt aliter ſe habere, quæ non ſunt ſcibilia, vt prima principia: quæ dignitates dicuntur. Themiſtius & Philoponus concedunt illa eſſe ſcibilia: quia, vt dicetur, eorum eſt alius ſciẽdi modus, de quo poſterius dicetur. Sed ſi ita eſſet, vt F exponit Philop. tunc hic non eſſet definitum quæſitum ſcibile, ſed omne ſcibile. Propterea dicamus, quod definitio debet ſic intelligi, ſcibile proprie eſt, quod poſitis ſuis per ſe cauſis, non contingit aliter ſe habere. Modo, licet dignitas non contingat aliter ſe habere, tamen hoc non eſt alijs quibuſdã poſitis, vt cauſis proprijs & per ſe: & ita definitio eſt æqualis & optima.

Obiectio.

Rñ. The. & Philo.

ꝓpria rñ.

ARGY. *Si igitur & alius ſciendi ſit modus, poſterius explicabimus. Addidimus etiam per demonſtrationem etiam ſcire.*

DILVCI. *Si quidem igitur & alius eſt ſciendi modus, poſterius dicemus. dicimus autem & per demonſtrationem ſcire.*

Comẽ. 14. Duplex ſcientia eſt.

Duplex eſt ſcientia, vt placet Philop & Themiſt. altera quidem demonſtratiua, quæ eſt per demonſtrationem ipſam. Altera vero ſpecies eſt, quæ demonſtratiua non eſt, ſed ex ſeſe fidem habens etiã ſine ſyllogiſmis, vt cognitio dignitatum: hæc enim G non per demonſtrationem nobis accedit, ſed ex ſeipſa fidem habet. Ariſto. igitur nunc limitando ſe ad dicenda, & ad ea quæ dixit, inquit: Siquidem igitur & alius eſt ſciẽdi modus: hoc eſt, quia ita eſt, quod eſt alius modus ſiue ſpecies ſcientię, poſterius dicemus: autem ſed: ſupple nunc, & per demonſtrationem ſcire dicimus. Sic igitur poſterius de alia ſcientia ſpecie dicemus, nunc de demonſtratiua dixiſſe volumus. Bene igitur dictum eſt, quod non de vniuerſali ſcientia loquitur Ariſto. dum definit ipſum ſcire. ſed de ea, quæ æquipollet demonſtrationi, hoc eſt de demonſtratiua. Quo vero ad verba attinet, animaduerſione dignum, In nonnullis codicibus textum ſic haberi. Dicimus autem & & noſcere per demonſtrationem: vbi Philopo. per noſcere intelligit ſcire, quaſi dicat, at nunc dicimus H & definimus ipſum noſcere per demonſtrationẽ, quod reuera eſt ſcire. Nonnulli Ariſtotelem aliter definire ipſum ſcire opinantur, quia in eorum tranſlationibus ſic habebatur, dicimus autem & ſcire per demonſtrationem intelligere. Tu vero hęc ſi placent, conſidera. Non deſunt, qui velint Ariſto. per alium ſciẽdi modum, intelligere eum modum, quo mediante ſcitur. vt per demonſtrationem ad impoſſibile, & per demoſtrationem quia. Alij vero non ignari per alium ſciendi modum intelligunt, qui eſt per definitionem, de quo in Secundo libro diſputabit. Sed de his hactenus.

Verborum expõ.

Expõ aliquorum.

Quid intelligat Ariſt. per alium ſciendi modum ſcd̃m quoſdam. alia expõ.

ARGY. *Demonſtrationem autem dico, ratiocinationem eam quæ ſcientiam efficit. Eam vero ſcientiam efficere dico, qua ſcimus eam ipſam habendo.*

Demon-

Demonſtrationem autem dico, ſyllogiſmum epiſtemonicon, ideſt ſcientificum. Epiſtemonicon vero dico ſecundum quem (in habendo ipſum) ſcimus.

Cōmē. 15.

Hæc quæ hic inquit, continuatione non indigēt: nam cum dixiſſet ſe eſſe locutum de ſcire, quod eſt per demonſtrationem, declarat quid ipſe velit per demonſtrationem.

Philopo.

Philoponus ait Ariſtotelem hoc facere, vt oſtenderet ipſum ſcire & demonſtrationem idem eſſe. Vel accuratius (vt inquit) hoc facit, vt oſtendat ſcientiam eſſe demonſtrationis finem, aut habitum, qui ex demōſtratione animę ipſi accreſcit. Demonſtrationem autem quæ ſit ad ſcientiam ipſam ſyllogiſticam vt via. Fortaſſe etiam Ariſ. tranſit ad declarandum quid per demonſtrationem velit, quia etiam demonſtratione eſt huius libri intentio, ſed quia demonſtratio pōt dupliciter conſiderari, vno B modo quo ad formam, hoc eſt vt ſyllogiſmus eſt, & quo ad materiam, i. quo ad ea, ex quibus, & de quibus eſt, & tractare de forma demonſtrationis ſpectat magis ad librum Priorum, qui eſt de ſyllogiſmo, ideo raptim quaſi hæc trāſiens, inquit. } Demonſtrationem autem dico ſyllogiſmū epiſtemonicon, latine vero ſcientificum. Dixit ſyllogiſmum loco generis. addidit epiſtemonicon loco differentiæ, qm̄ captioſus ſyllogiſmus non epiſtemonicus eſt, nec dialecticus eſt epiſtemonicus. Exponit qd velit ipſe per epiſtemonicon, & inquit: Epiſtemonicon vero dico, ſm quem (in habendo ipſum) ſcimus. Hoc autem dupliciter expoſuit, Tum vt definitio demonſtrationis pateret, in qua ponitur illa differētia epiſtemonicon. Tum etiam quia ſcientificum eſt duplex, quod videlicet ſcientiam facit principaliter, vt intellectus ipſe agens, & quo ſcien C tia ipſa fit, vt inſtrumento. quia igitur dixerat demonſtrationem eſſe ſyllogiſmum facientem ſcire, appoſuit ſecundum quem (in habendo ipſum) ſcimus, vt innueret demonſtrationē facere ſcientiam, vt inſtrumentum, & non vt principale mouens.

Demonſtratio duplex conſiderari poteſt.

Scientificū duplex.

Verborum expoſitio. Rectius epiſtemoni. q̄ apodicticon dicitur ſyllogiſm⁹ demonſtratiuus.

Quo vero ad verba attinet, debes ſcire in nonnullis tranſlationibus loco verbi epiſtemonicon legi Apodicticon, quod vnde ſit gnoro. Apodicticus enim gracè, ſonat latinè demonſtratiuus. modo dicere demonſtrationem eſſe ſyllogiſmum apodicticum eſt dicere demonſtrationem eſſe ſyllogiſmum demonſtratiuum, & ſic idem per idem definiſſet. Quare (vt puto) textus corruptus eſt.

ARGY.

Si igitur ipſum ſcire tale eſt quale poſuimus, neceſſe eſt & demonſtratiuam ſcientiam, ex veris & primis, medioque vacantibus, & ex notioribus & prioribus ip- D ſa concluſione cauſiſque eiuſdem eſſe. Sic enim erunt & ipſa principia propria eius quod demonſtratur. Nam ratiocinatio quidem ſine his erit, demonſtratio vero non erit; ſcientiam enim non faciet.

DILVCI.

Si igitur ipſum ſcire eſt, vt poſuimus, neceſſe eſt & demonſtratiuam ſcientiam & ex veris eſſe, & ex primis & immediatis, & notioribus, & prioribus & cauſis concluſionis. Sic enim erunt & principia propria eius quod demonſtratur. Nam ſyllogiſmus quidem erit et ſine his, Demonſtratio autem non erit: non n. faciet ſcientiam.

Cōmē. 16. Syllīs text.

Partim ex definitione ipſius ſcire, partim ex his, quæ de demōſtratione adijcit, ex qbus qualibet ne ſit ipſa demonſtratiua ſcientia, concludit, quaſi ſic ſyllogizans; ſcire eſt ex veris, & ex primis, imme- A diatiſq;, ex notioribus & ex prioribus cauſis concluſionis eſt quidē ex veris, quia de veris concluſionibus, quæ demonſtratiue non niſi ex veris proficiſcuntur. Eſt. n. ſcire quęſiti quod eſt, & non poteſt aliter ſe habere, & ita de veris, & ex veris. Primis immediatis, qm̄ ſcire eſt per cauſam, qm̄ illius eſt cauſa. Prioribus cauſis. Quia eſt per cauſam ꝓpter quam res eſt. Eſt deniq; ex notioribus, quia ſcire arbitramur cognoſcere: igitur ſcire eſt ex veris, primis, immediatis, notioribus prioribus cauſis concluſionis. Sed acceptum eſt demonſtrationem eſſe ſcire: nam ſcire dicimus per demonſtrationem. Igitur demonſtratio ſiue demōſtratiua ſcientia eſt ex veris, primis imediatis, notioribus, prioribus cauſis concluſionis. Philoponus. n. hęc reduxit ad quatuor, iuxta quatuor, quæ ponebantur in definitione ipſius ſcire. Nam ex illa particula ꝙ ſcire ſit de re quæ eſt, & non poteſt aliter ſe habere, habetur ꝙ ipſa demonſtratio eſt ex veris, & de veris: Ex illa particula, ꝙ ſcire eſſe, quoniam illius eſt cauſa habetur ꝙ demonſtratio ſit ex primis immediatis. Ex illa particula ꝙ ſcire eſt propter cauſam, qua res eſt, habetur ꝙ demōſtratio ſit ex prioribus cauſis concluſionis. Ex illa particula ꝙ ſcire eſt cognoſcere, habetur ꝙ demonſtratio eſt ex notioribus. Recte igit inquit. } Si igitur ipſum ſcire eſt, vt poſuimus, neceſſe eſt & reliqua, quia ſyllogiſtice demonſtratiuam ſcientiam eſſe ex his, facile deducitur. Vt vero intelligatur differentia eorum ex quibus eſt demonſtratio, ab his ex quibus eſt ſyllogiſmus dicamus demonſtrationem quidem non eſſe niſi de veris, & ex veris. nam ſyllogiſmus verus eſſe poteſt, qm̄ homo eſt animal, & ex falſis vt ſi omnis lapis C ſit animal: & omnis homo ſit lapis: relinquetur ſyllogiſtice, ꝙ omnis homo eſt animal: verum hic ſyllogiſmus erit, non autem demonſtratio. dixit ex primis immediatis, quaſi ſit vna particula: appoſuit. n. verbo primis verbum immediatis: quia, ſi ſumpſero ꝙ anima immortalis: & ex hoc ſyllogizauero ꝙ nonnullę animę in inferno ſint, ex primis quidem ſyllogizaui, non autem ex immediatis: quia animam eſſe immortalem indiget demonſtratione: & ſic oportet demonſtrationem eſſe ex primis immediatis, hoc eſt indemonſtrabilibus, & per ſe creditis: aut oportet ire in infinitum. Additum prętera eſt ad verbum immediatis, verbum primis: nam ſunt quædam immediata, non tamen prima: vt ꝙ hæc ceruſa ſit alba, hæc. n. immediata eſt, nullo termino indigens ad ſui fidem. Similiter hic Socrates eſt & eiuſmodi: ex his autem non fit demonſtra D tio ſed ex primis, i. communibus immediatis. Dixit & notioribus: oportet. n. tantum quæ aſſumuntur in demonſtratione eſſe vera prima immediata, ſed notiora: nam poſſunt dignitates aliquibus experientiæ inopia nota non eſſe, velut quòd quæ eidem æqualia, & ſibijnuicem ſunt æqualia: hoc enim ex ſeſe fidem habet, multis tamen non patet: propterea addit illa eſſe notiora. Dixit prioribus cauſis concluſionis: & per priores cauſas intelligit cauſas continuas, non longinquas: nam demonſtratio eſſe poteſt ex veris primis immediatis, notioribus, quæ tamen non erit ex proximis cauſis. Vt ſiquis velit demonſtrare, quòd anima eſt immortalis, & ſumat quæ eidem ſunt æqualia, & ſibijnuicem

Quæ Phi.

Demonſtratio eſt ex primis immediatis.

Aliqua ſunt immediata quæ nō ſūt prima.

uicem ſunt ęqualia, accepit enim vera, prima immediata, & notiora, nō autem quæ ſint effectricia concluſionis, & ita per priores cauſas concluſionis, proximas cauſas intelligit, & ita priores pro proximis ac continuis intelligit, quaſi innuens hæc duo facere vnam particulam. & quia per priores cauſas concluſionis intelligit proximas ſiue proprias cauſas, ideo ſubſcribit. Sic.n.erunt & principia propria eius, quod demōſtratur: quare inter hæc non oportet addere ex proprijs demonſtrationem eſſe, quia ſi eſt ex prioribus cauſis cōcluſionis. igitur ex proprijs, & hic patet non accipi pro eodem primis, & prioribus, ſed pro diuerſis, qua ratione alterum horum non ſuperfluit. quaſi igitur recolligens differentiam inter ſyllogiſmum & demonſtrationem, inquit: & ſupple tu demonſtratio ex veris & reliquis eſt, nam & ſyllogiſmus quidem erit, & ſine his, demonſtratio autem non erit, quia niſi ex his ſit demonſtratio, non faciet ſcientiam. Animaduerſione dignum ꝙ Auer. in Paraphraſi ex definitione demonſtrationis proxime aſsignatæ, videtur ſyllogizare definitionē præſentem. Qua ratione Groſſatesta dixit Ariſtot. definitionem materialem demonſtrationis demonſtrare per formalem.

Expō. Auerro. in, cap. 5.

Lincon. Op. aliquorum.

Non deſunt qui dicunt Ariſto. per verba illa. Sic enim erunt & principia propria eius quod demonſtratur remouere quæſtionem. nam dixit demonſtrationem eſſe ex prioribus & immediatis, quæ videntur repugnare. quia priora non ſunt immediata, quaſi reſpondens. Illa tria priora prima & immediata non aduerſari: quia ſic erunt propria principia. Themiſt. autem (ſi recte intellexi) vult Ariſt. ponere differentiam inter demonſtrationem & ſyllogiſmum, In hoc, ꝙ propoſitiones demonſtrationis ſunt cauſæ concluſionis in eſſendo, cognoſcendo, & inferendo, ſyllogiſticæ autem concluſionis tantum in inferendo. P. inquit. Sic.n.erunt & principia propria eius, quod demonſtratur, hoc eſt in eſſendo. nam ſyllogiſmus quidem erit & ſine his, quibus (vt mihi videtur) Auer. conſentit.

Expō. Themiſ. Cap. 4. pri. huius.

ARGV. *Vera igitur eſſe oportet: quia fieri nequit, vt id, quod non eſt, ſciatur, veluti diametrum commenſurabilem eſſe.*

DILVCI. *Vera quidem igitur oportet eſſe, quoniam quod non eſt, non eſt ſcire, Vt quoniam diameter commenſurabilis.*

Cōmē. 17. Nunc ſingulas particulas acceptas in definitione demonſtratiuæ ſcientiæ exponit. ideo inquit, diximus oportere ex veris eſſe demonſtrationem: qm̄, ſi ex veris non ſit, neq; cōtingit fieri ſcientiam: & hoc ait. Vera quidem igitur oportet eſſe: ſup. ea, ex quibus eſt demonſtratio, quoniam quod non eſt, non eſt ſcire. Vt quoniam diameter commenſurabilis ſit, ſup. coſtæ. Hæc ratio poteſt ad Enthymema ſic reduci, Quod non eſt, non eſt ſcire: igitur ea, ex quibus eſt demonſtratio, oportet eſſe vera, & per quod non eſt, intelligit falſum: & ita Enthymema erit, Falſum nō poteſt ſciri: igitur oportet principia ex quibus eſt demonſtratio, eſſe vera. Enthymema iſtud eſt obſcurum, & vnde valeat, non facile patet: ideo vno modo dici poteſt, ꝙ tenet ex differentia inter ſyllogiſmum, & demonſtrationem, quia falſum ex falſis ſyllogizari poteſt, verum autem & ex veris, & ex falſis, at demonſtrari minime poteſt niſi ex veris. Aut fortaſſe ſequitur quia dictum eſt id, cuius ſcientia eſt, impoſsibile eſt aliter

Primo huius. 17.

E ſe habere. igitur vera oportet eſſe principia: quia detur oppoſitum, tunc concluſio poteſt eſſe falſa. Aut melius fortaſſe non recedendo à verbis Ariſt. ſic arguatur, Falſa non poſſunt ſciri: igitur principia demonſtrationis ſunt vera neceſſario. quia, ſi non ſunt vera, ſint igitur falſa: igitur ex illis poſſunt ſequi, & vera & falſa: quia ex falſis & verum & falſum ſequitur. demonſtretur itaq; ex falſis falſum: igitur falſum ſcietur, quia demonſtratio eſt ſyllogiſmus epiſtemonicus, hoc eſt faciens ſcire: quare, ſi falſa non poſſunt ſciri, oportet demonſtrationis principia vera eſſe, aliter enim vt probauimus, falſa demonſtrari ac ſciri poſſunt.

Obiectio. Sed occurres: nonne non entis ſcientia eſt, qm̄ non eſt ens: & falſi, quoniam non eſt verum. Reſ- Ratio Philopo. pondet Philo. & recte: ꝙ non entis eſt ſcientia, qm̄ F non eſt ens: & falſi quoniam non eſt verum, ſed Ariſtote hoc non dicit, ſed vult non ens non ſciri tanquam ens, nec falſum ſciri tanquam verum: & hoc ait in exemplo cum inquit: Vt quoniam diameter ſit coſtæ commenſurabilis, hoc.n. falſum eſt: ideo ſciri non poteſt ꝙ ſit verum. Ex his patet quæſtiones aliquorum hic non moueri ad rem, quum quærunt vtrum de non ente ſit ſcientia: nam (vt recte Philop. inquit) per non ens, falſum intelligit.

Corol contra modernos.

ARGV. *Ex primis autem & indemonſtrabilibus eſſe, quia non ſciet non habens demonſtrationem ipſorum. Scire.n. non per accidens ea quorum eſt demonſtratio, nihil aliud eſt ſane, quam demonſtrationem habere.*

DILVCI. *Ex primis autem indemonſtrabilibus, quia non ſciet, non habens demonſtrationem ipſorum. Scire enim quorum demonſtratio eſt non ſecundum accidens, eſt habere G demonſtrationem.*

Cōmē. 18. Quod ex primis immediatis ſit demonſtratiua ſcientia (quod erat ſecunda particula) nunc exponit, & inquit. § Ex primis autem indemonſtrabilibus ſcientia demonſtratiua eſt. qm̄ ſupple, ſi indemonſtrabilia non ſunt, ſed demonſtrabilia, quæ ad demonſtrationem aſſumuntur, non ſciet, non habens demonſtrationem ipſorum: non dico problema, ſiue quæſitum, quod ex demonſtrabilibus ſyllogizat. opus.n. eſt, ſi non firmiter nouit propoſitionum demonſtrationes, quærere iterum demonſtrationes: quo fit, vt idem ſit indemonſtrabile, & immediatum: qm̄ vt diximus, omnis demonſtratio per quoſdam medios terminos conficitur, propterea inquit: § Diximus demonſtratiuam ſcientiam ex primis eſſe indemonſtrabilibus: quoniam, ſi de- H monſtrabilia ſunt, quæ ad demonſtrationem aſſumuntur, non fit demonſtratio, niſi vt illa antea fuerint demonſtrata: atq; alias, quæ in illorum demonſtrationem aſſumuntur, aut prima ſunt, immediataq;, aut demonſtrabilia. ac neceſſe eſt, aut ad infinita procedere, aut occurrere in aliqua prima immediata, ex quibus ſyllogiſmus conficitur ſcientificus: nam (vt inquit) Scire ea, quorum demonſtratio eſt, non per accidens, eſt demonſtrationem habere. Quo vero ad verba attinet, dixit, quorū eſt demonſtratio: quoniam (vt diximus) ſcimus & notiones cōmunes, ſed non earum habendo demonſtrationem: habent.n. per ſeipſas fidem, nam earum potior eſt ſcientia q̄ per demonſtrationem. addidit non per accidēs: quoniam contingit ſcire non per ſe, ſed

Verborum expoſitio.

ſe,ſed per accidens: quemadmodum ſuperficies di A citur viſibilis eſſe,at non per ſe,ſed quatenus ei color accidit,qui per ſe viſibilis eſt: & luna,ꝙ ſit ſphærica ſcire dicimus, ſed non per ſe, ſed quatenus accidit ipſi taliter illuſtrationes habere: vnde, tanquam à poſterioribus & cauſatis ad prima atq; cauſantia recurrimus hæ quidē oſtenſiones,non ſcientificæ,ſed ex accidentibus ac non ex his quæ per ſe inſunt rebus ſunt:oportet autem demonſtrationes ex his, quæ per ſe inſunt rebus conflari.

Dubitatio. Quæ Phil.

Quæret quiſpiam ſyllogiſmus ex veris & demōſtrabilibus eſt demonſtratio aliquo pacto? Philop. videtur, ꝙ ſic ſed poſt demonſtrationem eorum quæ aſſumuntur,antea non erat demonſtratio, ſed ſyllogiſmus tantum.

Dubtō con tra Philo.

Sed res hæc eſt ambigua, qm̄ quæro poſt demonſtrationem illorum demonſtrabilium, demonſtrabilia illa redduntur indemonſtrabilia,& B immediata,aut remanent mediata. Si remanent adhuc mediata: igitur poſt demōſtrationem illorum demonſtratio adhuc non erit. Si remanent immediata: igitur poſt demonſtrationē illorum non erit medium aliquod: quod falſum eſt: quia ſemper ante & poſt medium erit.

Propria ſolutio. Nota hæc. Demōſtratio ex demōſtrabilibus nō ſimpliciter ſed ſecundum quid quandoq; dicitur eſſe.

Propterea alias diximus demonſtrationem ex demonſtrabilibus nunquam fieri per demonſtrationem ſimpliciter: quia nunquam illa efficiētur quibus fit immediata: demonſtrationem vero illorum demonſtrabilium ſi per immediata fit,bene eſt prima demonſtratio,& ſimpliciter. Quare pro Philopono dici poteſt demonſtrationem quæ fit ex demonſtrabilibus poſt demonſtrationem illorum eſſe demōſtrationem non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quatenus fit ex illis,quæ carent demonſtratione pro tunc,videlicet quod demonſtrata ſunt, non autem carent demon- C ſtratione ſimpliciter.

ARGY.

Cauſæ etiam ſint oportet & notiora ac priora. Cauſa, quia tum ſcimus cum cognoſcimus cauſam: Priora, ſiquidem & cauſæ ſunt & antea cognita, non illo modo ſolum quid ſignificent, ſed altero etiam non.

DILVCI. Quæ aſſumuntur in demonſtratiōe notiora, priora, & cauſas eſſe oportet. Cōmē. 19.

Et cauſas & notiora oportet eſſe, & priora: cauſas quidem, quoniam tunc ſcimus, cum cauſam cognoſcimus: & priora, ſiquidem cauſa ſunt. Et notiora, non ſolum altero modo intelligendo, ſed etiam in ſciendo, quoniam ſunt.

At nunc declarat cæteras particulas, & inquit. } Et cauſas & notiora oportet eſſe, & priora cauſas quidem,quoniam tunc ſcimus,cum cauſam cognoſcimus,quare oportet ea quę aſſumuntur in demonſtratione eſſe cauſas concluſionis, ſeu eius quod demonſtratur. nec alio probat ita eſſe, niſi per definitionem ipſius ſcire.

Dubitatio. Solutio aliquorum. Dubōnes contra rñſionem.

Sed quæres quo gene D re cauſæ quæ aſſumuntur in demonſtratione ſunt cauſæ eius quod demonſtratur. Reſpondet quidam eſſe cauſas in genere efficientis,nam propoſitiones ſunt cauſæ effectiuæ, dignitates quidem remotæ,propoſitiones autem propinquę. Sed ambigua eſt hæc ſolutio, quia vel quæ aſſumuntur in demonſtratiua ſcientia, comparantur ad id quod demonſtratur, vel ad demonſtrationem: ſi ad demonſtrationem,ſic ſunt propoſitiones,vt materia cauſæ, ſin autem comparentur ad id quod demonſtratur, ſic quæ aſſumuntur poſſunt illius cauſæ eſſe in quolibet genere cauſæ. nam aliqñ erunt eius, quod demonſtratum,cauſæ effectrices, aliquando finales, aliquando materiales,aliquñ formales. nam demonſtrationes eſſe poſſunt per ea quæ aſſumuntur in quolibet genere cauſæ. quam ſententiam Philo. etiam hic approbat: qui ſuperiori parte oſtendit ea quæ aſſumuntur eius quod demonſtratur, poſſe eſſe cauſas & effectrices, & materiales.

Ad dubōnem reſpōdetur.

Quare, ſi quæ aſſumuntur cōparentur ad demonſtrationem ipſam,erunt cauſæ, vt materia, quia propoſitiones ſint partes ſyllogiſmi. ſi ad id quod demonſtratur, erunt cauſæ. vel poſſunt eſſe cauſæ in quolibet genere cauſæ: ſi ad ſcientiam comparentur, qua ex ſyllogiſmo relinquitur, erunt eo modo cauſæ, quo ipſe ſyllogiſmus illius ſcientiæ cauſa eſt,quoniā partes rei ſunt cauſa,vt illa res cauſa eſt,cuius ſunt partes, & ſic erunt cauſæ inſtrumentaliter effectiuæ, veluti & ſyllogiſmus. patet igitur ea quæ aſſumuntur in demonſtratiua ſcientia, eſſe cauſas.

Obiectio. Solutio.

Quod vero ſint priora, probat, & inquit, priora ſup. oportet eſſe,ſiquidem cauſę ſunt,nam omnis cauſa vult eſſe prior; eius cuius eſt cauſa. Sed dices, ſi dixit quæ aſſumū tur,oportere cauſas eſſe,cur addidit & priora,ſiquidem priora eſſe oportet,ſi ſint cauſæ. Dici poteſt,quia per cauſas, intelligit proximas: modo proximæ cauſæ videri poſſent alicui, non priores eſſe propterea addit priores. Deinde exponit ꝙ notiora oportet eſſe,& inqt: Et notiora ſup. oportet eſſe quæ aſſumuntur, non ſolum altero modo intelligendo quid nominis eorum, ſed etiā in ſciendo, quoniam ſunt: & ſic quæ aſſumuntur principia oportet eſſe pręcognita dupliciter,& qa vera ſunt, & quid nominis eorum.

alia obctio.

Sed occurres quoniam prius dixit ꝓpoſitiones non præcognoſci niſi quia veræ ſunt,at nunc dixit vtroq; modo.

Sol. Philo. Cōmentario. 5. & 6.

Soluit Philoponus, ꝙ in principio tanquam confeſſum ac fir- C mum hoc prætermiſit, quia non eſt poſsibile cognoſcere propoſitiones quia verę ſunt, nec aliquid qm̄ eſt, quin cognoſcatur quid ſignificat. Tu vero vide ſupra, nam plura diximus in hac re.

ARGY.

Dupliciter autem ſunt priora notioraue. Non.n.idem eſt prius natura, & noſtra ex parte prius. neq; notius, & nobis etiam notius. Atque ea quidem ad nos priora notioraue dico, quæ propinquiora ſenſui ſunt, Ea vero ſimpliciter priora notioraue, quæ à ſenſu longius diſtant. Sunt autem remotiſſima quidem ea, quæ ſunt vniuerſalia maxime, Propinquiſſima vero ſingularia ipſa: Atque hæc inter ſeſe opponuntur.

DILVCI.

Priora vero & notiora dupliciter ſunt. Non.n.idem eſt natura prius, & ad nos prius, neque notius, & nobis notius. Dico autem ad nos quidem priora & notiora, propinquiora ſenſui, Simpliciter autem priora & notiora, quę D *longius ſunt. Sunt autem longinquiſſima quidem, vniuerſalia maxima, Proxima vero ſingularia, & opponuntur hæc adinuicem.*

Cōmē. 20. Priora & notiora demōſtrationis principia dupl' ſunt: ſimpliciter ſiue ſecundum naturam, & quo ad nos.

Accepit & declarauit ea, quæ in demonſtratiua ſcientia aſſumūtur eſſe priora, & notiora, ſiue prius cognita, ſiue præcognita non ſolum altero modo, ſed quoniam ſunt. Nunc vero diſtinguit priora & notiora, vt ſciatur quo illorum modorum, quæ aſſumuntur, ſint priora, quoq; modo ſint notiora, & inquit. Priora vero & notiora dupliciter ſunt, vt ſæpe dictum eſt, & probat, & inquit. } Non.n.idem eſt natura prius, & ad nos prius, neq; notius. ſup. natura, & nobis notius: & ita bene dictum eſt prius & notius non dici vno modo. exponit hæc & inquit. Dico autem ad nos quidem priora & notiora propinquiora

pinquiora

pinquiora ſenſui, Simpliciter autem, hoc eſt natura priora & notiora dico, quæ longius ſunt à ſenſibus, & hæc rurſus exponens inquit: Sunt autem longinquiſsima quidem à ſenſibus, vniuerſalia maxima, quæq; dicuntur vniuerſaliſsima: proxima vero ſenſibus ſunt ſingularia. & opponuntur (vt inquit) hæc adinuicem. quare bene dictum eſt priora & notiora non dici vno modo: opponuntur accepit pro eo. quia ſunt hæc diuerſa.

Quæ Phil.

Philoponus his (vt mihi videtur) voluit ea, quę dixit Ariſ. referenda eſſe ad minorem propoſitione, ex qua conſtat demonſtratio: de minoribus.n. propoſitionibus, quæ aſſumuntur in demonſtratione, voluit Ariſt. dixiſſe oportetere eſſe veras, primas, indemonſtrabiles, notiores ac priores cauſas concluſionis. at nunc vult hæc referenda eſſe ad maiores: quæ etiam in demonſtratione aſſumuntur. has.n. vult eſſe notiores & priores ſimpliciter, ſiue ſm naturam: quoniam comparatione ipſarum aſſumptionum, quę minores ſunt, ipſa ſunt vniuerſaliſsima, & ſimpliciter priora. Si.n. hic conficeretur ſyllogiſmus, Omne animal eſt ſubſtantia: omnis homo eſt animal: igitur omnis homo eſt ſubſtantia, conſtat maiorem fieri ex animali & ſubſtantia, quæ ſunt priora ſimpliciter ſiue natura. & per hæc oſtenditur ꝙ ſubſtantia eſt: qui homo eſt extremũ ſiue vltimum, quid dicitur extremum minus. quare per vniuerſalia hic ſecundum Philop. propoſitiones maiores intelligit, quæ ſunt ſimpliciter & natura priores, & notiores: & per conſequens oportet dicere (licet ipſe non dicat) poſterius nota & nobis propinquiora eſſe minores, quæ dicuntur aſſumptiones, hæ.n. ſub vniuerſalibus aſſumuntur, prius notis ſimpliciter.

Qualis expo Philo.

Sed reuera in hac expoſitione eſt confuſio. nam Ariſt. locutus eſt de principijs, quæ aſſumuntur in demonſtratione: de his.n. dixit, vera oportere eſſe, & prima, indemonſtrabilia, & notiora, & cauſas priores concluſionis: vbi non oportet. Accedit, ꝙ locutus ſit copulatiue, modo copulatio refert omnia ad eadē.

Quæ Themiſtius.

Propterea (vt mihi videtur) Themi. retulit hæc ad verba proxima, videlicet priores cauſas & notiores, dum dixit oportet eſſe: vt quaſi velit cauſas aſſumptas in demõſtratione eſſe priores & notiores ſimpliciter ſiue natura, ſingularia vero intellexit effectus: non.n. eſt cauſa quæ non ſit plurium eiuſdem rationis effectum cauſatiua: & ſic cauſa eſt vniuerſale quoddam, & effectus particulare: quam expoſitionem Auer. in ſua Paraphraſi aſsignauit.

Comen. 5. ſolutio cõtradicti. is 1. ph. t. c. 1.

Qua ratione tollitur contradictio. nam hic ait vniuerſalia eſſe nobis poſterius nota, in lib. Phyſic. ait eſſe illa nobis prius nota. hic.n. per vniuerſalia intelligit cās vniuerſales, & per ſingularia intelligit effectus. modo hoc non aduerſatur eis, quæ illic dixit: nam ſm Auer. & Themiſt. cauſæ ſunt ſimpliciter & natura prius notæ, effectus nobis: & effectus vniuerſales prius nobis noti effectibus minus vniuerſalibus.

Dubiũ pulchra.

Sed adhuc res hæc non caret quæſtione. nam, ſi per vniuerſalia intelligit hic cauſas vniuerſales, tunc in demonſtratione non procederetur ex notioribus nobis, ſed ex notioribus ſimpliciter: quę non eſſent nobis prius & notiora his, quæ demonſtrantur: cuius contrarium diximus.

Solutio.

An ꝙ in demonſtrando aliqñ procedimus à cauſis non inuentis, ſed primo nobis occurrentibus, vt in mathematicis: & tunc E eædem cauſæ ſunt nobis & ſimpliciter primo notę: aliquando procedimus ex cauſis, quas inuenimus per effectus, vt in naturalibus. In naturalibus.n. triplex eſt notitia in demonſtratiua ſcientia.

In naturalibus triplex notitia in ſcia demonſtratiua.

Prima eſt, quia eſt effectus, quæ eſt per ſenſum inuentio. Secunda eſt, inuentio cauſæ ab effectu per ſenſum inuentio: quæ quidem inuentio eſt ipſum quia eſt cauſa vel quia veræ ſunt propoſitiones, vt dixit Ariſto. non ſolum altero modo, ſed qm̃ ſunt, ſup. veræ ꝓpoſitiones. Tertia eſt, propter quid effectus per quia eſt ipſarum cauſarum iam inuentum: quæ notitia tertia differt à prima ipſius effectus. Prima ſiquidem erat per ſenſus, ſecunda vero per cauſam, quæ ideo dicet vnammet notitiam eſſe inuentionem alicuius, & alterius propter quid vt ipſum quia eſt cauſa: eſt cauſæ ipſius inuentio: eſt propter quid effectus.

Prima. Secunda. Tertia. Differētia.

F Dicendum igitur cauſam eſſe nobis & ſimpliciter priorem & notiorem effectu: priorem quidem natura, quia cauſa eſt, notiorem vero effectu, non quidem quo ad primam effectus notitiam, quę erat illius inuentio per ſenſus, ſed quo ad ſecũdam, quæ eſt ꝓpter quid eius effectus, qui inuētus erat.

Optima replicatio Solutio.

Et ſi dices, non poteſt dici notius aliquid aliqua notitia, niſi illa ipſum cognoſcatur. modo cauſa non cognoſcitur generę notitiæ propter quid. Igitur non poteſt dici cauſa notior hoc genere notitiæ ipſo effectu. Et ſolutio eſt quidem, ꝙ non dicitur cauſa notior genere notitiæ propter quid, ꝙ ipſa illa notitia cognoſcatur, ſed dicitur notior illo genere notitiæ, quia effectus non poteſt notitia propter quid cognoſci, niſi cauſa præcognoſcatur inuentiua notitia: & hoc dixit Ariſt non ſolum altero modo, ſed quoniam ſunt vera videlicet. Hæc ſunt quæ G mihi occurrunt, quæ ſi non ſatisfaciunt, monſtraſſe locum ſit nobis ſatis.

ARGV.

Ex primis autem eſſe nihil aliud eſt quam ex proprijs principijs eſſe. Idem.n. primum atq; principium dico. Eſt autem demonſtrationis principium propoſitio, medio vacans. Ea vero medio vacat, qua nulla eſt alia prior.

DILVCI.

Ex primis autem, quod ex proprijs principijs eſt. idem enim dico primum & principium. Principium vero demonſtrationis eſt propoſitio immediata. Immediata autem eſt, qua non eſt altera prior.

Qũo ex primis fit demonſtratio, & quæ nam ſint illa prima. Comē. 21. Quæ Phil.

Dixerat prius ſe intelligere per primum & principium idem: at nunc idem reſumit. ſed cur hoc rurſus reſumat, Philop. reddit cauſam: quia in medio interruptionē fecit: & quia vult apertius illud narrare. Ego vero dico, ꝙ Ariſt. vult narrare qũo ex primis eſt demonſtratio: & quæ nã hæc prima ſunt: H præterea vult declarare principia demõſtrationis: quorum prius nullam fecerat mentionem. ne igitur videretur res hæc extra propoſitũ inquit: § Ex primis autem eſt, quod ex proprijs principijs eſt: idem.n. dico primum & principium: ꝓpter quod, ſi quæ ſint principia demõſtrationis definierimus, non ab re erit. propterea inquit, hæc quia principium erit primum eius, cuius erit principiũ. Quæ vero ſint principia demõſtratiua, adiecit, & inquit. § Eſt autem principium demonſtrationis propoſitio immediata. accipitur propoſitio loco generis. omnis.n. ſyllogiſmi principium ꝓpoſitio eſt. nam propoſitio eſt concluſionis cauſa, hac.n. ratione concluſio ad propoſitiones reduci tãquam ad principia dicitur. Verum aliorum ſyllogiſmorum propoſitiones

Diuerſorũ ſyllogiſmorũ diuerſæ propõnes.

Diuerſorũ ſyllogiſmorũ diuerſæ ꝓpõnes.

poſitiones aliæ ſunt. Dialectici quidem enim ſyllo A giſmi propoſitiones, probabiles ſunt. Sophiſtici autem falſæ communiter & ex æquiuocatione, vt plurimum deceptionem habentes. Demonſtrationis vero, immediatæ. Patet igitur cuiuſlibet ſyllogiſmi principium propoſitionem eſſe, non tamen eodem modo. Seruat autem Ariſto. hunc ordinem:

Ordo Ari.

nam primo propoſitionem immediatam exponit, ſecundo propoſitionem, non ſeruans ordinem, cũ propoſitio ſit genus de qua prius erat dicendum, quod ideo fecit, quia non refert, eſt præterea pro pro parte in libro Priorum hoc expoſitum.

Prior priorũ primo.

Quid ſit itaque immediata propoſitio dicit: Immediata autem eſt, qua non eſt altera prior: nã per ſeipſam fidem habet, & nullo alio medio termino indiget ad demonſtrationem quod prædicatum ſubiecto inſit: propterea ait, qua nõ eſt altera prior: nam ſyl- B logiſtica commonſtratio omnis fit medio quodã aſſumpto termino, & per ſeipſum extrema copulã te: ad demonſtrationẽ autẽ aſſumptas propoſitiones ſupremas eſſe oportet, & non per alia demonſtratas: hac ratione immediatas appellat, hoc eſt indemonſtrabiles: qualia ſunt pronunciata cõmunia, quæ græce dicuntur axiomata, ad quorum probationẽ nõ indigemus medio termino aliquo per ſe connectente vniuerſaliori particularius, cum nihil ſit antiquius ac vetuſtius ipſis.

Propõ immediata quæcũque termini medij excludit, quia ſeipſa fidem facit.

vt, ſi vellemus oſtendere quod animus in ſui ſubſtantia inaugumentabilis eſt, vtar medio termino quodam extrema per ſe colligante: cum neque prima, neque immediata ſit eiuſmodi enũtiatio, ponam igitur mediũ illud hoc quod eſt immortale. nam animus eſt immortalis: immortale in ſui ſubſtantia inaugmentabile: igitur animus in ſui ſubſtantia inaugmentabi- C lis. rurſus aſſumpta propoſitio non eſt ſeipſa fidem habens, ideo adhuc aſſumam aliud medium hoc, quod eſt ſemper mouens. nam quod ſemꝑ mouet: immortale, aĩmus ſemꝑ mouet, igit animus immortalis, & qa rurſus ꝓpoſitio aſſumpta ſeipſa fidẽ non habet. aſſumam aliud videlicet per ſeipſum animũ moueri: tunc enim animus per ſeipſum mouetur. quod per ſeipſum mouet, immortale: animus igitur immortalis. faciam autem hoc, donec occurrero in propoſitiones indemonſtrabiles atq; immediatas: quæ ſeipſis fidem habent, nullo egentes medio termino extrema connectente. Similiter ſi demonſtrare voluero quod homo eſt ſubſtantia, vtar medio termino animali ipſo. quoniam animal ſubſtantia eſt: homo animal eſt: homo ſubſtantia erit. at, ſi aſſumpta propoſitio immediata nõ eſt, ad hu- D ius fidem vtar rurſus termino medio, quod animal per ſe ſubſiſtit. nam quod per ſe ſubſiſtit, ſubſtãtia eſt: Animal per ſe ſubſiſtit: Animal igitur ſubſtãtia eſt, & ſic colligo quod homo ſit ſubſtantia. Hæc autem propoſitio, quod per ſe ſubſiſtit, ſubſtãtia eſt, prima eſt & immediata. Occurrit enim in ipſam ſubſtãtiæ definitionem: id enim ſubſtãtia eſt, quod per ſe ſubſiſtit: hoc eſt vt ſi in alio non eget. Quare ſi neque in ipſas definitiones, neque in ipſa communia proloquia occurrerimus ratiocinando: vlterius ſemper oportet progredi. Nihil enim eſt aut definitionibus antiquis, aut communibus pronũtiatis, ex quibus demonſtratio eſt omnis. Hæc ex Philoponus. Sed dubitabis, quia, ſi oportet occurrere ad prima immediataque, tunc aut demonſtratio fiet ex multo pluribus duabus propoſitionibus, aut fieri poteſt proxime ex mediatis. Ad hæc tunc demonſtratio conſtabit ex dignitatibus.

Dubĩones & prima.

Præterea, demonſtratio ex poſterioribus ad priora. quæ dicitur demonſtratio quia, demõſtratio eſt & tamen hæc non fit ex primis, ac immediatis.

Secunda. Tertia.

Ad primam videtur mihi dicendum demonſtrationẽ eſſe vel quæ conſtat formaliter proximeque ex immediatis vel reductiue. Hæc enim eſt demõſtratio, Omnis homo animal: omne animal ſubſtantia: omnis homo ſubſtantia.

Solutio. Ad primã.

nam licet propoſitiones ex quibus proxime ac formaliter hic ſyllogiſmus eſt, non ſint immediatæ per ſeipſas fidem habentes, reſolutorie ad immediatas reducuntur, & ſic ſunt immediate reductiuæ, & hoc ſatis eſt.

Ad ſecũdã.

Ad ſecundam non eſt dubium quod demõſtratio debet conſtare ex dignitatibus vel formaliter proxime, vel reductiue, quia conſtare oportet ex primis ac immediatis: hæ ſunt dignitates non quidem vniuerſales, cõmunes tot ſcientijs, ſed demonſtratiuæ ſciẽtiæ, quę ex ipſis fit. Has enim particulares dignitates oportet eſſe partes demõſtrationis ꝓximas: aut ad has reduci quæ demõſtrationis proximæ partes ſunt.

Obiectio.

Occurres huic, nunquid dignitas negatiua, vt nulla pars eſt ſuo toto maior, ſit prima ac immediata propoſitio ſeipſa fidẽ habens. Videtur enim quod non, quia hac eſt ſua affirmatiua prior.

Solutio.

Eſt dicendum affirmationem eſſe priorem negatione non in ſcientia, ac in fide, quoniam vtraq; ſeipſa fidem habet, & nullum eſt medium reperibile extrema connectens, vt Auer. inquit in huius loci paraphraſi. Si autem eſt prior affirmatio negatione, eſt aut dignitate, aut alia ratione.

Ad tertiã duplex demõſtratio.

Ad tertiã reſpondet Philopo. & recte: ꝙ duplex eſt demonſtratio altera quę ex primis immediatis ac notioribus poſteriora cõfirmat, & hæc eſt demõſtratio ſimpliciter, ac propter quid, & abſoluta: in hac enim id quod primum ac natura notum eſt, cõcurrit vt & nobis ſit notius, huius generis ſunt oẽs demonſtrationes mathematicæ, & nonnullæ Phyſicæ. Altera vero demonſtratio eſt, quæ ex poſterioribus nobiſque notioribus nãq; ignotioribus priora confirmat, & hæc demonſtratio coniecturalis ac inſoluta dicitur apud Philoponũ.

Demſo quia dicit coiecturalis appõ.

Meruit enim nomen demonſtrationis coniecturalis, non demonſtrationis ſimpliciter: quia coniecturæ connectuntur indiſſoluunturq; a ſuis cauſis, vt ſi demõſtrare velles, Lunam eſſe globoſam ex variatione illumi D nationum, quibus fit nunc cornicularis, nunc dimidia, nunc gibboroſa, nũc plena: hæc enim demonſtratio coniecturalis eſt, & a poſterioribus: quia ipſam eſſe globoſam cauſa eſt variationis luminum: variatio autẽ luminũ eſt effectus, ſed nobis notior.

A	B	A	C
Globoſum	*Variab. lum.*	*Luna Gibbo.*	*Luna.*



Demſonis quo gña coiecturis.

Sit globoſum in quo A, ſit variabile lumine in quo B. Luna in quo C, Patet variabile lumine eſſe effectū, at quid poſterius ipſo A, in quo eſt globoſum eſſe: quia .n. globoſum eſſe eſt primum & cauſa nobis incerta, illuminationes vero manifeſtę, vtimur ſecundo ac Poſteriori ad probationem prioris ac cauſæ. Quare vero coniecturæ eiuſmodi cum ſuis cauſis indiſiunctæ ſunt, iccirco ex his probationes appellare ſolemus demonſtrationes, & coniecturales, vt Philopo. inquit, & recte. Nam per has non concludimus ſimpliciter inuentionem cauſarum, ſed quaſi cõiecturabiliter. Qua ratione euenit, ꝙ, ſi à cauſa ipſa inuenta ad illuminationes retrocedamus, demonſtratio non erit ſimpliciter, ſed bene propter quid. ſimpliciter quidem non, quia cauſæ inuentio non nobis ſimpliciter patet, ſed coniecturabiliter, vt dicit Philopo. Propterea tetroceſſus eſt demonſtratio ex hypoteſi, ſi illa eſt cauſa, quia non ſimpliciter patet illa n eſſe cauſam. Hanc rem Ariſto. in primo Meteoro. ca. de cometis inquit: Satis .n. dicens putabimus ſufficienter cauſas aſſignare, ſi ad poſſibile reduxerimus. Vbi Alexan. per poſſibile exponit coniecturabiliter. In demonſtratione igitur propter quid ſit in quo B variabile lumine, ſit A globoſum, quõ conuertitur omne globoſum variabile lumine. ſit in quo C luna, erit igitur Luna variabilis lumine. Hæc demonſtratio propter quid eſt, nõ aũt ſimpliciter: quia non nobis patet ſimpliciter Lunam globoſam eſſe.

Vt in ſupiori figura.

ARGV. *Propoſitio altera enuntiationis eſt pars, vnum de vno complectens. Diſſerendi quidem, quæ vtrãuis accipit, Demonſtrandi vero, quæ definitæ alterum quod eſt verum. Enuntiatio eſt contradictionis vtraq; pars. Contradictio eſt oppoſitio cuius nullum per ſe medium eſt. Contradictionis partium, ea quidem, qua quidpiam cuipiam adiũgitur affirmatio dicitur, Ea vero, qua quidpiam è quopiam ſe mouetur, negatio nuncupatur.*

DILVCI. *Propoſitio autem eſt enuntiationis altera particula, vnum de vno, Dialectica quidem, quę pariter vtramlibet ſumit. Demonſtratiua vero, quæ determinate alteram, quia vera eſt. Enuntiatio autem, contradictionis vtramuis particula n. At contradictio oppoſitio eſt, cuius non eſt medium ſecundum ſe.**

Cõmẽ. 22.

Quid demonſtratiuum ſit principiũ dixit, vt ꝙ ſit immediata propoſitio: expoſuit quid ipſe velit per immediatum: at nunc quid propoſitio ſit, quæ erat genus ipſius demr̃atiui principij, adiungit: reducens etiam nobis in memoriam ſignificata propõnis, & inquit. {Propoſitio autem eſt enuntiationis altera particula vnum de vno, aut affirmãs, aut H negans. Et ita eſt altera particula, quia aut affirmatiua aut negatiua. Dixit autem vnum de vno: quia in libro de Interpretatione dictum eſt, quæ ad demonſtrationem aſſumuntur propoſitiones, oportet æquiuocos terminos non hr̃e: quod eſt quidem Sophiſtarum peculiare, ſed ſignificatione vna ſubiecti ac predicati, vel negare, vel affirmare. Sed q̃ret quiſpiam quid per enuntiationem velit, Auer. in lib. de Interpreta. per enuntiationem, cuius propoſitio eſt particula, intelligit ſyllogiſmum. Nam propõ eſt ſyllogiſmi altera particula maior, aut minor. Qua ratione per particulam Ariſto. intelligit integralem partem. Alij per enuntiationem intellexerunt orationem contradictiuam, videlicet quę E eſt vna diſiunctiua facta ex partibus contradictorijs. vt hæc, omnis homo diſputat, vel non omnis homo diſputat. Huius diſiunctiuæ altera, particula ꝓpoſitio eſt: & ita vt prius ꝑ particulã partẽ intelligit integralem. Philopo. (vt mihi vr̃) per enuntiationem ĩtelligit genus propoſitionis, & per particulam intelligit ſpeciem. Nam vt recte dicit, enũtiatio, propoſitio, & problema, ſiue quæſtio vel concluſio ſubiecto quidem eadem ſunt, differunt autem habitu ac ratione, nam enuntiatio cum facta fuerit pars ſyllogiſſimi, maior, vel minor propoſitio nuncupatur: cum quæritur vel dubitatur, quæſtio vel problema: cum demonſtrata fuerit vel ſyllogizata, erit concluſio. Quare enuntiatio vniuerſalior erit propoſitione, problemate, q̃ſtione & concluſione. Recte igitur dictum eſt propoſitionem F eſſe particulam ſiue ſpeciem enũtiationis. Deide ſubmemorat ſignificata propoſitioni: quorum alibi meminit, & inquit. {Dialectica quidem, quæ pariter vtramlibet ſumit. Nam dialectica vtrãque interrogat, An ne homo animal eſt, vel non eſt aĩal? Ergo ſumit vtranq; ſub interrogatione, vt eligat conſenſum reſpondentis. quo ſumpto, mox ſyllogizat propoſitũ. Demonſtratiua vero nihil interrogat, ſed ſumit alteram determinate, quæ vera eſt Demonſtratiuus ſiquidem nõ ſimiliter ſumit vtrãlibet particulam enuntiationis, ſed tm̃ eam, quę vera eſt, etiam ſi nulla videatur, neque probabilis ſit. Dialecticus autem enuntiationibus vtramuis partem ſumit, etiam vera ſi non ſit, ſed probabilis, ac ſoli reſpondenti videatur. Propterea inquit, de dialectico, vtramlibet põt ſumere, de demõſtratiuo, alteram, quæ fuerit vera. Sed quæres quæ differẽ G tia ſit inter problema dialecticum, & propoſitionem. nam etiam problema vtramlibet ſumit. Dicemus, ꝙ hæc eſt differentia, quia in problemate interrogat opponens vtramlibet, vt contra eam quę reſpondenti videtur, obijciat. In propoſitionem quærit vtramlibet, vt ſumat conſenſum, quo aſſumpto, partem quam accepit, ſyllogiſmi dialectici cõſtituit maiorem vel minorem. Deinde quid ſit enũtiatio: quæ propoſitionis eſt genus, aſſumit, & inquit: {Enunciatio autem contradictionis aſſumit vtramuis particulam. aſſumit dico vtranque particulam ſub ſe, tanquam eius ſpeciem, vt affirmatiuam & negatiuam. Vtraque .n. eſt enuntiatio. Nam in libro de Interpretatione enuntiationem tanquã genus in ſpecies diſſecauit affirmationem & negationem. Sunt ſiquidem generum ſpecies quaſi partes. Demum quid contradictio ſit ſubſcribit, & inquit {At contradictio oppoſitio eſt, cuius non eſt medium per ſe. ponitur oppoſitio loco generis. Nam oppoſita quadrifariam opponuntur, aut priuatiue, vt videns, & cæcum: Contrarie, vt album et nigrum: Relatiue, vt dextrum & ſiniſtrum: Cõtradictorie, vt eſſe album & non eſſe album. Inter oppoſita contrarie eſt medium: nam inter album & nigrum medium eſt fuſcum. Inter dextrum & ſiniſtrum medium eſt, ante vel retro. Inter videns, & cæcum, medium eſt catulus: qui nondum viſum ſuſcepit. Sola autem ea oppoſitio quæ contradictio eſt, immediata eſt in omnibus quæ ſunt & quæ non ſunt veritatem diſcindens & falſitatem. Dixit autem ſecundum ſe quõ inter cætera oppoſita quatenus

Margin notes (left): * Vel non erãt i textu græcu, vel nõ trãſtulit auctor, vel ſcriptorũ & impreſſorũ vitio relict. ſunt q̃ hic deficiunt, Quid per enunciationem Auer. 1. piher 4. Aliorũ expoſitio. Quæ Phil. Enunciatio ꝓpõ, & problema, ſiue q̃õ, & cõcluſio, ſunt idẽ ſed differũt ratione. 1. prior. 1.

Margin notes (right): 1. topi. ca. 3 & .8, & .8, Topic c. 7. & .1. elẽc, cap. 4. — Dub. — Solutio. ꝓblema & põ dialectica. — 1 peri. her. cap. 4. — Oppoſita quatuor, — Quare ſecũdum ſe dixit.

tenus reducuntur ad contradictionem mediũ non eſt. Inter album enim & nigrum medium non eſt, vt nigrum non eſt album, inter dextrum & ſiniſtrũ minime medium eſt, vt ſiniſtrum non eſt dextrum. Igitur quo cœtera oppoſita ad contradictionem reducuntur, carent medio: ſola vero contradictio caret medio per ſe, & non vt ad alteram oppoſitionis ſpeciem reducitur. Animaduerte quod contra-

Inter quæ cōtradictio

dictionis partes non ſunt termini, ſed propoſitiones: dixit enim Ariſtote. quod enunciatio ſit altera contradictionis particula affirmatiua vel negatiua, innuens non poſſe contradictionem niſi inter affirmationem & negationem compoſitam. Prætere a inter terminos contradictorios medium dari poteſt: nam inter hominem, & non hominem antichriſtus nec eſt homo, nec eſt non homo: quia ſi antichriſtus eſſet, vt arguit Ariſtot. in. 2. lib. de Inter-

Cap. prio. cap. vltio. 2. piher. 2.

B pretatione, & in fine libri Primi priorũ. Præterea, Ariſtot. vult ex affirmatiua de prædicato infinito, qui negatiuam de prædicato finito: quia ſequitur, eſt non iuſtum, igitur non eſt iuſtum, contra vero minime, non enim ſequitur non eſt iuſtum: igitur eſt non iuſtum, vt ipſe inquit. Hoc autem non eſſet, niſi quia vniuerſalior eſt negatiua quam ſit affirmatiua de prædicato infinito. Quare omnis contradictio vertitur inter affirmationem & negationem eſt, non autem inter terminos. Quo fit, vt hic Iuniores non recte ſpeculentur: qui volunt contradictionem eſſe inter terminos etiam.

Contra modernos.

Et cum hæc ſint, patet quod Ariſtotel. ex particularioribus ad vniuerſaliora progreſſus eſt reſolutiue. quia ex principio demoſtratiuo proceſsit

Modus procedendi Ariſto.

ad propoſitionẽ, a propoſitione ad enuntiationẽ, ab enuntiatione ad contradictionem, & ita reſolutiue inceſsit: vt recte animaduertit Philo.

ARGV.

Principiorum autem ratiocinandi vacantium medio, id quidem quod fieri nequit vt demonſtretur, quodque non neceſſe eſt eum habere qui diſcendo quoduis eſt percepturus poſitio nominatur. Quod vero neceſſe eſt habere docendum quemlibet, dignitas appellatur. Sunt enim talia quædam quæ ſeſe offerunt hiſce, qui diſcunt ad vnamquamque ſcientiam perdiſcendam. Atque talibus hoc potiſſimum nomen tribuere conſueuimus.

DILVCI. Sillogiſtica demonſtratio. Poſitio. Theſis. Dignitas. Axioma. Cómé. 23.

Immediati autem principij ſyllogiſtici, poſitionem quidem dico, quam non eſt demonſtrare, neque neceſſe eſt habere diſcentem aliquid. Quam autem neceſſe eſt habere quemlibet diſcentem dignitatem. Sunt enim aliqua eiuſmodi, hoc enim nomen in huiuſmodi dicere conſueuimus.

Philoponus vult, quod Ariſto. diuidat propoſitionem immediatam. mihi tamen videtur, quod diuidat ſyllogiſticum, hoc eſt demõſtratiuum principium immediatum. Nam, cum declaraſſet principium demõſtrationis eſſe propoſitionem immediatam, nunc demonſtratiuum principium ſubdiuidit. Verum, quia principium demõſtratiuum eſt propoſitio immediata, diuiſio principij demonſtratiui eſt propoſitionis immediatæ: ad rem hæc non referunt. Principium igitur demonſtratiuum, quod eſt propoſitio immediata duplex eſt:

Propõ immediata duplex.

poſitio, & dignitas, hæ conueniunt, quia vtraque indemonſtrabilis eſt propoſitio, Differunt autem, quia dignitatem neceſſe eſt habere quemlibet, qui vult diſcere, poſitionem vero non neceſſe eſt habere omnem qui vult aliquid diſcere. Et hoc inquit,

A immediati autem principij demonſtratiui, poſitionem quidem dico, quam non eſt demonſtrare: quia eſt indemonſtrabilis propoſitio. Neq; neceſſe eſt habere ſup. omnem qui vult aliquid diſcere, quoniam non eſt vniuerſalis dignitas toti ſcientiæ, ſed particularis. Quam autem neceſſe eſt habere quẽlibet diſcentem aliquid in ſcientia, hanc ſup. dicimus dignitatem. Addit eſſe aliquas tales, in quibus conſueuimus, illas dicere nomine dignitatis. Nec aliter probat illas ſic dici, niſi conſuetudine dicentium. Hæc exemplis maxime patere poſſunt. nam in Phyſica doctrina dignitas eſt, motus eſt: hæc ideo dignitas eſt, quia quilibet volens diſcere aliquid in Phyſica Scientia debet hanc ſupponere veram eſſe. nam hac negata, nihil in Naturali Scientia diſcere poterit. Poſitio autem eſt verbi cauſa, B animus per ſeipſum mouetur: nam hanc non neceſſe eſt habere quemliber qui vult aliquid diſcere in Philoſophia Naturali, ſed ſolum eum hanc neceſſe eſt habere, qui vult diſcere animum inaugumentabilem eſſe. Nam ſi procedam, immortale in ſui ſubſtantia inaugumentabile: animus immortalis: animus in ſui ſubſtantia inaugumentabilis: quia non patet animum eſſe immortalem. rurſus ſumam, animum ſemper moueri, & quod ſemper mouetur immortale. Rurſus adhuc non conſtat animum ſemper moueri: ideo aſſumam animum per ſeipſum moueri: & quod per ſeipſum mouetur, immortale, animus igitur eſt immortalis: & quod immortale, inaugumentabile eſt: animus igitur inaugumentabilis eſt. Propoſitio illa, animus per ſeipſum mouetur poſitio eſt, quia eſt indemonſtrabilis propoſitio: & eam non eſt neceſſe habere quemlibet qui C vult in Phyſicis aliquid diſcere, ſed ſolum eum qui vult diſcere animum inaugumentabilem eſſe. Qua

Per pticularis dignitas dici poteſt.

ratione poteſt dici particularis dignitas: quia ſaltẽ in hac particulari doctrina dignitas eſt, In Metaph. communis notio ac vniuerſalis dignitas eſt, Non poteſt idem ſimul eſſe & non eſſe: quoniam hãc habere neceſſe eſt omnem qui vult aliquid in Metaphy. diſcere. Poſitio eſt, omne per ſe ſubſiſtens ſubſtantia eſt. Non neceſſe eſt habere hanc omnem qui vult in Metaphy. aliquid diſcere, ſed ſolum qui vult diſcere hominem eſſe ſubſtantiã, quia animal eſt ſubſtantia: homo animal eſt, homo ſubſtãtia eſt. Quo homo ſit animal, patet definitione hominis: at, quod animal ſubſtantia ſit, rurſus probatur, quia corpus eſt ſubſtãtia; animal corpus: animal eſt ſubſtantia. Rurſus quod corpus ſit ſubſtantia, proba- D tur: quia quod per ſe ſubſiſtit, ſubſtantia eſt: hæc enim indemonſtrabilis eſt, quia definitio eſt ſubſtantiæ. Corpus per ſe ſubſiſtit: quare corpus ſubſtantia eſt. Quare animal ſubſtantia eſt, cum ſit corpus. & ita homo ſubſtantia erit, cum ſit animal. Volenti igitur diſcere hominem ſubſtantiam eſſe, neceſſe eſt habere quod id quod per ſe ſubſiſtit, ſubſtantia ſit. nec hoc demonſtrabile eſt, ſed ex definitione ſubſtantiæ patet. Ex his patet, vt recte Philop. inquit. § Dignitatem trifariam eſ-

Dignitas triplex.

ſe: aut vniuerſalem omnibus, qui volunt diſcere quicquam, vt impoſsibile eſt idem ſimul eſſe, & nõ eſſe, vel non eſt idem affirmare & negare. Particularem, vt quam habere neceſſe eſt non omnem, ſed qui vult diſcere particulare problema. Et quaſi mediam,

mediam, vt hæc, motus eſt, & id genus: quia hanc & ſi non omnem dicentem habere neceſſe eſt, tamen omnem, qui in Naturali Philoſophia aliquid diſcit, neceſſe eſt habere. Philoponus hic notat inter poſitionem & dignitatem alias differentias.

Quæ Phi. de dña iter pôe & dignitatem.

Prima, quia poſitio nõ eſt per ſe credita diſcenti, ſed ex docente aduenit. Dignitas vero & docenti & diſcenti per ſe credita eſt. Secunda, poſitio & ſi indemonſtrabilis eſt, indiget tamen nutu, & adminiculo breui, ſicut quæcunque a centro ad circunferentiam æquales ſibi inuicem ſunt. Adminiculum eſt exemplum, Inductio, Analogia, & id genus. Dignitates autem nequaquam. nam id bis duo ſunt, quatuor, nõ opus eſt.

Expõ. Verborũ.

Quo vero ad verba attinet. theſis grece apud omnes poſitio eſt latinæ, quoniam diſcipulus a præceptore eam ponit, vel quia illam præceptor diſcipulo ponit. Sed cur axioma dicatur dignitas non clarum eſt. Alij enim axioma dicunt proloquium, Alij pronunciatum, Alij communem notionem. Dignitatem quidem, quia ſeipſa digna fide, communem notionem autem, quia diſcipulo & præceptori communis aut communiter credita. Sed quouis nomine dicatur, Ariſto. eã ſic dici, retulit ad conſuetudinem dicentium.

F

ARGV.

Rurſus ea quidem poſitionum, quæ vtramuis enuntiationis accipit partem, eſſe, inquam, quidpiam aut non eſſe, ſuppoſitio dicitur: Ea vero, quæ eſt ſine hoc ipſo diffinitio eſt. Diffinitio nanque poſitio quidem eſt. Ponit enim Arithmeticus vnitatem quantitatem indiuiſibilem eſſe. ſed ſuppoſitio ſane non eſt. Nam quid eſt vnitas, & vnitatem eſſe non eadem ſunt.

DILVCI.

Poſitionis autem, quam quidem vtramuis partium enuntiationis accipit. vt dico eſſe aliquid, vel non eſſe aliquid, ſuppoſitio eſt. Quæ vero ſine hoc definitio eſt. Definitio enim poſitio quidem eſt: ponit enim Arithmeticus vnitatem, quidem indiuiſibile eſſe ſecundum quantum; Suppoſitio autem non eſt. Nam quid vnitas eſt, & eſſe vnitatem non idem eſt.

Quæ nã pô nis ſint ſpẽs

G

Cõmẽ. 24.

Nunc ſpecies poſitionis enumerat: cuius vult eſſe duas, ſcilicet ſuppoſitionem, & definitionem. Vnde inquit. Poſitionis autem ſup. duæ ſunt ſpecies: quæ quidem vtramuis partium enuntiationis accipit, vt dico eſſe aliquid vel dico nõ eſſe aliquid: ſuppoſitio eſt. Quæ vero ſine hoc: hoc eſt ſiue eſſe, & ſiue non eſſe, definitio eſt. Deinde probat quod definitio ſit poſitio, quia ponitur, & inquit: Definitio enim poſitio quidem eſt, ponit enim Arithemeticus vnitatem quidem indiuiſibile eſſe ſecundum quantum, igitur definitio eſt poſitio. Quia vero non ſit ſuppoſitio, probat, & inquit: ſuppoſitio autem non eſt, nam quid vnitas eſt, & eſſe vnitatẽ nõ eſt idem: & ita licet definitio dicat quid eſt res, non dicit eſſe, vel non eſſe: quod eſt proprium ſuppoſitionis, & ita non eſt ſuppoſitio.

H

Dubiũ. Themi.

Sed circa hæc dubitatur, nam definitio eſt poſitio, quoniam eſt eius ſpecies. Poſitio eſt propoſitio, quia eſt immediata propoſitio, qua non eſt altera prior. propoſitio dicit eſſe vel non eſſe, quia eſt enuntiationis altera pars vnum de vno, vel vnum ab vno enuntiãs: igitur definitio eſt propoſitio dicens eſſe vel non eſſe. ex alio in textu Ariſto. vult quod definitio non dicat eſſe vel non eſſe, quia hoc differt a ſuppoſitione. & ita ſequitur quod non ſit propoſitio dicens eſſe vel non eſſe.

Quæ The. de dubiõe. Solutio.

Hanc quæſtionem Themiſt. inſolutam reliquit, aſſerens ſat ſibi fuiſſe locum mõſtraſſe. Auer. (vt mihi videtur) aut definitionem exiſtentiæ ſubiecti, cum definitiones ab exiſtentia abſtrahunt, ſuppoſitionem vero dicere eſſe exiſtentiæ ſubiecti.

Auerro. Cõfutatio.

Quæ ſolutio non placet: quia qua ratione definitiones abſtrahunt ab exiſtentia ſubiecti definiti, eadem ratione ſubiectum ſuppoſitionis abſtrahit, quum ſuppoſitiones ſunt rerum vniuerſalium, quæ vt ſic exiſtentiam non cernunt.

Alia ſolu. noſtra. Refutatio tertia ſolutio noſtra.

Alias dicebamus definitionem accipi poſſe, vt alteram ſyllogiſmi partem: & ſic dicit eſſe vel non eſſe, & vt ſyllogiſmi terminum, & ſic nec dicit eſſe, nec non eſſe. Quod nobis nunc non placet, quia Ariſto. vt nunc loquitur, eſt propoſitio quia eſt ſpecies poſitionis: modo poſitio eſt propoſitio, & ſic definitio propoſitio erit, & ita dicens eſſe vel non eſſe. Dicebamus etiam, quod poſitionis duæ ſunt partes: ſuppoſitio, & eſt pars ſubiectiua, ſiue ſpecies poſitionis: & definitio, quæ non ſpecies eſt poſitionis, ſed pars integralis, quia ſuppoſitio, quæ eſt poſitio nihil aliud videtur, quam definitiua propoſitio dicens eſſe vel non eſſe: cuius poſitionis pars integralis eſt definitio, quæ in illa eſt prædicatũ. quare pars ſubintellecta in textu analogice intelligitur.

Refutatio.

Sed nec hæc ſolutio placet. Primo, quod Ariſt. enumerauit ſpecies poſitionis ſecundum Græcos, videlicet Themiſt. & Philopo. & non partes analogice ſumptas. Eſſet enim extraneum in paucis verbis ita de partibus differenter diuiſiſſe. Præterea poſitiones non ſunt ſolum, vbi definitio prædicatur de definito nam hæc eſt poſitio, Seipſum mouens immortale eſt: vbi definitio non prędicatur de definito, nec definitum de definitione: & aliæ multæ eiuſmodi, quas ponunt Mathematici.

Solutio. Philopo.

Philopo. autem confuſe loquitur: & vt mihi videtur, ipſe ſic hunc locum intelligit, quod definitio non dicit eſſe vel non eſſe prędicando de definito, quia reuera definitio non prædicatur. quia ſemper prædicatum vult eſſe diuerſum a ſubiecto, non enim idem de ſeipſo prædicatur: quoniam nullus dicit quod homo eſt homo. Et quia definitio non eſt alia a definito, nam hoc videlicet, animal rationale mortale, nihil aliud eſt quam homo eſt: expoſitio enim eſt hominis, & tanquam explicatio, hoc videlicet animal rationale mortale. non igitur definitis prædicantur definitiones, ſed quid eſt ipſum definitũ determinant. Genera vero & differentię de ſpeciebus eo quod diuerſa ſunt prædicantur.

Duæ petitiõis ſpẽs, ſcdm Philopo.

Non enim idem eſt animal dicere, & hominem: aut hominem & rationale. Nam, cum dixerimus quod homo animal eſt aut rationalis hęc tanquam diuerſa ab homine, de homine prædicamus. Sic igitur velle videtur duas eſſe petitionis ſpecies, alteram in qua diuerſum prædicatum a ſubiecto prædicatur, vt videlicet genus de ſpecie, vel differentia de ſpecie, vel accidens de ſubiecto: & hoc dicit eſſe vel non eſſe, hoc eſt diuerſum eſſe, vel diuerſum non eſſe prædicati a ſubiecto. Alteram, quæ quidem propoſitio eſt, in qua definitio explicatur de definito, & hæc non dicit eſſe vel non eſſe, ſcilicet diuerſum prædicando. & ſic tollitur quæſtio Themiſtij

Qualis rã. Philopo. 1. Topico. Cap. 4. ſolu. ppria pô duplex.

Hæc moderatio profecto ingenioſa eſt, & acuta: verum non caret quęſtione, nam, vt dicitur in Topicis, quatuor ſunt prædicata, quorum vnum eſt definitio.

tio. Quare videtur ꝙ definitio prædicetur de definito, & ſic non cõuenit hæc ſolutio. Tandẽ dr̃ mihi, ꝙ duplex ſit põ, altera in qua ꝑdicatum ꝑdicat̃ de ſubiecto, quia ei dicitur ineſſe, vel non ineſſe. Vt in illo proceſſu quo probatur aĩum ſ͠m ſubſtantiam inaugmẽtabilem eſſe, hęc eſt poſitio, mouens ſeipſum immortale eſt: vt ſuperius fuit enumeratũ: immortale enim prædicatur de mouente ſeipſum quia illi ineſt vt accidens, vel vt affectio. Hęc eſt poſitio paralellæ non concurrunt: vbi prædicatum dr̃ de ſubiecto, quia ineſt illi, & hæc poſitionis dicitur ſuppoſitio. Alia vero eſt in qua prædicatum prædicatur de ſubiecto, & non illi ineſt, vel non ineſt, vt qñ definitio prædicatur de definito, vel contra, aut genus de ſpecie: vel differentia de ſpecie, his. n. non competit eſſe in, ſed dici de propterea prædicãtur ſine eſſe vel nõ eſſe: hoc eſt ſine affirmatione de ineſſe, & ſine negatione de nõ ineſſe. Et hæc ſpecies poſitionis eſt definitiua propoſitio, vt in qua aut definitio de definito, vel pars definitionis de definito, aut cõtra prædicatur. Quare ad formam q̃ſtionis d cerem, ꝙ eſſe vel non eſſe põt ſumi pro cõpoſitione vel diuiſione, q̃ verbum ſignificat, quæ non poteſt ſiue extremis intelligi, & ſic ſuppoſitio & definitiua propoſitio dicit eſſe. Alio modo poteſt capi præſsius pro ineſſe vel non ineſſe, hoc eſt pro affirmatione de ineſſe, vel negatione de nõ ineſſe, & ſic ſuppoſitio dicit eſſe vel non eſſe: in ea ſiquidem prædicatur accidens, cui cõpetit eſſe in, definitio vero eſt ſine hoc, quia in ea prædicatũ tale prædicatur, cui competit dici de. Pręterea ſubdit Ariſto. definitio enim poſitio quidem eſt: ponit enim Arithmeticus vnitatem indiuiſibile eſſe ſ͠m quantum, & ſic hæc, propoſitio definitiua, vnitas eſt indiuiſibilis ſ͠m quantum, eſt poſitio, quia hæc ponitur, & hæc eſt indemonſtrabilis propoſitio. Suppoſitio aũt non eſt: nam quid vnitas eſt: quod eſt prædicatum de vnitate nõ illi inexiſtens, ſed de illa dictum: & eſſe vnitatem, i. & ineſſe vnitati non idem eſt: nam definitio eſt prædicatum de vnitate dictũ, non autem vnitati inexiſtens. quare patet batum ſpecierum differentia. Addit Philop. duas eſſe ſpecies ſuppoſitionis, alteram qua dicitur nomine generis ſuppoſitio, alteram, qua nomine ſpeciei dicitur petitio: & vtraq; hæc à naturali notione non dependet: ſed à doctore ponitur. Suppoſitiones ſunt hæ, motum eſſe in rebus, à puncto omni ad punctũ omne rectam linea agere, omni centro & interuallo circulum deſcribi. Hæc ſuppoſitiones ſunt. Quæ vero ſi manifeſte, ſed egent inuitione aliquam, à doctore vero indemonſtrabiliter ponuntur, hæ appellantur petitiones: vt hæc quæ à minoribus duabus rectis extrahuntur, lineas concidere. Hæc quidem accipitur à Geometra abſque demonſtratione, ſed aſtructione eget, de qua Ptolomeus libellum confecit in huius commonſtrationem. Quare ſuppoſitionis hæ ſunt ſpecies. Sunt igitur poſitionis duæ ſpecies; ſuppoſitio & definitio: & ſuppoſitionis duæ rurſus, ſuppoſitio tantum, & petitio: hæc deponentibus.

Eſſe & non eſſe põt eſſe duplex. Cap. 1. peri her cap. 1.

De ſuppõnis ſpẽbus.

A R G V.

Cum autem credere, ſcireq; rem oporteat talem ratiocinationem habendo, quam demonſtrationem vocamus: hæc vero ſit quia, ſunt ea, ex quibus extruitur ratiocinatio: neceſſe eſt non ſolũ ante prima ipſa vel omnia, vel ali A *qua cognoſcantur, ſed etiam magis noſcantur. Semper. n. illud eſt tale magis, ob quod vnumquodq; eſt tale. Veluti ideſt dilectũ, atq; amatũ, ob quod amamus atq; diligimus. Quare ſi ob prima ſcimus ac credimus, et illa ſane ſcimus ac credimus magis, qñ ob illa & ipſa ſcimus poſteriora.*

Poſitionis.
Suppoſitionis: — *Suppoſitionis.* — *Definitio.*
Suppoſitio tantum. — *Petitio.*

DE LVCI.

Quoniam aũt oportet & credere, & ſcire rem, in habendo huiuſmodi ſyllogiſmum, quem vocamus demonſtrationem: Eſt aũt hic, eo quòd hæc ſunt, ex quibus eſt ſyllo- B *giſmus: neceſſe eſt non ſolum præcognoſcere prima, aut omnia, aut quædam, ſed & magis. Semper enim propter quod vnumquodque eſt, Illud magis eſt, vt propter quod amamus. Illud magis amicum eſt. Quare ſiquidem ſcimus propter prima, & credimus, Illa & ſcimus, & credimus magis quoniam propter illa, & poſteriora.*

Sumpſit, quæ in demonſtratione aſſumuntur, & notiora eſſe, & priora concluſione: hoc nunc vult probare. Vñ (vt Them. placet) particulas demr̃ationis examinare vr̃, & primo ꝙ principia notiora ſint: probat autẽ, quia credere & ſcire oportet concluſionem eum habendo ſyllogiſmum, quem demr̃ationem appellamus: is aũt eſt ſciendo ea ex quibus cõficitur: Conficitur autẽ ex principiis, quare principia illa non modo præcognoſcuntur, ſed & magis credunt, & ſequũtur. Nam ſemper propter C quod vnũquodq; tale eſt, & ipſum quoq; propter quod eſt, magis tale eſt: vt id propter quod amamus, magis amicum vel amatũ eſt. Propterea epilogans inquit. {Quare ſiquidem ſcimus ꝑꝑ prima: & credimus, ſup. concluſionẽ, illa & ſcimus & credimus magis: qm̃ propter illa pricipia, & poſteriora, ſup. & credimus & ſcimus}. Mouet hic Philop. dubitationem: quia homini ineſt ebrietas ꝑꝑ vinum: non tñ vino magis ebrietas ineſt. Etiam ꝑꝑ enſem homo moritur, non tñ ipſum mori ineſt enſi magis Præterea ob motũ illud quod mouetur calidũ eſt: motui tñ caliditas non ineſt. Rñdet Philop. & (vt mihi videtur) ſumit à Themiſtio, ꝙ Ariſto. dictum intelligi debet, quod qñ duobus quibuſdam idem inſit, Inſit autem alteri horum propter alterũ, multo ſane prius & magis illi hoc inerit: vt aliquibus ineſt caliditas propter ignem, ignis magis calidus D eſt. Et ſi corpori, propter niuẽ frigiditas ineſt, nix magis frigida eſt. Vnde & ipſe hoc innuens dixit ꝙ illud magis eſt, tanquam oporteat illi primo hoc tale ineſſe. At nec vino primo ebrietas, nec enſi primo mori, nec motui primo caliditas ineſt. Sed obiicit contra hæc adhuc Philopon. quia tunc Ariſtot. ſupponeret principia cognoſci ex quibus demonſtratio eſt: & ſolum probaret illa magis, & prius cognoſci. Modo hoc eſt falſum: quia Ariſtot. vtrũq; probare videtur: probat. n. non ſolũ illa præcognoſci, ſed & magis ſciri & credi. Igitur aut petit principium, aut ſolutio nulla eſt. Videtur mihi ꝙ Ariſto. vtrũq; probat: ꝙ. n. præcognoſci oportet principia probat eo ꝙ nõ ſcimus niſi habẽdo eiuſ-

Cõmen. 25. Themiſti.

Dubiũ. Philopo.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

modi ſyllogiſmum, quem demonſtrationem dicimus. Omnis autē ſyllogiſmus ex propoſitionibus eſt. Quare, ſi ſcimus cōcluſionem ob ſyllogiſmum oportet ꝑcognoſcere prima illa, ex quibus eſt ſyllogiſmus: & ſic probat prima illa ꝑcognoſci. Quod vero magis, Eo probat: quia propter illa poſteriora ſciūtur. Quare vtrunq; Ariſ. paucis verbis probat: vel fortaſſe in proximo textu probat illud ꝙ hic ſupponit, ſ. principia cognoſci. Sed ad hūc dubitabis: quia principia non ſciuntur, ſed intelliguntur: igitur nō poſſunt magis ſciri & credi. Them. & Philo. pariter tenent principia & concluſiones ſciri & propria ſcientia vniuoce dicta; verū principia ſciuntur ſeipſis, quia ſeipſis fidem habent, concluſiones autē ſciuntur non ſeipſis, ſed alijs prioribus.

2. dubō. Tñ ſciri per ſeipſum, & ſciri per aliud prius, vtrunque eſt ſcire proprie, & vniuoce dictū: per aliud.n. & per ſe non variāt rōnem ſciētiæ.

3. dubō, quo ad verba. Quæres. vt Phil. querit cur dixit, aut oīa, aut quædam: quippe, cum neceſſe ſit propoſitiones oēs præcognoſci, & credibilitatem habere. Nā ſi in vna quis ambigat, nec concluſio firma erit.

Solutio. Reſpondetur, ꝙ Ariſto. non ait ꝓpoſitiones aliquas oportere ignotas eſſe, ſed ꝙ vel oēs per ſe creditas eſſe, vel quaſdam, reliquas vero fidē habere per demonſtrationē: ſicut Anima ſecundum ſubſtantiam impatibilis, impatibile ſecundum ſubſtantiam immortale igitur aīa immortalis. Huius maior per ſe credita eſt, vt indemonſtrabilis, ꝙ impatibile ſecundū ſubſtātiam eſt immortale. Minor autem eget demonſtratione hac ꝙ Anima ſimplex ſecundum ſubſtātiā eſt. Simplex autem ſecundum ſubſtantiam impatibile: & ſic maior per ſe nota eſt, Minor vero demonſtrata.

ARGV. *Fieri autem non poteſt, vt ea magis quiſquam, quæ ne ſcit, & circa quæ non melius diſpoſitus eſt, quā ſi ſcierit, quam ea quæ cognoſcit, credat atque aſſentitur. At euenit id profectò, ſi non prius cognoueris principia quiſpiā, quā ea, quę per demonſtrationem creduntur. Magis enim principijs aut omnibus aut quibuſdam credere quam concluſioni neceſſe eſt.*

Eſſe contigeret.

DILVCI. *Non poteſt autem credere magis ea, quibus quiſpiam ſcit, quæ non contingunt, neque ſciens, neque melius diſpoſitus quam ſi eſſet ſciens. Accidet autem, hoc niſi per demonſtrationem credentium quis præcognouerit. Magis enim neceſſe eſt credere principijs, aut omnibus, aut quibuſdam quam concluſioni.*

Cōmen. 26 expō aliquorum. Hic locus eſt obſcurus: & quidā ſic legunt. Non poteſt autem credere magis quæ ſcit, qui non eſt ſciens, neque melius diſpoſitus quā ſi eſſet ſciens. H

τυγχάνω Nam verbum quibus, tranſtulerunt quæ ſcit: verbum contingunt tranſtulerunt eſt: Tynchano.n. aliquando pro ſum, aliqñ pro contingo, aliquādo ꝓ ſequor, accepit Ariſt. & tunc eſt ſenſus ꝙ nemo pōt credere concluſionibus magis q̄ principiis, tāſi eſſet illa ſciens, q̄ ſi eſſet melius diſpoſitus q̄ ſciens illa. Quæ expoſitio cū difficultate legitur in verbis his, vt intelligenti patet.

Qualis expoſitio. Propria expoſitio. Ego vero ſic intelligo vt velit dicere, ꝙ niſi principia eſſent, ꝑcognita, vt aſſumpſit, neq; ſciēs, neq; melius diſpoſitus q̄ ſi eſſet ſciens, poſſet cognoſcere ea; quibus ipſe ſcit, q̄ non contingunt, i. prima principia, quibus ſcit concluſiones, & q̄ non contingunt, i. non ſequūtur ex aliis principiis ſyllogiſtice: Vſ inquit. Non poteſt credere magis ea ſup. quibus quiſpiā ſup ſcit ipſas concluſiones, q̄ non contingunt ſyllogiſtice ex alijs, ſ. non poteſt quiſpiam magis credere primis principiis quibus aliquis ſcit cōcluſiones: & q̄ non cōtingunt ex aliis ſyllogiſtice, neq; pro ſiue ſciens, neq; pro ſiue melius diſpoſitus q̄ ſciens ſi eſſet. Superfluit.n negotio more græco: dico neminem principiis ipſis credere magis nō poſſe, ſup. niſi illa eſſēt præcognita. Quæ ideo docet, ꝙ Ariſt. velit probare ꝙ pricipia ſint præcognita: poſt q̄ probauit illa eſſe magis ſcita hoc pacto: quia niſi eſſent præcognita, non eſſent magis credibilia ipſis concluſionibus. P. ſubſcribit: accedit autē hoc, ſ. ipſa non magis credi, niſi per demonſtrationem credentiū qs ſupple illa ꝑcognouerit: quare quaſi ſic arguit. Si principia ante demonſtrationem non eſſent præcognita, illa non eſſent magis credibilia concluſio F nibus. Et hoc refellit. d, mag s. n. neceſſe credere principijs aut omnibus aut quibuſdā, q̄ concluſioni: Quo vero ad verba attinet Philop. (vt mihi videt;) per eū qui eſt melius diſpoſitus q̄ ſciens: intelligit eū qui præſtantius excellentiuſq; ipſas cognoſcit q̄ ſecundū demonſtrationem: & ita per ſcientē intelligere vr̄ eū qui ſcit per demonſtrationem, & per melius diſpoſitum q̄ ſit ſciens intelligit eū, qui ſcit ſine demonſtratione, ſolū per terminos. Expō verborū ſcdm Philopo.

Propria verborū expoſitio. Mihi vr̄ ꝙ ſermo Ariſt. ſit hypotheticus nihil ponēs in eſſe hoc pacto; ꝙ nemo poſſe credere primis ipſis principiis magis, niſi illa ante demr̄onem eſſent præcognita: nemo, ſ. neq; ſciens, neq; aliquis alius pluſquā ſciens; ſi eſſet repetibilis. Et ſic cū hypothetice loquat, neminem vult eſſe melius affectum q̄ ſciens ſit: addidit enim ſi eſſet.

Expoſitio. Alexand. Verbum aūt credentiū G Alexā. expoſuit creditorū, ſ. concluſionum creditarū, vt ſit ſenſus: accideret aūt hoc, ſ. prima non magi credi niſi per demr̄onem concluſionum creditarum ſup. ſciendo illa quis præcognouerit.

Philopo. Philópon. vero conſtrui ſic, niſi quis de numero hoīum credentium per demr̄otionem. q. d. accideret hoc, ſ. illa non poſſe prius credi, niſi quis de numero hoīum qui credūt p demr̄onē, illa prius nouerit, quæ expoſitio (vt mihi videtur) clarior eſt.

ARGV. *Ei qui per demonſtrationem ſcientiam eſt habiturus, non ſolum autem ipſa principia magis nota, magiſq; credita ſunt, quam id quod ex ipſis oſtendit, ſed etiam nihil prorſus eorum quæ principijs opponuntur ex quibus erit ratiocinatio falſa, vereq; contraria, credibile ſit aut notius principijs ipſis oportet. Quippe cum eum qui ſimpliciter eſt ſcientiam conſecutus, nunquam ab ea perſuaſione dimoueri oporteat.*

DILVCI. Immutabilem. *Debentem aūt habere ſciām, q̄ per demr̄onem eſt, non ſolū oportet principia magis cognoſcere, magiſq; eiſdem credere quā ei quod demonſtrat, ſed neq; ipſis credibilius, neq; notius eſſe aliud ex contrarijs primis principijs, ex quibus ſit ſyllogiſmus contrariæ deceptionis. Siquidem oportet ſimpliciter ſcientem immutabilem eſſe.*

a Metaph. Inuariabilem ab opinione.

Cōmē. 27. Continuatio ſecundū aliquos. Cōfuratio. Intelligens per ſyllm duplex. Sunt quidā, qui aſſerunt Ariſto. hactenus ꝓbaſſe ꝓpoſitiones ſiue pricipia ipſa, ex quibus fit demōſtratio, eſſe notiora ac credibiliora concluſionibus, at nunc eum probare dicunt nihil eorū oppoſitis in falſitatem eſſe credibilius. Quod vnde ſic dixerunt, ignoro. Nā, ſi conſtat nihil ipſis eſſe credibilius in veritate, cōſtabit nihil eſſe eorū oppoſitis credibilius in falſitate. Propterea animaduerſione

di

dignum eſt,qui per ſyllogiſmum intelligit aliquid, A
eſſe duplicem, Alter.n.eſt, qui per dialecticum opi
natur aliquid eſſe vel non eſſe,vt mundũ eſſe geni-
tũ vel non genitũ.Alter qui per demonſtrationem
ſcit aĩum eſſe immortalem. Mũdũ non eſſe genitũ
Ariſt.opinatur,quia ex nihilo nihil generatur.Pla-
Opio Ariſ. de Mundo habet primo Cœli. Cõmẽ.102
to mundum eſſe genitum, quia à Deo ex nihilo ge
nitũ.putat enim quod à Deo fit,ex nihilo fieri. Ani
mum eſſe immortalẽ ſcimus, quia ſeipſum mouet.
nam omne per ſe ſeipſum mouẽs immortale: aĩus
per ſe ſeipſum mouet:animus immortalis eſt.Inter
opinantem & ſcientem hæc eſt differẽtia. Nam eũ,
Dſſa inter opinantem & ſciẽtẽ.
qui per aliqua probabilia principia aliquid eſſe vel
non eſſe opinatur, contingit mutari in opinioni-
bus,quas habet de concluſionibus. nam in diuer-
ſis temporibus poſſunt ſibi principia,& eorum op
poſita eſſe credibilia,vt tempore Platonis credibi-
le erat ex nihilo fieri poſſe aliquid à Deo,vt eſt nũc
rei veritas apud nos, quare tũc opinio erat ꝙ mun
dus erat factus. Succedente Ariſto.oppoſitum il-
lius principii erat creditum,ſ.ꝙ ex nihilo nihil fie-
1.Phy.34. ret,& ſic ſucceſsit alia opinio, ꝙ mundus non erat
factus. Quare opinantem in ſuis opinionibus con
tingit mutari, quia vno tempore ſunt ſibi credibi-
lia principia,alio tempore eorum oppoſita. Nunc
tempore nr̃o ſecundum veritatem credibile eſt, &
verũ,mundum eſſe factum,quia tenemus,& ita eſt,
ꝙ Deus ex nihilo facere põt omne poſsibile. At
ſciens immutabilis eſt,quia (vt ſupra dicebamus)
cuius ſimpliciter eſt ſciẽtia,hoc impoſsibile eſt ali-
ter ſe habere. Ex hoc ſequitur ſcientiam per demõ
ſtrationem habiturum, non modo debere credere
propoſitiones & principia demonſtrationis eſſe
credibiliora concluſionibus, quæ demonſtrantur, C
ſed nullũ ex eorum oppoſitis eſſe ſibi credibile ꝓ
aliquo tempore, nam aliter ſciens eſſet mutabilis,
quia cũ oppoſitũ aliquod fieret ſibi credibile,mu-
taretur ad oppoſitum eius quod ſciebat, inquit.
¶Debentem aũt habere ſcientiã. quæ per demon-
ſtrationẽ eſt, non ſolũ oportet principia magis co
gnoſcere, magiſq; eiſdẽ credere, ꝗ ei quod demon
ſtratur,vt proximo textu concluſit,ſed ipſis Princi
piis neq; credibilius neq; ipſis notius eſſe aliud vllũ
ex cõtrariis primis principiis,ex quibus contrariis
ſit ſyllogiſmus contrariæ deceptionis,ſiue ſyllogiſ
mus falſi,credere debet. Sciturus igitur per demõ
ſtrationem debet credere primis propoſitionibus
per quas ſciet, nullatenuſq; oꝑ, poſitis illarum. Cu-
ius cauſam ſubſcribit. Siquidem oportet ſimplici-
ter ſcientem, immutabilem eſſe. dixit ſimpliciter, D
ſcientem, quia ſcientem ſecundũ quid, vt opinan-
tem, contingit mutari, quatenus mutatur opinio
de propoſitionibus:vel ſimpliciter,hoc eſt vere,&
non ſecundum accidens. Quo vero ad verba atti
net:ſyllogiſmus cõtrariæ deceptionis dr̃ apud Phi
Verborum expoſitio. lop.ſyllogiſmus falſi, hoc eſt ſyllogiſmus ignoran-
tiæ, & hic fit ex contrariis primorum principiorũ,
ex quibus fiebat ſyllogiſmus ſcientiæ. Verbum im
mutabilem græce eſt ametaptotõ, quod nonnulli
habent non incredibilem.Quod neſcio quomodo
ſit factum. Illud enim nec in textu eſt, nec eſſe po
teſt ad propoſitum: nec ipſum habet aliquis expo
ſitor græcorum.

ARGV. *Sunt aũt quibus nõ videtur eſſe ſciẽtia, propterea quòd ipſa prima ſciantur oportet. Sunt etiam quibus eſſe quidẽ videtur,demonſtrationes tamen omnium eſſe. Quorũ neutrum ſane verum aut neceſſarium eſt.*

DILVCI. Tex.6.
Quibuſdam quidem igitur, propterea quòd oportet prima ſcire,non videtur eſſe ſcientia. Quibuſdam vero eſſe quidem omnium tamen demonſtrationes eſſe: quorum neutrum neque verum, neq; neceſſarium eſt.

Oportebat (vt Philo.inquit) de demõſtratione
non tm̃ quęcunq; ad eius ſpeculationẽ conducunt,
tradere,ſed & dicta atq; rationes contraria conſti- Cõmẽ.18.
tuentium redarguere. Iccirco in his Ariſt.poſtq̃
dixit quidnã eſſet demõſtratio, nũc proponit eos, Continuatio.
qui cõtraria definitioni demonſtrationis ſtatuũt,
redarguere, Sunt aũt de demõſtratione, ipſa tres
poſitiones:duæ quidem contrariæ, & tertia Ariſt. De demſatione triplex opin.
in ſubcontrariis cõſtituta. Nam alii demonſtratio
B nem penitus abnegarunt: dicentes nullorum peni
tus demonſtrationem eſſe, Alij demonſtrationem
penitus affirmarunt, aſſerentes oĩum penitus de-
monſtrationem eſſe. Ariſ.in parte concedit demõ
ſtrationem eſſe: quia aliquorum vult eſſe demon-
ſtrationẽ, In parte negat,quia aliorum nõ vult de-
mõſtrationem eſſe. Vñ inquit. ¶Quibuſdã quidem igi
tur,propterea ꝙ oportet prima ſcire, non videtur
eſſe ſcientia,ſ.demonſtratiua:& ſic volunt non eſſe
penitus demonſtrationẽ. Quibuſdam etiam quĩ-
dẽ,oĩum tñ demonſtrationes eſſe:& ſic dicunt om
nium eſſe demonſtrationem. Quorum neutrũ neq;
verum eſt, neq; eſt neceſſarium: ſed in parte eſt ve
rum. Sed circa hæc ambigit Philo.cur à principio Dubi.2. huius prio.
hoc non quæſiuit, nam ſi in quæſtionibus prius eſt, ſi
eſt, quàm quid eſt, oportebat prius de ipſo ſi eſt,
facere demonſtrationem, deinde quid eſt tradere:
C at primum tradito ipſo quid eſt,ad ipſum ſi eſt,trã
ſiit. Auget vero quæſtionem, quia prius Menonis,
& Sophiſtarum cauillos de inuentione,atq; ipſos ſci
re pertractauit:quare & hæc in illo loco debuit in-
terſerere. Quo argumento Groſſateſta præſens
capitulũ ait non eſſe de ſubſtantia libri,ſed de com
plemento bonitatis eò quia purgat errorem pro- Solutio Philopo. 4.Phi.58.
ximum,ſcientiæ acquiſitæ. Rñdit Philop.ꝙ,quãdo
definitio quid nois eſt obſcura, tunc præmiſſa
nominis ſignificatione: ſtatim ſi illa res ſit quæri-
tur. Vbi tñ nominis ſignificatio patuerit, primum
de ſi eſt occurrit, vt de vacuo ſeruauit. Ariſt.nam,
cũ quid vacuum ſignificet, fuerit obſcurum, prius
quid vacuũ ſignificat præmiſit, deinde an vacuum
ſit,quæſiuit.eodẽ modo hic, quia quid demõſtratio
ſignificat,erat obſcurũ præmiſſo quid nois demon
D ſtrationis, vt ꝙ ſit ſyllogiſmus talis: quærit an de-
monſtratio ſit. Sed pace tanti viri dixerim, Tunc Quæ exp. Philopo. Propria. ſolutio.
ſolum Ariſto. accepiſſet definitionem qui nois ip-
ſius demonſtrationis, & non quid rei: quod non
credo verum eſſe, cum nullibi illam aliter definit.
Melius igitur diceretur, ꝙ ideo quæſtiones haſce
hic pertractauit: quia remouentur ex his quæ dixit
de demonſtratione definitionis. Et ſic licet per ſe
ordine doctrinæ, quæſtio ſi eſt præcedat quæſtio-
nẽ quid eſt, tñ per accidens poteſt eſſe contrarium:
vt in propoſito: quia eiuſmodi quæſtiones remo-
uentur ex his:q̃ dixit circa definitionem demõſtra
tionis: nam de natura bonarũ definitionem eſt per
illas remoueri oẽm dubitationem accedentem cir 4.Phy.31.
ca rem definitam. Quo vero ad poſitiones ipſas

attinet, debes ſcire, ꝙ oēs dictę tres poſitiones vte-bantur hac comuni hypothetica, videlicet ſi demōſtratio eſt, neceſſe eſt prima præcognoſci: hi enim qui dicunt omnium demonſtrationem eſſe, & hi qui dicunt nullorum demonſtrationē eſſe: & Ariſt. qui dicit aliquorum eſſe demonſtrationem: & aliquorū non eſſe demonſtrationē etiam hanc concedit: quia declarauit demonſtrationē eſſe ex primis & notioribus. Verum qui oīum demonſtrationem eſſe dicū, & qui nullorū, addunt conſequēti hoc, videlicet per demonſtratioē hoc pacto. Si eſt demōſtratio, neceſſe eſt prima ſcire per demonſtrationem. Ab hac itaq; additione emerſerunt errores: nam qui negabāt, demonſtrationē, ſic hypothetice ſyllogizabāt ex hac hypothetica. Si demonſtratio eſt, neceſſe eſt prima ſcire per demonſtrationē: ſed prima nō ſciuntur per demonſtrationē, ſed cōtingit prima ſcire per demonſtrationē, vt ſtatim probabit. Igitur demonſtratio nō eſt. Qui vero demonſtrationem eſſe aiunt, ſic ſyllogizabant ex illa. Si demonſtratio eſt, cōtingit prima ſcire ꝑ demonſtrationem: vt dicetur. Igitur demōſtratio erit. Ambæ igitur hæ poſitiones vtuntur hypothetica hac cōmuniter tanquā maiore. Verum prima aſſumit oppoſitum conſequentis, & infert oppoſitum antecedentis, videlicet demonſtrationē non eſſe: & ſic ſeruat formā ſyllogiſmi: ſed peccat in materia, quia hypothetica aſſumpta non valet vt dicemus. Secunda aūt aſſumit conſequens: & infert poſitionem antecedentis, & ſic peccat in materia, & forma. In materia quidē, quia hypothetica falſa eſt. In forma vero, quia ex poſitione conſequentis nō ſyllogiſtice ſequitur poſitio antecedentis. Propterea Ariſto. inquit: quorum neutrum, ideſt neutra poſitio: neque verum, neque neceſſarium eſt: dixit enim neque verum quo ad ipſas poſitiones, quia vtraque falſa eſt. Dixit neque neceſſarium, quo ad rationes poſitionum: quia nulla eſt neceſſaria. hæc quo ad poſitiones.

ARGV. *Qui nanq; ſcientiam non eſſe omnino ponunt, hi cenſent aſcendendum, eſſe in infinitū, propterea quòd poſteriora nō ſciuntur ob ea priora, quorū prima nō ſunt, recte quidē dicentes. Fieri n. non poteſt vt infinita quiſquā pertranſeat. Quia ſi ſtatur, ac principia ſunt, hæc incognita dicuntur eſſe, cum ipſorum nō ſit demonſtratio: quod quidem ſolum inquiunt eſſe ſcire. Quod ſi fieri non poteſt vt prima ſciantur, neque fieri poſſe dicunt vt ea quæ proficiſcuntur ex illis ſciantur ſimpliciter proprieue, ſed ex ſuppoſitione duntaxat, ſi illa ſint.*

DILVCI. *Ponentes quidem enim non eſſe omnino ſcire, hi ad infinitum volunt reduci, tanquam non ſint vtique ſcientes poſteriora propter priora, quorum non ſunt prima, recte dicentes. Impoſsibile. n. eſt infinita pertranſire. Sin autem ſtant, & ſint principia, hęc ignota eſſe, cum demonſtratio non ſit ipſorum, quod quidem dicunt eſſe ſcire ſolum. Quod ſi non eſt prima ſcire, neque quæ ex his ſunt erit ſcire neque ſimpliciter, neque proprie, ſed ex conditione, ſi illa ſunt.*

Cōmē. 29. Cauillus. Qui negant ſimpliciter, & omnino demonſtrationem hoc pacto ex illa cōmuni hypothetica ſyllogizant. Si demōſtratio eſt, prima per demonſtrationem ſciuntur: ſed prima non ſciuntur per demōſtrationem: igitur demonſtratio non eſt. Maior eſt hypothetica cōmunis, quam ambæ poſitiones ſupponunt. At nunc probat Ariſto. de eorum mente minorem, quæ deſtructio conſequentis eſt: quia, ſi prima ſciuntur: vel per alia priora, & illa per alia, & ſic in infinitū: vel oportet ſtare ad ipſa prima, ita vt non per alia ſciantur. Non per alia, & ſic in infinitum, quia tunc eſſent ignota, cum infinita ſint ignota: nec oportet ſtare ad ea, quia tunc illa non ſcientur per demonſtrationem: & ita pœnitus non ſcientur. Et per conſequens ex his poſteriora minime ſcientur, inquit. {Ponentes quidem enim non eſſe omnino ſcire, & dicentes demonſtrationem pœnitus nullam eſſe, hi ad infinitum volunt reduci, tanquam non ſint vtiq; poſteriora ſcientes propter priora, quorum non ſunt prima, & ſic primum eſt, vt prima illa per alia priora, & illa per alia, & ſic in infinitum: recte (vt Ariſto. inquit.) Dicentes, quia non præcognitis primis neque ſecūda cognoſci poterunt. Hoc enim recte dixerūt, & ipſe poſuit in definitione demonſtrationis. Obijcit tamen contra hanc partem in eo ꝙ volunt reduci ad infinitum: nam tunc hæc eſſet ignota. Impoſsibile enim (vt ait) eſt infinita pertranſire. Deinde deſtruit ſecundum membrum, & inquit. {Sin autem ſtant, & ſunt principia: hęc ſupple oportet ignota eſſe, quia per demonſtrationem non ſcientur: cum ipſorum demonſtratio non ſit: quod quidem dicūt eſſe ſcire ſolum. Demum epilogat rationem, & inquit. {Quia ſi non eſt prima, ſcire, neque quæ ex his ſunt, erit ſcire aliquo pacto: quia neque ſimpliciter, neque proprie, ſed ex conditione ſiue ſuppoſitione, ſi illa ſunt. Nam ſuppoſitio poni quoddam de quodam: & cogit credere ita eſſe. Simpliciter enim demonſtratio non eſt per prædicta: ex ſuppoſitione autem aliquid poſsibile eſt probare, quod non eſt proprie demōſtratio. ſicut, ſi duo ſunt quinque, & quinque erunt duo: & ſi terra eſt pennata et pennas nimirum habebit. Et ſi equus volat, equus nimirum habebit alas. Animaduertendum hoſce ſeruaſſe formam ſyllogiſmi: quia ab oppoſito conſequentis, licet deducere oppoſitum antecedentis: ſed peccabant in materia, quia illa communis hypothetica eſt falſa, vt dictum eſt. Prima enim ſciuntur, ſed non per demonſtrationem: ſunt enim ſcita per ſeipſa fidem habentia, vt etiam dicemus. Solutio. Cauilli huius pōnis.


ARGV. *At Secundi de modo quidem ſciendi conſentiunt, per demonſtrationem enim ſolum eſſe ſcientiam dicunt. Verum omnium demonſtrationem eſſe nihil inquiunt prohibere. Fieri enim poteſt vt demonſtratio circuli modo verſetur, omniaq; mutuo demonſtrentur.*

DILVCI. *Alij de ipſo ſcire quidem fatentur per demonſtrationem vtique eſſe ſolum. Sed omnium eſſe demonſtrationem nihil prohibet. Contingit enim circulo fieri demonſtrationem & ex his quæ adinuicem ſunt.* Vtique. 1.

Cōmē. 30. Cauillus. Qui omnium demonſtrationem eſſe affirmant: hoc pacto ex illa hypothetica cōmuni ſyllogizant, Si demonſtratio eſt prima principia ſciuntur per demonſtationem: ſed prima ſciuntur per demonſtrationem: igitur demōſtratio eſt. Minorem probat eo, ꝙ contingit circulo demonſtrati vbi priora per poſteriora demonſtrantur. Quia vero circulo fieri poſsit demonſtratio, ab vna particulari deducit: quia videlicet in conuertibilibus priora demonſtrant poſteriora, & econtrario poſteriora

demonſtrant priora: termini conuertibiles ſunt diſciplinabile, riſible, homo: qm̃ ſequitur, Oẽ riſibile diſciplinabile: Oĩs hõ riſibilis: Igitur omnis hõ diſciplinabile,

diſciplinabile, riſibile, homo,




ſciplinabilis: & per conuerſionem maioris in terminis cum concluſione, ſequitur: Omne diſciplinabile riſibile, omnis homo diſciplinabilis: igitur omnis homo reſibilis. Vbi minor ſyllogizatur ex concluſione cum maiori conuerſa. Igitur circulo fieri poteſt demonſtratio, inquit. Alij vero de ipſo ſcire quidem cõfitentur ipſum, videlicet eſſe per demonſtratione ſolum, Verbum vtiq; græce eſt gar, latinæ enim. Sed quia nõ tenetur pro redditiuo cauſæ, ideo trãsferri poteſt pro cõfirmatiuo, videlicet vel vtiq;, Sed omnium, vt inquit, eſſe demonſtrationem nihil prohiber, & hoc probat ex vna particulari, & inquit. {Contingit enim circulo fieri demonſtrationem, ex his quæ adinuicem conuertibilia ſunt. Igitur ſupple in omnibus priora per poſteriora circulo demonſtrari poſſunt. Animaduerſione dignum rationem hanc tripliciter peccare. Primo quidem in forma, quia arguit à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis. Secundo in materia, quia (vt dicet) hypothetica communis eſt falſa. Tertio quia ab vna ſingulari deducit vniuerſalem, non enim ſi in conuertibilibus licet circulo retrocedere, in omnibus ſequitur idem fieri poſſe.

Refutatio. Cauilli.

ARGV. *Nos autem dicimus nec omnem ſcientiam eſſe demonſtratiuam, ſed eorum quæ medijs vacat indemonſtrabilem eſſe.*

DILVCI. *Nos vero dicimus non omnem ſcientiam demonſtratiuam eſſe, ſed immediatorum indemonſtrabilem.*



Cõmẽ.31. Reſpondet Ariſtoteles & huius rei varietatem ſubiungit, innuitque ſimul & varietatem quæſiti, & ſolutionem ad eorum rationem. Veritas itaque eſt in ſubcontrariis conſtituta. Nam vtraque contraria falſa eſt. Illa enim falſa eſt, omnis ſcientia eſt demonſtratiua, & illa etiam, nulla ſcientia eſt de-

A moſtratiua. Quare, vtraque harum vera erit, aliqua ſcientia eſt demonſtratiua, vt mediatorum & aliqua ſcientia non eſt demonſtratiua, vt immediatorum. Ex hoc patet hypotheticam illam eſſe falſam, quia licet ſi demonſtratio ſit, prima ſcire ſit neceſſe, nam notiora & ſcibiliora oportet prima eſſe, per q̃ poſteriora ſciuntur, non tñ ipſa ſcire neceſſe eſt per demonſtrationem. nam immediatorũ ſcientia quidem eſt, ſed non per demonſtrationem, quia per ſeipſa fidẽ habent, inquit. {Nos vero dicimus non omnem ſcientiam demonſtratiuam eſſe, quia aliquam demonſtratiuam, vt mediatorum, ſed immediatorum indemonſtrabilem & ſic ſimul veritatem tangit, & paralogiſmi ſolutionem. Philoponus reducit eos qui negant demonſtrationem, concedere illam. Nam ſi negant demonſtrationem, aut per ſyllogiſmum hoc probãt demonſtratiuum, aut B per ſyllogiſmum non ex neceſſariis. Sic ex ſyllogiſmo nõ ex neceſſariis, tunc nihil certi haberent. At ſi ratio, per quam ſyllogizant demõſtrationem non eſſe, eſt demonſtratiua, tunc negando demonſtrationem eſſe, ponunt demonſtrationem eſſe veluti qui negant loquelam eſſe ore, ponunt loquelam eſſe. Quare Ariſto. ſapide ab vtraque poſitione ſumit demonſtrationem eſſe, & ab illa poſitione, quæ negat demonſtrationem eſſe, & ab illa poſitione, quæ ponit demonſtrationem eſſe.

Quæ Phil.

ARGV. *Quod quidem neceſſarium eſſe patet. Nam ſi neceſſarium quidem eſt vt priora ſciantur & ea ex quibus conficitur demonſtratio. ſtatur autem tandem in hiſce quæ vacant medijs hæc indemonſtrabilia neceſſe eſt eſſe.*

DILVCI. *Et quod hoc neceſſarium ſit, manifeſtum eſt. Si enim neceſſe eſt ſcire quidem priora, & ex quibus eſt demon-* C *ſtratio, ſtant autem aliquando immediata, hæc indemonſtrabilia neceſſe eſt eſſe.*

Probat nunc id quod ſumpſit. Sũpſit enim quod ſint quædam, quæ ſciuntur immediata ac indemonſtrabilia, & ſumit ad huius rei demonſtrationem, Primo, quod prima ex quibus eſt demonſtratio ſciuntur. Secũdo ſumit quod ſcibilia aliquando ſtant immediata, ita, vt per ſeipſa ſciãtur, & non per alia priora, aliter eſſet proceſſus in infinitum. Ex his ſimul ſumptis concludit prima, per quæ ſcimus mediata, eſſe indemonſtrabilia, & ſic habetur aliquã eſſe ſcientiam indemonſtrabilem, vt immediatorum, inquit: Et quod hoc neceſſarium ſit, videlicet quod ſint aliqua indemonſtrabiliter ſcita, manifeſtum eſt. Deinde probat hoc, vt dixi, ſumens duo, & inquit: {Si enim neceſſe eſt ſcire quid priora: & D pro, ideſt ex quibus eſt ſupple, conſtitutione demonſtratio: quod dicit ad differẽtiam priorum, ex quibus nõ eſt demonſtratio niſi poteſtate, hoc eſt primum: ſumit ſecundum, & inquit. Stant autem aliquando immediata, hoc eſt ſecundum: quod eo patet, quia nõ licet procedere in infinitum. Ex his cõcludit propoſitum, & inquit. {Hæc indemonſtrabilia neceſſe eſt eſſe, & ſic aliqua ſcientia erit indemonſtrabilis: vt accepit. Ex hoc Philoponus infert bene eſſe dictum in principio differre ſcientiam a demõſtratione, eo quod ſciẽtia ſit amplior, & in plus. Eſt enim ſcientia tam mediatorum, quã immediatorum. At demonſtratio non niſi ipſorũ mediatorum.

Cõmẽ. 32.

Supra commen 2. Quæ phil.

ARGV. *Hoc igitur ita ſeſe habere dicimus, vt non ſolum ſcien-*

tiam, ſed & principium ſcientiæ quoddam eſſe aſſerimus quo terminos ipſos cognoſcimus.

DILVCI. *Hæc igitur ita dicimus, & non tantum ſcientiam, ſed & principium ſcientiæ eſſe quoddam dicimus, quo termi nos cognoſcimus.*

Cōmen. 33. Hæc igiur ita dicimus, hoc eſt hæc eſſe immediata ita dicimus: & non tantum, ſuppledicimus ſcientiam ipſorum indemonſtrabilem eſſe, ſed & dicimus eſſe quoddam ſcientię eorum principium quorum terminos cognoſcimus.

Vbi debes ſcire, quod Ariſto. per hæc volu't habere eſſe ſtatum in demonſtrabilibus ad indemonſtrabilia. Et ideo hæc, quæ dicit, dupliciter e poni poſſunt. vno modo, vt Philoponus inquit, intelligendo per principium quo terminos noſcimus intellectum diuinum: nam rerum reſolutio hæc eſt, quod ſenſibilia reſoluuntur, ad cœleſtia, cœleſtia ad eorum formas, quæ ſunt ſubſtantiæ ſimplices, has noscognoſcimus diuino intellectu illuſtrati. Et ſic (vt ait) per terminos, intelligit formas cœleſtiū corporum, ad quæ reſoluuntur hæc moralia. Per principium igitur quo terminos cognoſcimus, intelligit per intellectum diuinum, quo illuſtrati cognoſcimus ſubſtantias ſimplices, quę ſunt formæ ſiue termini cœleſtium, ad quæ omnia hæc reſoluuntur. Et ita patet eſſe ſtatum in rebus. Hæc expoſitio (vt mihi videtur) propoſitum tranſcendit. Propterea melius Themiſtius & magis naturaliter, & ad literam plus conueniens, inquit Ariſtotelem per principium quo terminos cognoſcimus intelligere intellectum noſtrum, & per terminos, ſubiectum & prædicatum, ad quę immediata reſoluuntur. Eſt igitur hæc reſolutio, quod mediata & demonſtrabilia reſoluuntur ad immediata, & per illa ſciuntur, immediata vero reſoluūtur in eorum terminos, ſubiectum & prædicatum, & per illa ſciūtur, termini vero intellectus lumine cognoſcūtur. Vt enim ſenſibilia per ſe ſenſu ipſo ac lumine ſenſitiuo cognoſcuntur, & nulla alia ratione, ſic prima ſimplicia intellectus lumine, & nulla alia ratione cognoſcimus. Intellectus igitur ſimplicibus apprehenſionibus terminos apprehendit, indemonſtrabiliter eorum capiens naturam, ex quibus dignitates connectit: quare non neceſſe eſt res in infinitum procedere, ſed eſt, & quoddam demonſtrationis principium intellectus, qui res comprehendit, & non indiget demonſtratione ipſe, cū ſit principium. Quo vero ad verba attinet, verbum illud

Verborum expoſitio. quo græce eſt & licet multa apud grecos ſignificet, nam, ſignificat idem quod inquantum. Hic (vt mihi videtur) eſt relatiuum. & datiui caſus, refertur que ad archem, ideſt principium, quod græce eſt fœminini generis, & ſic cum Ariſtoteles dixiſſet immediata eſſe quædam, ad quæ ſtamus idemonſtrabiliter, ſtatim ſubiungit eſſe principium quoddam quo terminos principiorum noſcimus, hæc de verbis. Ex re vero ipſa patet immediata ſciri, & nō tantum intelligi. Quia licet. 6. Ethicorum dicat Philo-

Cā. 7. & 2. huius vlti. ſophus eorum eſſe intellectum, tamen eorum non tantum intellectus eſt, ſed & ſcientia etiam, nō qui dem demōſtrabilis, ſed indemōſtrabilis, vt diximus.

ARGV. *Et etiam patere dicimus fieri non poſſe, vt circuli modo demonſtratio ſimpliciter conuertatur, ſi demonſtrationem ex prioribus oportet ac notioribus eſſe. Fieri enim ne-*

E *quit: vt eiſdem eadem ſimul priora ſint atque poſteriora, niſi altero modo, veluti ſi alia noſtra ex parte, alia ſimpliciter dicantur, quo quidē modo facit inductio notū. Quod ſi ita ſit, non bene eſt diffinitum ipſum ſimpliciter ſcire, ſed eſt ſane duplex. An altera demonſtratio quæ fit ex biſce, quæ nobis non ſunt notiora non eſt ſimpliciter demonſtratio.*

DILVCI. Impoſsibilis eſt, etiā in conuertibilibus circularis demōſtratio. *Circulo autem quod impoſsibile ſit demōſtrare ſimpliciter, manifeſtum eſt, Siquidem ex prioribus oportet demonſtrationem eſſe, & notioribus. Impoſsibile enim eſt eadem ſibi inuicem ſimul priora, & poſteriora eſſe, niſi altero modo, vt hæc quidem ad nos, illa vero ſimpliciter, quo quidem modo inductio facit notum. Si autem ſic eſt, non vtique erit ſimpliciter ſcire bene definitum, ſed dupliciter. Aut non ſimpliciter altera demonſtratio fit ex nobis notioribus.*

Erat ſecunda poſitio quod demonſtratiua ſcientia ſit, quoniam omnium eſt demonſtratio quod vero omnium ſit demonſtratio. probabat: quoniā circulo demonſtrationem eſſe neceſſe eſt. Quod vero circulo demonſtratio, iterum probabat: quoniam conuertibilia contingit circulo demonſtrari. Ariſtoteles ergo nunc oſtendit, nihil circulo poſſe demonſtrari, quinimo nec conuertibilia: qua ratione & via vult Ariſt. habere, quod ſecunda poſitio peccet. & in forma argumētandi, quatenus ex vna ſingulari vniuerſalem argumentatur, & in materia, quatenus ſingularis illa etiam falſa eſt. Quo vero modo illa ſingularis falſa ſit, Philoponus dupliciter declarat, verba Ari. duobus modis exponens. Primo modo ſic, ſi circularis oſtenſio in demonſtrationibus eſt, non niſi pro tanto, quia ex poſteriori bus poſſet demonſtrari prius. & ſi ſic, non recte eſſet ſimpliciter definitum ipſum ſcire, ſed dupliciter. Secundo modo Philoponus exponit ſic, ſi demonſtratio circularis ſit poſsibilis, tūc ex poſterioribus poſſet demonſtrari prius. Quod vero ex poſterioribus prius demonſtrari non poſsit, probatur, quoniam dictum eſt demonſtrationem fieri ex primis natura. At circularis demonſtratio prima ex poſteribus demonſtrat. Ergo demonſtratio nō ſit circulo, niſi dentur demonſtrationis duo modi, & qui ex prioribus natura, & qui ex poſterioribus, & ſic demonſtratio non eſſet ſimpliciter, ſed dupliciter definienda. Differt hęc ſecunda expoſitio à prima, quia hæc ducit ad illud, quod demonſtratio non ſimpliciter, ſed dupliciter eſſet definita. Prima vero ducit ad hoc, quod ſcire non ſimpliciter, ſed dupliciter eſſet definitū, vnde inquit. Circulo autē quod

H impoſsibile ſi demonſtrare ſimpliciter, manifeſtū eſt ſiquidem oportet ex prioribus & notioribus demonſtrationem eſſe. Si enim ex prioribus natura ſit demonſtratio, non poteſt circulo aliquid demonſtrari, quoniam non niſi ex poſterioribus fieri poteſt: non enim eadem eiſdem priora & poſteriora ſibiinuicem eſſe poſſunt ſimul, niſi altero modo vt vel hæc quidem ad nos, vel illa ſimpliciter, ſimul autem eadem eſſe priora & poſteriora eſt impoſsibile. voco priora ad nos, quę nobis patent, quo quidem modo inductio ex prioribus ad nos vniuerſale notum facit. Ergo vis rationis hæc eſt, Si demonſtratio circularis eſſet poſsibilis, aliqua demonſtratio eſſet ex prioribus ad nos. Tunc deſtruit conſequens & inquit: Si autem ſic eſt, ſ. quod aliqua demon-

monſtratio ſit ex prioribus ad nos, non vtique erit ſimpliciter ſcire bene definitum. Et per ſimpliciter ſcire, intelligit aut ſimpliciter demonſtrationem, vt expoſitio ſecunda dicit, aut ſimpliciter ſcire, hoc eſt ſcientiam ſimpliciter bene definitam, ſed erit dupliciter definienda. Vel erit dicendum, quod altera demonſtratio, quæ eſt ex prioribus ad nos, nõ ſit ſimpliciter demonſtratio, ſed æquiuoce, & per quandam ſimilitudinem. Sic igitur non eſt circulo demonſtrare, quoniã ex prioribus ad nos eſſet demonſtrare. nõ enim eadem eiſdem ſunt nobis priora & poſteriora ſimul, ſed altero modo, aut ad nos aut natura. Modo, non eſt demonſtrare ex prioribus ad nos, quoniam demonſtratio non eſſet vno modo, ſed duplex: vel ſaltem demonſtratio, quæ eſt ex prioribus ad nos, non erit demonſtratio niſi æquiuoce.

Obiectio. philopon.

Sed contra obiicit Philoponus, quoniã hæc demonſtratio eſt, Cinis eſt hic: ergo ignis aliquando fuit ibi. Amplius & hæc, luna taliter illuminatur: ergo eſt ſphærica. Iuniores propter hæc dixerunt duplicẽ eſſe demonſtrationem, quia, et propter quid, hoc eſt ex prioribus ad nos ex prioribus natura. Auerroes vero addit tertiã quam appellat demonſtrationem ſimpliciter, quæ eſt ex ſimpliciter nobis & naturę notis.

Quæ The. Alexan. & philopon.

Themiſtius vero et Alexãder, & Philoponus eum ſyllogiſmum, qui eſt ex ſimpliciter prioribus, ſolum demonſtrationem eſſe autumnant, eum vero, qui eſt ex prioribus nobis, coniecturam vel ſyllogiſmum eſſe tantum tradunt, & ſi demonſtratio dicitur, non niſi æquiuoce appellatur. Tunc patet, quod rationes illæ, quæ in dubitatione inductæ ſunt, non ſunt demonſtrationes, ſed (vt Philoponus inquit) Coniecturæ: quarum aliæ ſunt neceſſariæ, vt illæ, quæ tactę ſunt, Alię non neceſſariæ, ſed ſolum rhetoricæ, vt illa, hæc mulier pallida eſt: ergo peperit. & iſta, hic de nocte vagatur: ergo eſt fur: & iſta, hæc ſe ornat: ergo mœchus: verum de his poſtea.

Coniecturę ſunt duplices.
Vide ſup. Cõmẽ. 12.

ARGY. *Euenit autem hiſce, qui dicunt demonſtrationem verſari, non ſolum id quod nunc eſt dictum, ſed etiã nil aliud dicere, quam hoc eſt, ſi hoc eſt. Hoc vero pacto facile eſt omnia demonſtrare. Atque patet id ipſum accidere tribus poſitis terminis. ſiue enim per multos ſiue per paucos redire dicatur nihil profecto refert, atque per paucos etiam duos. Nam quando cum A ſit, eſt neceſſario B, Et hoc cum ſit eſt neceſſario, C Tum cum A, ſit neceſſario C, ipſum erit. ſi igitur cum A ſit, neceſſe eſt B eſſe, & cum B ſit, neceſſe eſt eſſe A: hoc enim erat circuli modo verſari. ponatur A, eo in loco quo ipſum eſt C: Dicere igitur cũ B ſit, A ipſum eſſe, nil aliud eſt quam dicere, cum B ſit, C ipſum eſſe. Id autem nil aliud eſt quam dicere, cum A ſit, C, ipſum eſſe. At idem eſt C & A: quare ſit, vt hi qui cenſent orbis modo demonſtrationem verſari, nihil aliud dicant quam cum A ſit, A ipſum eſſe. hoc vero pacto facile eſt omnia demonſtrare.*

DILVCI. *Accidit vero dicentibus circulum demonſtrationem eſſe, non ſolum quod nunc dictum eſt, ſed nihil aliud dicere quam quoniam hoc eſt, ſi hoc eſt. ſic autem facile eſt demonſtrare omnia. Manifeſtum autem eſt, quod hoc accidat, tribus terminis poſitis, per plures enim aut pauciores reflexionem dicere, differt nihil. Per paucos vero quam per duos. Quando enim A exiſtente, ex neceſſitate erit B, hoc autem exiſtente, erit C, ipſo A exiſtente erit C, Si igitur A exiſtente, neceſſe eſt B eſſe: Hoc autem* A *exiſtente, ipſum A, (hoc enim erat circulo demonſtrari) ponatur A, in quo C, igitur B exiſtente, A, eſſe dicere, eſt. C, eſſe dicere. Hoc autem, quoniam A exiſtente C, eſt, C, vero ipſi A idem eſt, quare contingit circulo dicentes eſſe demonſtrationem nihil aliud dicere, quam quoniam A eſt, A eſt. Sic autem omnia demonſtrare facile eſt.*

Iedm p idẽ oſtdit circularis demõſtratio quo modo facile eſt oium cõficere diminutas demſtrationeſ.

Cõmen. 35.

Cum induxiſſet vnum abſurdum contra eos, qui concedebãt omnia eſſe demonſtrabilia, & demonſtrationem circularem, videlicet, quod ex poſterioribus priora, & ex particularibus vniuerſalia demonſtrentur, nunc tranſit ad aliud abſurdum. & prima facie ſic videtur procedere. Si demõſtratio circularis eſſet, ita vt omnia demonſtrabilia ſint, tunc per illam nihil aliud demonſtraretur, quam ſi A eſſet, A eſſet. Vltra, ſi per illam nihil aliud demonſtraretur, quam ſi A eſſet, A eſſet, tunc facile eſſet omnia demonſtrare. Prima conſequentia prima B facie declaratur ſupponendo, quod tunc eſt demonſtratio circularis, cũ in eadem ſyllogiſmi ſpecie cõuerſio fit. Nam (vt diximus) ſi ab effectu cauſa demonſtraretur, & deinde à cauſa effectus, hæc conuerſio non eſſet in demonſtrationibus, quoniam proceſſus ab effectu ad cauſam non eſt demonſtratio, ſed ſyllogiſmus tantum, vel coniectura neceſſaria, vt Philoponus inquit. Quare, ſi A demonſtrat B, A eſt cauſa ſimpliciter prior ipſo B, & contra, B demonſtrat A, etiam B erit cauſa ſimpliciter prior ipſo A. Hoc enim pacto ſecundum Ariſt. erit circulo demonſtrare. Tunc ex his patet A eſſe cauſam ſimpliciter ſui ipſius, quoniam quicquid eſt cauſa cauſæ eſt etiam cauſa cauſati. Igitur, ſi A eſt cauſa ſimpliciter ipſius B, & contra B cauſa ſimpliciter ipſius A, vtique A erit ſuimet ſimpliciter cauſa.

C Quare, ſi demonſtratio circularis eſt, Idem ſimpliciter erit ſui ipſius cauſa. Et ſic per illam demonſtrationem nõ plus habebitur quam ſi hoc eſt, hoc eſt. Sic autem erit facile omnia demõſtrare: quia cum ipſam ſolam rem haberemus, vt Eclypſim, mox demonſtrationem haberemus, quoniam eclypſis eſſet propter eclypſim. Haberemus enim ſimul cauſam & effectum, & ita demonſtrationem totam.

Contra opinionem aliquorum.

Ex his patet, quod dicentes circularem demonſtrationem, in diuerſis generibus demõſtrationis, aut in diuerſis generibus cãrum, non poſſunt Ariſto. rationem efficacem reddere. vt conſiderãti patet. Hanc rationem Ariſto. ponit in terminis, et ſumit tres terminos, & illos quidem eo modo, quo ſumpſit. Secundo Priorum. Et cum ſyllogiſtica conuerſio multiplex eſt, ne confuſio accidat, ſic illos tres terminos diſponit, vt ambæ propoſitiones in pri- D ma demonſtratione vocentur A. Excuſat autem ſe dicens, per plures enim aut pauciores reflexionem dicere refert nihil. nec refert ſi eã dixerimus per paucos aut duos: & propterea non eſt curandum, ſi duæ propoſitiones vno termino dicantur, videlicet ipſo A. & ſic totum antecedens vocetur A, concluſio vero ad illud ſit B. At concluſionis cõcluſio ſit C: terminis diſpoſitis deducit conſequentiam ſic, ſi A eſt: Et intelligo per A, aggregatum ex maiore, & minore, & per B concluſionem. Vltra, ſi B eſt, C eſt. & per. C. intelligo concluſionem concluſionis, quæ eſt terminus totius demonſtrationis circularis, & ita intelligere oportet illud met aggregatum, quod intelligebatur per A, aliter non

Cap. 2.


eſſet

eſſet circulo demonſtrare. Et licet ex B non ſequatur vnica demonſtratione totum illud aggregatum, tamen diuerſis demonſtrationibus ſequitur. Nam ex B cũ altera propoſitionũ ſequitur nũc vna & cum altera, ſequit nũc altera, ſecũdo Priorũ. Accipit tñ gratia breuitatis ex B ſequi totũ illud aggregatũ ſimul. Igitur, ſi A eſt, C eſt, à primo ad vltimum medijs nõ variati: ſed C idem eſt ꝙ A, (vt dictum eſt: igit ſi A eſt, A eſt. Et ita ſi omniũ eſſet circularis demonſtratio, non plus per illã demonſtraretur, quam ſi A eſt, A eſt: qua ratione omnia eſſet facile demonſtrare. Animaduerte, vt ex his, quæ Philoponus inquit colligitur. In verbis Ariſto. eſt multiplex obſcuritas. Prima quidem quo elementa pro terminis accepit, Secunda vero, quo terminos pro propoſitionibus. Tertio denique, quo non explicauit quid per A, & quid per B, & quid per C intelligat. Attamen (vt Philoponus perpulchre exponit) ipſo A vtitur pro duabus propoſitionibus ſyllogiſmi: Aut pro minore, derelinquens maiorem in mẽte, & eſt melius. Vtitur enim A pro hac minore, homo riſibile, Ipſo autẽ B vtitur pro concluſione, videlicet pro illa, homo eſt diſciplinæ capax. Seqtur. n. homo eſt riſibilis, Ergo hõ eſt diſciplinæ capax: qa in mẽte ſeruatur qđ oẽ riſibile eſt diſciplinæ capax. Quare hac in mente ſeruata ſequitur, homo eſt riſibilis: ergo homo eſt diſciplinæ capax. Et quoniam circularis oſtenſio conclu-

Concluſio

Propoſitiones, hõ riſibile, hõ diſciplinæ capax homo.

A minor propõnes B minor A



ſionem capit, vt minorem propoſitionem alteram inferendo, Rurſus ipſo B vtitur vt minore propoſitione inferendo propoſitionem quæ fuit à principio, hoc modo homo eſt diſciplinæ capax: Ergo hõ eſt riſibilis. Sequitur. n. ſeruata in mẽte hac, omne diſciplinæ capax eſt riſibile, hæc enim eſt conuertens maioris primæ demonſtrationis, quæ fuit in mente ſeruata. Quare patet, quod, ſi homo eſt riſibilis, homo eſt diſciplinæ capax. Et cõuertitur, homo eſt diſciplinæ capax. Ergo homo eſt riſibilis. ergo à primo ad vltimum, ſi homo eſt riſibilis, homo eſt riſibilis. & ſic omnia eſſet facile demonſtrare. Quoniam quantum eſt ex demonſtratione, quæ fit per elemẽta, nullum videtur abſurdum concluſum eſſe: ſiquidem per A oſtenſum eſt B, per B vero C, reſumit ſermonem: & addit, ponatur A, in quo C, hoc eſt ponatur idem A. cum C. Et ſic concluditur A, exiſtente, C eſſe. Quare, ſi A quidem exiſtente, B eſt. B vero exiſtente, C eſt: idem autẽ erat A cum C, concludetur igitur, quod A exiſtente, C eſt: & cum C & A idem ſit, concluditur A exiſtente, eſſe A. hoc pacto Philoponus expoſuit. Tunc venio ad verba. Dicit enim ſic. Accidit vero dicentibus circulo demonſtrationem eſſe, nõ ſolum quod

E nunc dictum eſt, hoc eſt ex poſterioribus priorem & ex particularibus vniuerſalia demonſtrari, Sed nihil aliud dicere, quam quoniã hoc eſt, ſi hoc eſt. id eſt eadem eiſdem & priora & poſteriora eſſe, & notiora & ignotiora, quod quidem abſurdum eſt: quoniam ſic facile eſſet demonſtrare omnia. Quod vero accidat dicentibus circularem demonſtrationem eſſe, quoniam hoc eſt, ſi hoc eſt: proponit probare, & inquit: § Manifeſtum autem eſt quod hoc accidat tribus terminis poſitis, & hoc merito, vt Philoponus ſubaudit, quoniam & demonſtratio ad minimum eſt ex tribus terminis. hoc autem ideo, quia omnis ſyllogiſmus eſt ex tribus terminis: quare circularis oſtenſio ad minimum quidem eſt ex tribus terminis propoſitionibus vero duabus. Ex- 1. prio. 19.
ponit autem hoc, & inquit § Per plures enim aut pauciores reflexionem dicere differt nihil, per paucos autem quam per duos.

F Poſsibile enim eſt compoſito ſyllogiſmo vtentes per plures terminos ſyllogizant, & reflectere circulari oſtenſione, atque nihil refert ſiue plures ſint termini, ſiue pauciores. Per paucos autem, hoc eſt per pauciores propoſitiones quam per duas differt quoniam impoſsibile eſt reflexionem fieri per pauciores tribus terminis, duabus vero propoſitionibus: quoniam neque ſyllogiſmum contingit per pauciora fieri. Deinde ordinat diſcurſum circularem, & inquit § Quãdo enim A exiſtente, hoc eſt aut minore propoſitione, aut vtriuſque (vt diximus) ex neceſſitate erit B, hæc eſt concluſio. Hoc autem exiſtente, videlicet B, quod vt concluſio ab initio acceptum eſt, nunc autem, vt propoſitio, erit C, ſcilicet vltima concluſio. ipſo. A exiſtente erit C: quare A exi-

G ſtente, ex neceſsitate C eſt: ſed C. aſſumit idem cum A: ergo A exiſtente, eſt A. Tunc reſumit rationem, & inquit. § Si igitur A exiſtente, neceſſe eſt B eſſe, hoc exiſtente. ſ. B, neceſſe eſt eſſe A. (hoc enim erat circulo demonſtrari) ponatur A, in quo C, ponitur, & ſequitur (vt inquit) igitur B exiſtente, A eſſe dicere: eſt C eſſe dicere qm̃ idem ponitur. Hoc autẽ. ſ. ſequitur, qm̃ A exiſtente, C eſt, vt à primo ad vltimũ patet: C vero ipſi A idem eſt: quare (vt inquit) contingit circulo dicentes eſſe demonſtrationem nihil aliud dicere quam quoniam A eſt A eſt. Sic autẽ omnia demonſtrare facile eſt. Nam B per A demonſtratur, C vero per B: ſed C eſt idem cum A: quare concluditur nihil aliud, quam quod A exiſtente, neceſſe C eſſe: hoc eſt A exiſtente, A eſt, hæc eſt expoſitio Philoponi. Verborũ expoſitio.
Quo vero ad verba attinet, Ariſtoteles ſumpſit C idem quod B, quoniam in circu-

H lo, idem eſt principium & finis, ſed quia differunt ratione, ideo quaſi altero nomine vocauit: Dubitatio.
Sed dubitares, quoniã per hanc rationẽ nõ ſolum videtur deſtrui circulus in demonſtrationibus, ſed in ſyllogiſmis. Quoniam ſi in ſyllogiſmis eſſet circulus faciam Ariſ. rationem, ſ. quod A ſyllogizabit B, & B ſyllogizabit C: ergo A ſyllogizabit C: ſed C eſt idem ipſi A: ergo A ſyllogizabit A: & ſic omnia erit facile ſyllogizare. Quare per rationem. Ariſt. non ſolum in demonſtrationibus, ſed in ſyllogiſmis circulus delebitur. Solutio.
Dicendum, quod Ari. ſupponit demonſtrationem circularem eſſe quoties prima demonſtratio & ſecunda ſunt eiuſdem ſpeciei. Nam tunc ſequitur, A demonſtrat B, demonſtratione ſimplici-

ter

ter & à priori, & B demõſtrat C, etiam demonſtratione ſimpliciter & à priori: ergo A demõſtrat C, demonſtratione ſimpliciter & à priori, ſed C eſt idem ipſi A: ergo demonſtratione ſimpliciter, & à priori A demonſtrat A. Non autẽ de ſyllogiſmo ſic eſt, quia licet A ſyllogizet B. B. non ſyllogizat C eadẽ ſpecie ſyllogiſmi: & propterea nõ ſequitur, vt A ſyllogizet A, quoniã ſyllogiſmi ſunt ſpecie differẽtes.

ARGY. *At vero nec idipſum fieri poteſt, niſi in hiſce quæ mutuo ſe ſequuntur, quemadmodum ipſa propria.*

DILVCI. *At vero neque hoc eſt poſsibile, niſi in his, quæ ſeinuicem conſequuntur, ſicut ſunt propria.*

Si poſsibilis eſſet circularis demonſtratio inconuerti bilib⁹ eſſe. Vna expoſitio noſtra eſt, quod nunc velit Ariſ. oſtẽdere eorum errorem in forma argumenti, qui conceſſerunt circularem oſtenſionem in demonſtrationibus. Argumentabantur enim ex vna ſingulari vniuerſalem hoc pacto. Conuertibilia poſſunt circulo demonſtrari: Igitur omnia poſſunt circulo demonſtrari. Obiicit ergo nunc cõtra formam huius argumenti, & inquit. ❴ At vero neq; hoc eſt poſsibile vniuerſaliter in omnibus, ſed ſolũ in his,

phi. expõ. quæ ſe inuicem cõſequuntur: qualia ſunt propria. Quare ex illa ſingulari non ſequitur vniuerſalis. Philoponus (vt mihi videtur) ſic exponit. At vero neq; hoc eſt poſsibile, ſ. eadem per idem demonſtrari: Sed ſolum cum tres termini capiuntur ita ſe habentes adinuicem, vt vnuſquiſq; ad cæteros conuertatur, hoc eſt, vt ipſi æquiualeant. Hoc autem eſt dicere, quoniam oportet propoſitiones ex propriis componi, vtputa, homo, riſibile, mentis & ſcientiæ capax. vnumquodque enim horum ad cætera conuertitur. Si enim non ita eſſent poſiti termini, neq; omnino circulari oſtẽſione vti poſsibile erit. non enim poſsibile eſſet, vt C propoſitiones conuertantur. Siquidem vniuerſalis affirmatiua non ad ſeipſam conuertitur, ſed ad particularem affirmatiuam. Per quæ Philoponus dat intelligere Ariſ. locutũ eſſe hypothetice: quoniam non vult in conuertibilibus circularẽ demonſtrationem fieri, quoniam probauit vniuerſaliter in nullis fieri poſſe. Sed vult, quod ſi circularis demon

2. huius. c. 6 ſtratio ſit poſsibilis, non fit niſi in conuertibilibus. Præterea innuit eſſe intelligendũ per propria propoſitiones, quæ componuntur ex propriis. Nam tunc propoſitiones poſſunt vniuerſaliter conuer-

ARGY. ti, vt Auer. dicit. Sunt autem propria, ſubiectum, proprium, & definitio.

Demonſtratum eſt igitur prius vno quidem poſito nunquam neceſſario aliquid aliud eſſe, vno inquam aut termino aut poſitione. Ex duabus autem poſitionibus primis

DILVCI. *ac minimis fieri poſſe, ſiquidem & ratiocinari contingit.*

Vno quidem igitur poſito, oſtenſum eſt, quod nequaquam neceſſe aliquod eſſe alterum Dico autem vno, quoniam neque termino vno, neque poſitione vna poſita. Ex duabus autem poſitionibus primis, & minimis. Siquidem

Comẽ. 37. *contingit & ſyllogizare.*

Cum dixiſſet ſuperius illud accidere tribus ter-

Com. 29. minis poſitis, & quod per pauciores illud non contingat, nunc in hoc loco (vt Philoponus inquit) illud reſumit, & ſubaudiendum eſt: quoniam à nobis Secundo Priorum oſtenſum eſt, quod vno termino poſito, aut vna propoſitione poſita ſyllogiſmum fieri impoſsibile eſt. Igitur vno poſito oſtenſum eſt, quod nequaquam neceſſe eſt demonſtra- A tine aliquod alterũ eſſe. Exponit ſe, & inquit: ❴ Dico autem vno, quoniam neque termino vno, neque poſitione vna poſita. Vocauit autem propoſitionem, poſitionem (vt Philoponus inquit) quoniam diuiſim immediatas propoſitiones in Axioma, & poſitionẽ: Poſitionem iterũ in petitiones, & definitiones: et ſic cõmuniter omnem propoſitionem vocauit poſitionem, vel dixit hoc, quoniam præmiſſæ in ſyllogiſmo generali nomine propoſitiones dicuntur, in demonſtratione. vero ſpeciali nomine poſitiones. Addit. Sed demonſtratio fit, ex duabus poſitionibus primis & minimis. Primis quidem, quoniã ſimpliciſsimis. Syllogiſmus enim ex pluribus propoſitionibus compoſitus non ex primis cõponitur, ſed ex proſyllogiſmis comprobatur. Minimis vero, quoniam non ex vna fit. Aſſi B gnat cauſam, & inquit ❴ Siquidem contingit & ſyllogizare, hoc eſt, quonia vniuerſaliter ſyllogiſmus C. 5. & 29. ad minus ex duabus propoſitionibus componitur. Animaduerte vt Philoponus inquit Primo priorum, ex vno vel termino vel propoſitione bene poſ ARGY. ſe aliquid ſequi illatiue, non autem ſyllogiſtice.

Si igitur A & B & C. mutuo ſe ſequantur, ſic tantum fieri poteſt, vt oſtendatur ex ſeſe mutuo cuncta quæ poſtulata ſunt in prima ratiocinationis figura, vt in libro Priorum oſtendimus. Quo loco etiam patebit ceteris in figuris, aut non fieri ratiocinationem, aut non ex hiſce DILVCI. *fieri, quæ ſunt ſumpta.* Conuerti biliũ demõ

Si igitur A quidem ad B & ad C ſequatur, & hæc ad- ſtrationes *inuicem, & ad ipſum A, ſic quidem contingit ex inuicem* fiunt in pri *demonſtrare omnia quæſita in prima figura, vt dictum eſt* ma figura. *in his, quæ de ſyllogiſmo. Vbi etiam oſtenſum eſt quoniam* Comẽ. 38. *in alijs figuris aut non fit ſyllogiſmus, aut non de acceptis.*

C Obiter nunc oſtendit in qua figura ſyllogiſtica conuerſio fit, & probat quod in prima ſolum: & vti videt ea probatione, qua excluſiuæ propoſitiones probantur hoc modo. In prima figura conuerſio ſyllogiſtica fit, & in nulla non prima figura fit: ergo tantum in prima figura ſyllogiſtica conuerſio fit. Præiacentem excluſiue reſolutorie hoc modo probat. In conuertibilibus fit ſyllogiſmus conuerſiuus: Hæc ſunt in prima figura: igitur in prima figura ſyllogiſtica conuerſio fit. vnde inquit. ❴ Si igitur A ad B & ad C ſequatur: & hæc adinuicem. & ad ipſum A, hoc eſt, ſi igitur tres termini ſint, vt & omnes conuertantur ad omnes, ſic quidem contingit ex inuicem demonſtrare omnia quæſita in prima figura, vt Secundo Priorum dictum eſt, hoc pacto vt conuertentes maiorẽ propoſitionem & eam cõ D ponentes cum concluſione, alteram demonſtremus. Vel conuertentes minorem, & cum illa componentes concluſionem maiorem demõſtremus. Sic igitur patet in prima figura fieri conuerſionem quando propoſitiones ſunt conuertibiles Et ſubdit, quod in Secundo Priorum etiam eſt demõſtratum in alijs figuris aut non fieri ſyllogiſticam conuerſionem, aut non de acceptis. Et dixit aut non de acceptis, quoniam forte poteſt ſecunda figura reduci ad primam per conuerſionem vniuerſalis negatiuæ: quo caſu poſſet in figura illa fieri ad alteram propoſitionem tantum verum conuerſio illa non eſſet de acceptis, ſed ex extrinſecus aſſumptis. Philoponus longa expoſitione declarat quomodo in alijs figuris non fit conuerſio, aut non de ac ce

acceptis, ſed, quia Secundo Priorum hæc diligenter expoſita ſunt, ſatis ſit hæc raptim tetigiſſe. Animaduerte quod textus iſte poteſt ſic ad ordinem reduci, vt dicamus quod Ariſt. velit aſsignare errorem eorum in forma, qui omnia circulo demonſtrabilia eſſe aſſerebant ex eo quia conuertibilia circulo oſtẽdi poſſunt. Et ſumit duo, quorum alterum eſt, quod conuertibilia poſſunt in prima figura ſolum demonſtrari, & in nulla alia. Et hoc exponit in hoc textu. Alterum quod non conuertibilia non poſſunt circulo demonſtrari, & hoc ſecundum ſumit, & non probat, ſed velut manifeſtum ex Secundo Priorum accepit. Ex his duobus remouet errorem in forma eorum, quia circulo omnia demonſtrabilia eſſe dixerunt, vt textu ſequenti declarabitur. Hæc de ordine.

ARGV. *Ea vero quæ prædicationem non ſuſcipiunt mutuam,* F *fieri non poteſt vt mutuo demonſtrentur. Quare cum in demonſtrationibus pauca talia ſint, conſtat vanum eſſe ac impoſsibile demonſtrationem ipſam mutuam eſſe cenſere, atque ob idipſum poſſe demonſtrationẽ omnium eſſe.*

DILVCI. *Quæ vero non mutuo prædicantur, nequaquam eſt demonſtrare circulo. Quare cum pauca hæc in demonſtrationibus ſint, manifeſtum eſt quod & vanum, & impoſsibile ſit ex his, quæ ſunt adinuicem, eſſe demonſtrationem. atque propter hoc contingere omnium demonſtrationem eſſe.*

Comẽ. 39 Cum cœpiſſet refellere errorem in forma eorũ qui circulo omnia demonſtrabilia eſſe dicebant, & cum accœpiſſet alterum neceſſarium ad hunc errorem manifeſtandum, videlicet quod conuertibilia non niſi in prima figura demonſtrari poſsint: nunc accipit alterum, & dicit: Quæ vero non mutuo prę- G dicantur, nequaquam eſt demõſtrare circulo. quoniam nec in prima, nec in aliis figuris. Ex his duobus cõcludit errores eorum, qui circulo omnia demonſtrabilia eſſe dixerunt, & primus error eorum eſt quo ad materiam, & inquit {Quare cum pauca hæc in demonſtrationibus, ſint pauca dico, quoniã non niſi in prima figura: & ſolum in affirmatiuis, & non niſi in primo primæ: manifeſtum eſt, quod & vanum, & impoſsibile ſit ex his, quæ ſunt adinuicem, eſſe demonſtrationem, ſubaudi in omnibus hic eſt error quo ad materiam. Atque propter hoc contingere omnium demonſtrationem eſſe, hic eſt error in forma: dato enim quod in conuertibilibus ſit non propter hoc in omnibus eſt circularis demonſtratio. & dixit vanum, quoniam eorum ratio H non cogit. Dixit impoſsibile quoniam in nullis demonſtratio circularis fieri poteſt, niſi idem per idẽ demonſtretur. Quærunt vtrũ demonſtratio circularis fieri poſsit.

Qõ de circulari demonſtratione. Pro declaratione vero tituli animaduerte, quod de demonſtratione circulari fiunt duo proceſſus. Primus, qui dicitur conuerſus, ſiue conuertendus. Secundus vero, qui conuertens, vel in quem cõuertitur, nuncupatur. Et hic eſt duplex, quatenus poteſt concluſio nunc cum conuerſione maioris ſyllogizare minorem, nunc cum conuerſione minoris ſyllogizare maiorem, vt Secũdo Priorum dictum eſt. Eſt ergo quæſtio vtrũ vterque ſyllogiſmus ſit demonſtratiuus. Et prima facie videtur vtrunque demonſtrationem eſſe. Nam Ariſtoteles Secundo libro huius clariſsime demonſtrationem conuerſiuam ponit. Prætetea, vt in natura E eſt motus ac circularis operatio, ſic in anima erit demonſtratio circularis. Inſuper quod generi competit, ſpeciei non repugnat. At ſyllogiſmo, qui demonſtrationis genus eſt, competit circularis oſtẽſio. Non ergo demonſtrationi repugnat, quæ ſpecies eſt. Iuniores propter has rationes fortaſſe quatuor modis in demonſtrationibus conuerſionem fieri poſſe aſſerunt. Primo quidem in diuerſis generibus ſcientiæ. Secundo in diuerſis generibus cauſarum, in eodem tamẽ ſciendi genere. Tertio in eodem genere ſcientiæ, eodemque cauſarum genere, ſed in diuerſis indiuiduis atque ſuppoſitis. Quarto denique in eodem ſcientię genere eodem genere cauſæ, atque eodem ſuppoſito: ſed ſecundũ diuerſum modum. Sed quam alieniſsima ſic hęc à Peripateticorum ſcholis ex eo primo patet, quoniam Ariſ. generatim in demonſtrationibus circularem oſtenſionem exprobauit, vt Alexander, Themiſtius, & Philoponus teſtes ſunt. Secundo etiam quia primum membrum cum ſecundo concidit. Nam dum altera cauſarum per alteram demõſtratur, altera (vt effectus) altera (quæ demonſtrat) vt cauſa ſe habet. Tertio: quoniam tertium membrũ impoſsibile videtur, nam cũ alterum indiuiduum alterum demonſtrat, idem ſpecie erit notius atque prius, ignotius atque poſterius, & quidem ad nos ſiquidem ſingularia nobis primo nota ſint. Quare cum indiuidua illa eiſdem ſpeciei ſint, ſit vt idem ſpecie ad nos ſit prius & poſterius notum. Quarto etiam, quoniam quodam quod in quarto membro addit, friuolũ eſt. Quippe cum de ſingularibus non ſit ſcientia, nec eadem nec diuerſa & ſic quod non facit ad ſcire, nec ad ſciendi differentiam facere videtur. Cũ igitur indiuidui conditiones ad ſcire non faciant, nec ad ſciendi differentias facere debent. Et ita vapor, vt denſus non eſt diuerſum ſcibile à ſeipſo, vt eſt rarus. Igitur non plus demonſtratur per ſeipſum ratũ ad ſeipſum (vt denſum) quam hoc eſt ſi hoc eſt. Themiſtius vero aſſerit in conuerſione demonſtratiua Primum proceſſum, qui ab effectu in cauſam eſt, eſſe ſyllogiſmum tantum, Secundum vero, qui eſt à cauſa ad effectũ, eſſe proprie demonſtrationem propter quid, vt Secundo huius aſſerit, & in Hoc Primo, & In Primo Phyſicæ auſcultationis, & ſic in demonſtrationis circularẽ oſtenſionem negat, in ſyllogiſmis vero concedit. Quam poſitionem Alexãder, & Philoponus apertiſsime hic fatentur. Themiſt°. Cap. 30 Cap. 46. Cap. 1 ...

Dubitatio. Sed dubitare fortaſſe, quoniam ab effectu in cauſam ſyllogiſmus eſt, & cum non dialecticus, non enim generat opinionem: neque ſophiſticus, non enim generat ignorantiam ergo demonſtratiuus.

Solutio. Philopon. Philoponus reſpondet quod eſt ſyllogiſmus coniecturalis, & quidẽ neceſſarius velut ille, hęc mulier lac habet in mamillis: ergo fuit prægnans: hic enim ſyllogiſmus Signum, quod Ariſto. in rhetoricis tecmerium: hoc eſt inſolubile appellat, non tamen eſt demonſtratio, nec dialecticus ſyllogiſmus, nec ſophiſticus, ſed demonſtratiua coniectura: per quæ Philoponus innuit ſyllogiſmi quatuor ſpecies eſſe: demonſtrationem, dialecticum, ſophiſticum, & ſignum, ſiue coniecturam neceſſariam. Syllogiſmi quatuor. ſpẽs ſecũdum Philopon.

2. dubitõ. Reſponſio. Secundo dubitares quo modo proceſſus à cauſa in effectum ſit demonſtratio. Dicendum, quod perfectum demonſtratur cauſa non ſimplici

pliciter, ſed ex cōditione videlicet. ſi ille effectus A
in aliam cauſam reduci non poſsit, à cauſa vero in
effectum demonſtratio eſt propter quid,& per no
tiora naturæ, nobis vero inuēta per effectum, vt in
Metheorologicis diximus. Animaduerte tamen,
Cap. 7. & Cap. 25. quod Themiſtius Primo huius videtur aſſerere du
plicem demonſtrationem & propter quid,& quo-
niam: quibus Auerroes tertium genus, videlicet de
monſtrationem ſimpliciter addit: per quæ opor-
tet concedere conuerſionem, ſaltem diſformem in
Ad primū. demonſtrationibus. Verum de his hactenus. Per
Ad ſecūdū hæc delentur rationes. Prima quidem: quoniam
Ad tertiū. Ariſt. non de demonſtratione, ſed de ſcientia lo-
quitur, vt poſtea dicemus. Secunda vero, quoniam
ſimilitudo claudicat. In arte enim multi circuli dan
tur, non tamen in demonſtrationibus. Deletur ter
tia, quoniam concedam circularem oſtenſionem
in demonſtrationibus, vt demonſtratio ſyllogiſ-
Solutio cō tradictiōis Them. mus eſt, non tamen, vt demonſtratio. Ad contra- B
dictionem. Themiſtij, pro præſenti doctrina dice
rem, quod ſicut ſyllogiſmus quoniam non eſt ſyl-
logiſmus abſolute, licet dicatur ſyllogiſmus quo-
niam, Secundo Priorum, & hoc quia eſt ſyllogiſ-
mus ſecundum materiam, ſic demonſtratio quia
non eſt abſolute demonſtratio, ſed demonſtratio
quoniam, ſiquidem ſecundum materiam demon-
ſtratio eſt, cum ſit ex neceſſariis. Ad hoc enim vt
aliquid dicatur abſolute ac ſimpliciter tale debet
eſſe tale ſecundum formam. Qua ratione concedi
poſſet ſyllogiſmum ab effectu in cauſam eſſe de-
monſtrationem quia, non tamen abſolute demon-
ſtrationem. Quia licet ex neceſſarijs ſit, non tamē
ſecundum formam demonſtrationis, quia non ex
primis, notioribus, cauſis, & cæteris conſtat. Qua
Demſo qa abſolute ē ſyllis tantū. re demonſtratio quia abſolute ſyllogiſmus eſt tan C
tum: quoniam ſecundum formam eſt ſyllogiſmus.
Non tamen dicitur ſimpliciter demonſtratio, ſed
ſecundum materiam: quia ex neceſſarijs, veluti nec
homo albus ſecundū dētes, dicitur abſolute albus.

ARGV. *Cum autem fieri nequeat, vt id aliter ſeſe habeat, cuius eſt abſolute ſcientia: id neceſſarium eſt profectò quod demonſtratiua ſciri ſcientia poteſt: atque ea eſt demonſtratiua ſcientia, quam habemus demonſtrationem habendo. Eſt ergo demonſtratio ex neceſſarijs ratiocinatio.*

Quoniam autē impoſsibile eſt aliter ſe habere id cuius
DILVCI. Tex. cō. 7. *eſt ſcientia ſimpliciter, neceſſarium vtique erit ſcibile, id*
Demſo eſt ex neceſſariis. *quod ſecundum demonſtratiuam ſcientiam eſt. demonſtratiua autem eſt, quam habemus in habendo demonſtrationem. Ex neceſſarijs itaque ſyllogiſmus eſt demonſtratio.*

Com. 40. Cum redarguiſſet eos, qui nullius demonſtrationem dicebant, & eos, qui omnia demonſtrabilia eſſe ſupponebant, nunc conſequenter, & ordinatim (vt Philoponus exponit) redit in id, quod ab initio incœpit. videlicet quid nam ſit demonſtratiua ſcientia. Sed, quoniam hoc ſcire nō poſſumus, niſi ſciuerimus, quorum eſt demonſtratio, & ex quibus eſt demonſtratio, ideo reſumit de his ſermonem, & declarat ſubiectam materiam demonſtrationi: & ſecundum Philoponum procedit à primo ad vltimum ſic, Id, cuius eſt demonſtratio, impoſſibile eſt aliter ſe habere: ergo demōſtratio eſt quid neceſſarium. demonſtratio eſt quid neceſſarium. ergo demonſtratio eſt ex propoſitionibus neceſſariis. non n. neceſſariū ex non neceſſariis demonſtrari pōt. Et ſic non ſolū ſimpliciter verorū eſt demonſtratio, ſed etiā neceſſariorū, & ex neceſſarijs propōnibus? Sic Philo. ordinauit, & ſic legitur ſm ipſum. {Qm autem impoſsibile eſt aliter ſe habere, id cuius eſt ſcientia ſimpliciter} id eſt. quoniam ſcibile impoſsibile eſt aliter ſe habere, {id quod ſecundum demonſtratiuam ſcientiam eſt ſcibile, erit neceſſarium} hoc eſt demonſtratio erit quid neceſſarium. Nam ſi ſcibile, hoc eſt problema demonſtratiuum impoſsibile eſt aliter ſe habere, demonſtratio erit quid neceſſarium, & problema demonſtratiuum etiam erit ſimpliciter neceſſarium. Deinde argumentatur vlterius, demonſtratiua autem eſt, quam habemus in habendo demonſtrationem, hoc eſt demonſtratio eſt quid neceſſarium, cuius concluſionem habemus in habendo demonſtrationem {itaque}, hoc eſt demonſtratio eſt ſyllogiſ- B mus ex propoſitionibus neceſſarijs. Poteſt & aliter legi textus intelligēdo per ſcibile, cuius eſt ſciētia ſimpliciter, vel quid eſt ſecundum demonſtratiuam ſcientiam, concluſionem, quæ in principio eſt quæſtio ſcientifica, in fine eſt concluſio demonſtrata. Et tūc lege ſic, quoniam aūt id, cuius eſt ſciētia ſimpliciter hoc eſt ipſum ſimpliciter ſcibile eſt impoſsibile aliter ſe habere, ipſum ſcibile, quid ſecundum demonſtratiuam ſcientiam eſt neceſſariū eſt. Eſt enim definitio neceſſarij, quid ſit id, quod impoſsibile eſt aliter ſe habere: locus enim eſt à definitione ad definitum, qui locus eſt neceſſarius & optimus: hoc eſt primum Enthymema. Deinde ſaeit ſecūdum Enthymema, & intelligitur (vt prius) hoc modo, demonſtratiua autem eſt quam habemus in habendo demonſtrationem: id eſt demon- C ſtratio eſt quid neceſſarium, cujus concluſionem habemus in habendo demonſtrationem, tunc dat concluſionem, quam intendit, & inquit} Ex neceſſarijs itaque ſyllogiſmus eſt demonſtratio. Quo vero ad verba attinet Animaduerte, quod duplex eſt neceſſarium, vt Philoponus aſſerit, Alterum ex ſuppoſitione, vt neceſſarium eſt infirmum flebothomari, nō enim ſimpliciter neceſſarium eſt, ſed ſi debet ſanari. Alterum ſimpliciter, quod videlicet impoſsibile eſt aliter ſe habere, vt Solem oriri: cum ergo ait, id quod impſsibile eſt aliter ſe habere, eſſe neceſſarium ſimpliciter neceſſarium intellexit. Dubitant contra id, quod Ariſ. ſupponit. ſ. neceſſarium non niſi ex neceſſariis demonſtrari. D Quoniam ex contingentibus aliquando neceſſarium ſyllogizatur. Nam ſequitur, contingit omne currens eſſe animal; contingit omnem hominem currere: ergo neceſſario omnis homo eſt animal. Iuniores dixerunt neceſſarium ex non neceſſarijs ſyllogizari poſſe, non autem demonſtrari. Sed cōtra adhuc dubitatur. Primo quidē. quia Primo Priorum dicitur, quod concluſio debet eſſe ſimilis alicui propoſitionum. ergo non poteſt concluſio eſſe neceſſaria, quin altera propoſitionum ſit neceſſaria. Secundo, maior dicit ſyllogiſmi non videtur contingens, quoniam impoſsibile eſt aliter ſe habere. Quicquid ſit, dicendum ex contingentibus ſequi neceſſarium, non quidem propter quid ſed quoniam, vt Secundo Priorum dicitur ex falſis ſyllogizari verum.

Neceſſaria duplex.

Dubitatio.

Sumen-

ARGV. *Sumendum eſt igitur ex quibus qualibuſue demonſtrationis conficiuntur: Atque primo determinemus, quid de omni, quid Per Se, quid Vniuerſaliter dicimus.*

DILVCI. *Accipiendum ergo eſt ex quibus, & qualibus demonſtrationes ſunt, Sed primo determinabimus quid dicimus de Omni, & quid Per ſe & quid Vniuerſaliter.*

Cum reſumpſiſſet quod demonſtratio ſit ex neceſſarijs propoſitionibus, & hoc quia eſt de neceſſarijs problematibus, nunc ordinat ſe ad ea, quæ dicturus eſt poſt hęc, & dicit} Accipiendum ergo eſt ex quibus propoſitionib' neceſſarijs & de qualibus problematibus neceſſarijs demonſtrationes ſunt.

Philopo. Philoponus per verbum quibus intelligit ex quibus propoſitionibus: per verbum qualibus intelligit .ſ. problematibus, vt ſit ſenſus, cum demonſtrationes ſint ex propoſitionibus neceſſariis, & de problematibus neceſſarijs, ergo poſt hæc accipiendum eſt ex quibus propoſitionibus neceſſarijs, & de qualibus problematibus neceſſarijs ſunt demõſtrationes ipſæ. nam dicemus demonſtrationes eſſe ex propoſitionibus neceſſarijs, & de problematibus neceſſariis: in quibus prædicatum dicitur de omni ſubiecto, & per ſe, & vniuerſaliter. Affert tamen ordinem & inquit. } Sed primo determinabimus quid dicimus de omni ſubiecto prędicari, & quid per ſe de ſubiecto prædicari, & quid etiam vniuerſaliter de ſubiecto prædicari. Huius intentionis (vt ex verbis Themiſtij colligi poteſt) duæ cauſæ videntur: prima quidem, vt abundemus propoſitionibus, his enim tribus cognitis & ideonei, & & abundi erimus propoſitionibus, quibus & de quibus ſunt demonſtrationes. Et quidem facile, propoſitiones poterimus inuenire ad demonſtrãdum omne problema demonſtratiuum. Secunda vero quoniam, cum demonſtrationes ſint ex neceſſarijs propoſitionibus & de neceſſarijs problematibus: & neceſſarium ipſum multiplex ſit, niſi ipſum diſtinxerimus, non poterimus ſcire ex quibus propoſitionibus, & de qualibus problematibus demõſtrationes ſunt.

Cã ordinis. Ordinis vero cauſa eſt: quoniam vniuerſaliter prædicari intelligi nõ poteſt ſine prædicari per ſe, prędicari vero per ſe, minime ſine prędicari de omni: ergo prius accipiendum eſt quod ſit prædicatum dici de omni vel de aliquo ſubiecto ſecundo quid ſit dici per ſe, vel per accidens de ſubiecto. & tertio qui ſit ſic vniuerſaliter, vel non vniuerſaliter de ſubiecto dici.

Verborum expoſitio. Quo vero ad verba attinet, Ariſt. dicit eſſe accipiẽdum ex quibus & qualibus demonſtrationes ſunt, non autem dixit ex quot: qm̃ neceſſarium non eſt ſm numerum prædicatorum: ideo non oportet perquirere ex quot neceſſarijs demonſtrationes ſit. At, quia problema eſt ſecundum numerum prædicatorum, ideo primo Topicorũ Ariſto. proponit dicere ex quibus & qualibus, & quot ſi dialecticus ſyllogiſmus.

ARGV. *Id itaque de omni dicimus, quod non cuidam ineſt, cuidam non ineſt, nec interdum competit, interdum non competit nam ſi animal omni de homine dicitur, ſi verum eſt hunc dicere hominem, verum eſt eum & animal dicere. At ſi nunc verum eſt & alterum dicere, verum eſt & alterum dicere, & ſi in omni linea punctum ineſt, ſimiliter.*

DILVCI. Quid ſit de omni prædicari. *Et de omni quidem hoc dico, quod vtique eſt nõ in quodam quidem, in quodam autem non neque quod aliquando quidem, aliquando vero non, Vt ſi de omni homine ani*E*mal, ſi verum eſt quidem hunc dicere hominem. verum eſt etiam dicere animal. & ſi nunc alterum, & alterum. Et ſi in omni linea punctum, ſimiliter.*

Cum propoſuiſſet ſe velle dicere, quid ſit de omni ſubiecto prædicari: & quid per ſe de omni ſubiecto prædicari, & quid vniuerſaliter de omni ſubiecto per ſe prædicari: nunc hæc proſequitur, & primũ exponit quid ſit de omni prædicari. Com. 41. Themiſtius diſtinguit, duplex de omni: Themiſt. Dictũ de oĩ duplex. Alterum quod in libro de ſyllogiſmo eſt definitum, quod Iuniores prioriſticum appellant: 1. priorum primo. Alterum quod hic definitur, quod poſterioriſticum vocant. & innuit inter hæc hãc differentiam. quod de omni prioriſticum ſit contractum ad materiam de ineſſe: quoniam de omni prioriſticum eſt, quod non ſemper, ſed aliquãdo omnibus ineſſe dicetur, & ſic de omni prioriſticum eſt, quando prædicatum de ineſſe aliquan F do ineſt omni ſubiecto. De omni vero poſterioriſticum eſt contractum ad materiam neceſſariam, & hoc ſuper addit illi vniuerſalitatem temporis: quoniam nõ aliquando prædicatũ ineſt omni ſubiecto, ſed ſemper. Quam differentiam Philoponus etiam aſsignauit, Philopo. cum dixit, nam ibi quidem de omni dicebat, quod omni ineſſe, & ſi non ſemper dicatur. Cuius cauſam aſsignat. Philoponus ex eo, quia ibi non indigebat ipſo verbo ſemper: quoniam non faciebat ſermonẽ de demonſtratiuo ſyllogiſmo, ſed ſimpliciter de ſyllogiſmo, ĩ quo huius ſolius indigentia eſt, videlicet quod omnibus ſubiectis inſit prædicatum. Hoc tamen in loco, & verbo omni, & ſemper indiget: quoniam loquitur de demonſtratiuo ſyllogiſmo. Et ſic Philo. cum Themiſtio eãdem differentiam inter hęc aſsignauit.

De omni topicum. Addebamus G in iuuenta, quod ſit etiam de omni dialecticum, ſiue topicũ, vtputa quod ad materiam probabilem contrahitur, & hoc requirit vniuerſalitatem temporis, atque ſubiecti, non quidem ſimpliciter, ſecundum opinionem. Amplius quod ſit de omni ſophiſticum, Deoĩ ſophiſticum. vtputa quod contrahitur ad materiam impoſsibilem: & hoc requirit vniuerſalitatem temporis, atque ſubiecti: non vere, aut ſecundum opinionem, ſed apparenter. Refutatio expoſitiõis Themiſt. & Philopo. Nũc vero ſalua pace Themiſtij, & Philop. videtur mihi eſſe dicendum quod non intellexerunt differentiam inter hæc. Præterea dicendum de omni poſterioriſticum eſſe, cum prædicatum ineſt omni ſubiecto ſecundum rem, ſiue conſenſu ſumatur omni ſubiecto ineſſe, ſiue non ſumatur. Vt homo eſt animal. Propria põ Nam animal ſecũdum rem ineſt omni homini vniH uerſaliter, & ſiue conſenſu ineſſe ſumatur, ſiue nõ ſumatur: De oĩ vero prioriſticum eſt, cum poſitione ac conſenſu prędicatũ ſumitur omni ſubiecto ineſſe, ſiue inſit ſimpliciter, ſiue non inſit: modo eum ſumatur, vt poſitum omni ineſſe, dicitur de omni prioriſticum. Cauſa. Cauſa autẽ, quoniam ſyllogiſmus nõ eſt ſemper ex veris, ſed ex quibuſdam poſitis, vt veris. Demonſtratio autẽ ex veris & neceſſarijs, quæ ſunt per ſe vera, & neceſſaria. De omni aũt dialecticum, eſt qñ prædicatum ſm opinionem ineſt omni & ſemper. At de oĩ ſophiſticum eſt, qñ prędicatũ ineſt oĩ ſubiecto & ſemper apparenter. Ex quo patet ipſum de omni prioriſticum non eſſe contractum ad aliquam materiam. vt Themiſtius, & Philop. dicere videntur, ſed eſt commune ad omnem

ma-

materiam, velnti ſyllogiſmus ſimpliciter eſt communis omni ſyllogiſmo. Deſcribit ergo Ariſt. de omni poſterioriſticum, & inquit: {& de omni quidem hoc dico, quod vtique ſit prædicatum non in quodam quidem in quodam antē non } Per quæ dat intelligere vniuerſalitatē ſubiecti } neq; quod aliquando quidem, aliquando vero non { per quæ dat intelligete vniuerſalitatem temporis, & ponit exemplum: & inquit. } Vt ſi de omni homine animal prædicetur. nam tunc animal de omni homine dicitur, cuius cauſam aſsignat, & ſubdit, } quoniam ſi verum eſt dicere hunc, eſſe hominem, verum eſt etiā dicere eſſe animal, & hoc quo ad vniuerſalitatem ſubiecti, & ſi nunc alterum verum eſt dicere, & alterum etiam verum eſt dicere, & ſic innuit vniuerſalitatem temporis. Quoniam homo non interdum quidem eſt animal, interdum vero non eſt **B** animal, ſed ſemper & homo eſt, & animal. In dormendo vero non ita eſt, quoniam hominem quidem exiſtentem, aliquando quidem contingit dormire, aliquando non, animal antem aut mortale, vniuerſaliter & ſemper. Et ſi in omni linea punctum, ſimiliter hoc eſt non interdum quidem ineſt lineæ punctus, interdum autem noo ineſt, ſed vniuerſaliter & ſempet. Sed circa hæc dubitant. Primo quidem, cur reticuit prædicari de nullo, & eſſe in toto. Amplius dubitant: quia non bene definit Ariſtotel. prædicari de omni per dupulicem negationem: quoniam per puras negationes, nihil definitur. Præterea dubitatur, prætermiſit loci vniuerſalitatem, cum vniuerſalitas loci neceſſaria ſit ipſi prædicari de omni non minus quàm vniuerſalitas tēporis. In ſuper, videt ꝙ vniuerſaliter prædicari, & de omni prædicari idem ſit: ergo **C** alterum ſuperfluit. Demum quærunt quæ differētia ſit inter prædicari de omni, & vniuerſalem propoſitionem, Cum vniuerſalis propoſitio ſit, qñ nihil eſt ſumere ſubiecti, de quo non dicat prædicatum. Delentur dubitationes, & prima quidē, quoniam propter duas cauſas prætermiſit prædi-

Ad primū Solutio.

cari de nullo. primo quidem, quia ſatis eius definitio colligitur ex definitione eius, quod eſt prædicari de omni. Secundo vero, qnoniam ſolius demonſtrationis potiſsimę cōditiones inquirit, modo, omnis talis eſt affirmatiua. Omiſit etiā eſſe in toto, Primo quidem, qñ concidit cum prædicari de omni. Secundo vero, quia hæc ſcientia eſt reſolutoria, & reſolutio à prædicato incipit. Præterea quęcunque de illo dixit primo priorum fuerūt ſufficienter dicta. Deletur etiam Secuuda, quoniam nihil prohibet deſcriptionem per negationes aſ-

Caſ. pri. Ad ſcdm.

ſignari, ſecus eſt de definitione. Eſt autem aſsignata hæc deſcriptio per negationes, qñ per affirmationis eſſet falſa: nam ſic daretut, prædicatum de omni eſt qñ ineſt in quolibet ſubiecto, & ſemper. Modo hoc ſignificaret, ꝙ ſemper ſubiectum haberet plura ſub ſe, & ſic lucidum nō diceretur de omni ſole, & propterea bene dixit quod non in quodā ſit, & in quodam non ſit, neque aliquando quidem: aliquando noo. Nam ſi animal prædicaretur de homine ante mundi creationem, prædicaretur de omni, & non ſemper, cum non eſſet tempus. Tertia quoq; deletur, ꝙ locus ſit magis de conditio-

Ad tertiū

ne indiuidui, quā de conditione vniuerſalis. Satis **A** enim ſit, vt prædicatum inſit omni ſubiecto, & hoc potius ſecundum tēpus eſt, quam ſecūdum locum. Quarta deletur. qñ vniuerſaliter prædicari eſt de omni prædicari, & per ſe, & primo: at de omni prædicari non eſt niſi cum prædicatum inſit omni ſu-

Ad quartū.

biecto, & ſemper. Differentia veto inter propoſitionem vniuerſalem, & dictum de omni non eſt ſe-

Ad quintū.

cundum rem, qñ idem ſunt. Differunt aūt eo ſolū, ꝙ dictum de omni det intelligere extremitatem minorem ſub maiori extremitate accipi, quam acceptionē non denotat propoſitio vniuerſalis.

Atque huius ſignum eſt id quod facimus. Hoc.n pacto ſolemus inficiationes afferre cum interrōgamur de omni, ſi de aliquo non dicatur, aut ſi interdum non ſit.

A R G Y.

Signum autem eſt, nanque inſtantias ſic ferimus. Vt **B** *de omni interrogati, aut ſi in quodam non, aut ſi aliquando non.*

D I L V C I. Dictum de oi vniuerſalitatē tpis ac ſubiecti exigere. Cōmē. 43.

Cum accepiſſet in deſcriptione eius, quod eſt dici de omni demōſtratiuum, vniuerſalitatem ſubiectorum, & temporis probat nunc ex inſtantiis, quę feruntur contra demonſtratiuas propoſitiones. Qui enim ſtant cōtra aliquam propoſitionem demonſtratiuam, non ſolum putant redarguere ipſam ſi oſtendunt non omni ſubiecto ineſſe prædicatum, aut non ineſſe, ſed etiam ſi ſemper inſit, aut non inſit. Vnde (vt Themiſtius inquit) qui reprehendere hoc genus volunt, ſolent alterum proba-

Themiſt.

re, aut ꝙ alicui vni non inſit, aut ꝙ aliquando non inſit. Inſtamus enim contra hanc, omnis homo diſputat: vel quia mutus homo noo diſputat, vel quia dum dormit, nō diſputat. Sed quod modis aliquid deſtruit, tot modis conſtruitur, igitur ſi propter **C** tēporis particularitatē dictum de omni deſtruitur, propter temporis vniueſalitatem conſtruitur. Similiter, ſi propter ſubiecti particularitatē deſtruitur, pp ſubiecti vniuerſalitatem conſtruitur. Igitur vtraq; vniuerſalitas neceſſaria eſt. Animaduerte, ꝙ ipſi de omni datur duplex contradictoria, aut

Dicto d oi duplex cōtradictoria datur.

vna cootradictoria habens duas cauſas veritatis, videlicet hæc, oon omnis homo diſputat, quæ vera eſt, ſiquidam homo non diſputat vt mutus. ſi enim aliquis homo non diſputat, ſequitur ꝙ non omnis homo diſputet. Amplius vera eſt, ſi aliquando non omnis homo diſputat, vt puta dum dormit. Sequitur enim dum dormit, non omnis homo diſputat, Ergo oon omnis homo diſputat. Quare ſi duabus cauſis veritatis vera eſt contradictoria, dictum de omni conſtruetur duplici vniuerſalitate, inquit: **D** {Signum antem eſt, nanque inſtantias ſic ferimus, vt de omni interrogati: aut ſi in quodam oon, aut ſi aliquādo non. In dicto de omni prioriſtico inſtamus ſolum vno modo, videlicet ſi in qnodam non, dicto vero de nullo inſtamus, ſi in quodam ſic: nulla habita ratione ad tempus. Vnde Philoponus inquit. Quod ipſum de omni eſt tale, velut diximus ſuperius. Signum eſt, ꝙ interrogati concede-

Philopo.

re, demōſtratiuis propoſitiouibus, videlicet ſi omnis homo eſt animal, omnis homo differit, inſtantias proferunt, non ſolum quærentes ſi omni ſubiecto inſit prædicatum, ſed ſi etiam omni quidem, ſed non ſemper. Erit enim manifeſtum quod noo inſit omni, niſi ſemper de omni erit ſubiecto predicatum, hæc de dicto de omni ſufficiant.

ARGY.

Per ſe aūt dicimus ea, quæ ſunt in ratione quid eſt dicente. vt triangulo linea, & lineę punctum ineſt: Ex his enim ipſorum ſubſtantia conſtat, & hæc inſunt in ratione quid eſt dicente.

DILVCI. Tex. cō. 9. Quid ſit pdicatum p ſe in primo modo. Comē. 44

Per ſe autem ſunt, quæcunque ſunt in eo quod quid eſt. Vt triangulo linea, & lineæ punctum. Subſtantia enim ipſorum ex his eſt, & in ratione dicenti quid eſt, inſunt.

Cum determinaſſet quid ſit de omni, deſcendit ad ipſum per ſe. Et ſecundum Philoponū quatuor aſsignat ipſius per ſe ſignificata. Verum aliter Philoponus, aliter Themiſtius Primum ſignificatum ipſius per ſe intelligere videtur. Philoponus enim ſimpliciter Aſſerit, Primum ipſius per ſe ſignificatum, quodcunq; de aliquo pręducatur in ipſo quod eſt, quod quidem in definitione illius aſſumitur. At Themiſtius inquit, {Primum ipſius per ſe ſignificatum eſſe eorum, quæ cum de omni dicantur, in eo quod ſit rei eſſe de ſubiecto dicuntur: per quæ dat intelligere ipſum de omni eſſe veluti genus ipſius primi ſignificati per ſe, quoniam, non omne quod prædicatur de omni, prædicatur per ſe, nam de omni Cigno candidum prædicatur, quia & ſemper, & omni Cigno candor ineſt, non tamen in eo, quod ſit Cigno eſſe. Vnde dicit{Per ſe autē ſunt, ſ. prædicata, quæcunq; cum dicuntur de omni, ſunt in eo, quodquid eſt. Cuius exempla ponit, & inquit {vt trangulo linea. Eſt enim triangulus figura plana tribus lineis contenta.}& lineæ punctum. Nam linea eſt longitudo, cuius extrema ſunt duo puncta. Horum exemplorū cauſam aſsignat, & inquit. Subſtantia enim ipſorum; ſ. trianguli, & lineæ ex his eſt, ſcilicet trianguli ex lineis, & lineæ ex punctis, & in ratione dicente quid eſt triangulus, & quid eſt linea, inſunt hæc prædicata. Philoponus de definitione lineæ dicit, ꝙ illa definitio non ſit propria, quoniam in linea non eſt punctus vt pars Propterea ait lineæ definitionem eſſe, ꝙ ſit magnitudo in vnum diuiſibilis. Poteſt tamen dici, ꝙ licet puncta non ſint partes cōſtitutiuæ lineæ, ſunt partes definitiuæ, per quas linea definitur, veluti triangulus definitur per lineas. Dubitant iuniores, nam in hac propoſitione, animal eſt homo, & in illa, animal rationale eſt homo, homo prædicatur, de animali, vel de animali rationali, ideo quæritur qualia prædicata ſint. Præterea in hac, homo eſt equus, equus prædicatur de homine, ideo quæritur quale prædicatum ſit. Quidam dixerunt, omnes has prædicationes eſſe per ſe primo modo reductiue. Sed hoc videtur difficile, quoniam omne quod ad aliud reducitur. dependet ab eo, in quod reducitur, vt Secundo Phyſicæ auſcultationis colligitur. Modo nec conuerſa à conuertere, nec contra conuertens à conuerſa dependet. Propterea vel dicendum in nullarum duarum hominem eſſe naturale prædicatum de animali, ſed potius contra, vel dicendo quamlibet illarum duarum eſſe per ſe ſecundo modo, quoniam ſubiectum eſt aut prędicati definitio, aut definitionis prædicati pars. Quærunt rurſus quot ſunt ſpecies prædicatorum per ſe ſecundum hunc primum modum. Quidam Iuniorum in hoc primo modo eſſe quatuor ſpecies, ſiue gradus, dicunt. Nam in primo gradu reponunt vniuerſam definitionem, In ſecundo vero partem

Phil de. 1. ſignificato. Themiſt.

Per ſe prio mō ſunt, q, cū de omni ſint, inſunt. in ipſa diffinitione quidditatiua.

Quæ Phil. de definitione lineæ.

Dub. Iuniorum.

Reſpō aliquorum.

Propria reſpon.

Alia dubſ. Reſponſio.

E definitionis genus vel ſpeciem, In tertio reponūt omne magis commune reſpectu minus cōmunis; quo gradu ens per ſe primo modo aſſerunt prędicari de quolibet. In quarto gradu idem aſſeriūt eſſe prædicatum de ſeipſo: vt homo de homine. Sed hæc non ſunt peripatice dicta, quoniam Ariſto. vt Themiſtius & Philoponus expoſuerunt, ea prædicatorum de omni per ſe primo ſignificato eſſe aſſerit, quæcunque in ratione dicente quid eſt ipſius ſubiecti inſunt. Modo nec homo ineſt in ratione ſui ipſius, nec ens in ratione alicuius entis. Præterea ens non eſt prædicatum, vt Primo Topicorum conſtāt, quia nec genus nec definitio, nec accidēs, nec proprium. Iterum nec homo eſt prædicatum de ſe ipſo. Primo: quia homo ſub nulla ratione prædicati ipſi homini competit. Secundo, quia F (vt Philoponus inquit.) Prædicatum ſemper vult eſſe aliqua ex parte diuerſum à ſubiecto. Quare dicendum, ꝙ in primo ſignificato verbi per ſe ſola ea intelliguntur, quę cum prædicentur de omni, inſunt in ratione definitiua ſubiecti. dico in ratione definitiua: quia, ſi ineſſent in ratione deſcriptiua ſubiecti, non ob id eſſent per ſe prædicata in primo ſignificato: & ſic definitum, & definitionis partes ſola prædicata ſunt per ſe hoc modo. Hactenus de primo ſignificato verbi per ſe.

Cōfutatio.

Cap. 4.

Propria reſponſio.

ARGY.

Et item ea, quorum in ratione quæ quid eſt patefacit, ea ipſa ſunt quibus inſunt.

DILVCI. Secundus modus dicendi p ſe.

Et quibuſcunque eorum, quæ inſunt ipſis, ea in ratione inſunt, quid eſt declarante.

Cum accepiſſet primum ſignificatum verbi per ſe, hic aſsigna ſecundum. Et vult (vt Themiſtius exG ponit) ꝙ ea accidētia, in quorum ratione quid eſt declarante, ſubiecta inſunt, hæc per ſe his ſubiectis ineſſe dicuntur. Per quæ dat intelligere accidentia de proprijs ſubiectis per quæ definiuntur, per ſe prædicari ſecundo modo verbi per ſe: Album enim hac ſignicati ratione per ſe de homine non prædicatur. quoniam homo non collocatur in ratione dicente quid eſt album. Simitudo vero hac ſignificati ratione per ſe naſo ineſt, quis definitio ſimilitudinis naſi cauitas eſt. Sciendum vero (vt Philoponus animaduertit) verba Ariſtot. habere quandam obſcuritatem propter verbum illud ipſis. Tamen inquit. Et quibuſcunque eorum, quæ per accidēs aliquibus inſunt, ea in ratione inſunt quid eſt declarante: hoc eſt ea ſubiecta, quibus inſunt accidentia, in ratione aſſumuntur accidentium declarante quid eſt, vt totum ſit tale: & hęc dico per ſe, H quæ habent ſuum eſſe in alijs, quorum in definitionibus ſubiecta ipſorum aſſumuntur. Et dixit. In ratione inſunt, quid eſt declarante: quia ſi ponerētur in deſcriptione ex accidentibus collecta, quæ non declarat quid eſt, non ineſſent per ſe hoc modo.

Philopon.

ARGY.

Quo pacto lineę quidem rectum & curuum ineſt, numero vero par atque impar, primum atque compoſitum, figura denique laterum æqualium, ac altera parte longior. Atque in horum quidem definitione numerus, in illorum autem linea ineſt. Quæ igitur aut illo, aut hoc inſunt modo, per ſe cuique competere dico.

DILVCI. Exempla ſecūdi modi per ſe.

Veluti rectum & curuum inſunt lineæ: & par & impar numero, Et primum & compoſitum. Et Iſopleurum,

rum, & altera parte longius, & omnibus his inſunt in ratione quid eſt dicente, illinc quidem linea, hinc vero numerus vero. Similiter autem & in alijs huiuſmodi vnicuique per ſe eſſe dico.

Cõmen.46. Quæ dixerat de ſecũdo ſignificato verbi per ſe, nunc quatuor exemplis exponit. Prima duo apud Expoſitores græcos non ſunt difficilia, qm̃ illa concorditer exponunt. Vnde dicit. {Veluti rectum & curuum inſunt lineæ} ſubaudi hoc ſecundo modo per ſe: quoniam in definitione recti linea ponitur, eſt enim rectum linea, cuius medium non diſcrepat ab extremis. In definitione etiam curui linea collocatur: eſt enim curuum linea, cuius medium diſcrepat ab extremis. Et par & impar hoc modo per ſe inſunt numero: qm̃ numerus ponitur in definitione eorum. Nam impar eſt numerus in partes inæquales diductus, Par vero numerus in partes æquales diductus. Hæc ergo duo exẽpla perſpicua ſunt. affert tertium, & inquit: { Et primum & compoſitum, ſubaudi eodẽ modo per ſe numero iſunt: quoniam in definitione cuiuſq; horũ numerus ponitur. Intelligit aũt Alexand. per primum numerum numerum, non primum ſecundum ſe, ſed primum ad aliud: vtputa, qui à ſola vnitate menſuratur, vt quinarius, ſeptennarius. 11. 17. Neq; enim à duitate, neque ab vllo alio modo hi menſurantur, ſed à ſola vnitate ipſa. Compoſitos vero eos eſſe aſſerit, qui ex vnitate & alio quodam numero, ane numerus menſurantur. Vt ſenarius: etenim à duitate & trinitate, & vnitate, menſuratur. 9. etiã vnitate, & ternario. 12. vero vnitate: binarijs: ternarijs, & quaternarijs. Quare per primum numerũ Alexander intelligit qui ſola vnitate mẽſurari poteſt. Per cõpoſitum vero, qui vnitate & alio vel alijs numeris. Sed contra Alexandrum obiicit Philoponus, qm̃ Ariſto. non pluraliter dixit primos numeros, ſed ſingulariter primum & cõpoſitum. Et ſic per primum intelligit Philoponus primum ſimpliciter, per compoſitum vero eum, qui ex primo ſimpliciter componitur. Poteſt aũt Alexander defendi, qm̃ primum accipitur indefinite & ſic pluraliter intelligi poteſt. vt homo currit, eſt vera, ſi plures homines currunt. Hæc de tertio exemplo, deinde affert quartum, & inquit: { Et Iſopleurum: hoc eſt æquilaterũ, & altera parte lõgius: hoc eſt gradatũ. Et Alexander intelligit in figuris. Eſt enim figura triangula quædã æquilatera, quædam gradata: cuius altera pars longior eſt. Quæ expoſitio (vt Philoponus inquit) videtur veriſimilis. tamen aliter exponit: & vult Ariſ. hæc in numeris intelligere, eſt enim equilaterus numerus, vt. 9. qm̃ ex ternario in ſeipſo ducto factus eſt. Altera vero parte longiores dicimus eos, qui ex inæqualibus numeris multiplicatis reſultãt, vtputa. 15. nam componitur ex quinario ducto in ternarium. Quod aũt non in figuris hæc, ſed in numeris acceperit, declarauit ex his, quæ ſubſcribit, & inquit {Et pro nam, quaſi dicat, nã omnibus ipſis inſunt in ratione quid eſt declarante: hinc quidem linea, hinc vero nũerus. Hoc eſt in definitione oĩum eorum, quæ dicta ſunt, inſunt ſubiecta ipſis, hic quidem linea, hoc eſt in recto & curuo linea, in alijs vero numerus. & ſic æquilaterum, & alterum, & altera parte longius non in figuris, ſed in numeris accepit. Hæc Philop. Si quis

Alex. de. 4. exemplo.

Quæ Phil.

Expoſitio. Alexand.

Phil. contra Alexand.

Defenſio p Alexand.

A aũt vellet, poſſet defendere Alexandrum, & dicere, q in definitione oĩum eorum, quæ dicta ſunt, ponitur aut linea aut numerus. Linea quidẽ in definitione curui & recti, Iſopleuri & altera parte longioris. eſt enim Iſopleurus triãgulus æqualibus lineis contentus. Altera parte longior eſt triangulus altera linea inæquali. Et ſic in definitione curui & recti linea ponitur, vt genus in definitione Iſopleuri & altera parte longioris linea ponitur, vt differentia. In definitione vero paris & imparis, primi & cõpoſiti ponitur numerus. Addit & non ſolũ hæc, q inſunt numero & lineæ ſunt prædicata per ſe ſecundo modo: ſed ſimiliter in alijs hmõi per ſe eſſe dico vnicuiq; ſubiecto, quod ponitur in eorũ definitionibus. Et ſic põt Alexan. defendi. Quærunt quot ſunt gradus, ſiue ſpẽs huius ſecundi modi. Reſpõ B dent iuniores q aliqua pdicata reponuntur in hoc modo directe, aliqua per reductionem. q directe reponuntur, ſunt vel quę fluunt ex principijs ſpec ei. vt riſibile, & diſciplinabile ex principijs hominis, vel quæ fluunt ex principijs indiuidui vt Simum ex principijs huius vel illius hominis. Per reductionẽ vero afferunt quatuor reponi in hoc ſecundo modo. Sed videtur q per reductionem nihil reponatur i hoc modo, qm̃ nihil reducitur ad aliud, quod non dependet ab illo, vt ſuperius dictum eſt. Propterea dicendum, q prædicata ſecundi modi quædam ſunt naturalia. in quorum definitionibus ponuntur ſubiecta, vt homo eſt riſibilis, vel naſus eſt ſimus: quędam ſunt prædicata nõ naturalia, in quorum definitionibus ponuntur ſubiecta, vt animal eſt homo: & ſubſtantia eſt animal. Homo enim de animali: & animal de ſubſtantia innaturaliter prædi C cantur, & ſubiecta ponuntur in definitionibus prædicatorum. Ex his ſequitur q non oportet prædicata ſecundum hunc modũ eſſe de omni, vt ex verbis Themi. colligitur. ſatis enim eſt, vt ſubiectum ponatur in definitione prædicati, nec aliud requiritur ſecundum Themiſtium, & Philoponum.

Quo poſsit defẽdi Ale.

Dubitatio.

Reſponſio. Iuniorum.

Prædicata ſecũdi modi, nõ ſunt de omni.

ARGY. *Quæ vero neutro modo competunt accidentia: quẽadmodum competit animali muſicum aut album.*

DILVCI. *Quæcunq; vero neutro modo inſunt, accidentia ſunt Vt muſicum aut album animali.*

Tertius modus per ſe. Comẽ. 47. expoſitio Themiſti.

Themiſtius videtur verba hæc referre ad tertiũ modum, ſiue ſignificatum verbi per ſe. Dicit enim tertia forma eorum, quæ per ſe adſunt, pertinent ad accidentia, quæ ita ſubiectis ſuis inſunt, vt non D alijs prius. quõ ſuperficiei color & muſicum animali. Propterea cõcludit Themiſtius, ea igitur quæ tribus his modis de aliquo afferũtur per ſe afferri dicuntur. Hęc Themiſtius. per quæ dat intelligere Ariſt. hic attuliſſet tertiam formam prædicatorum per ſe, & non (vt alij dixerunt) prædicatorum per accidens. Præterea dat intelligere hanc formam eſſe, qm̃ aliquod accidẽs ineſt alicui ſubiecto, non mediante aliquo ſubiecto priori. Hac rõne color ſupficiei per ſe ineſt: qm̃ primo & imediate ei ineſt. Cõſonant huic expoſitioni, quæ Ariſ. inqt. 5. Metaphyſicæ, & Auer. ibidem. Vnde Ariſto. inquit, & alio modo illud, in quo eſt aliquid primo naturaliter, vt color in ſupficie. Auer. vero inquit, & dicitur per ſe etiã de prædicabilibus de ſubiecto pp

error aliquorum. Cõmen.13.

naturam ſubiecti ſine aliquo mediante, ſicut dici-mus ꝙ ſuperficies eſt alba per ſe, ideſt primo, & ſine medio. Corpus.n.non eſt album, niſi per ſuperficiem. Quod aũt textui nõ diſſonet, patet ſi ſic legatur. Quæcunq; vero neutro modo inſunt, hoc eſt nec primo, nec ſecundo modo, & ſubaudi immediate, accidẽtia ſunt per ſe prędicata, vt muſicũ & album aĩali. Muſicum.n.immediate aĩali ineſt ſecundũ aĩam, album vero immediate ſ͠m ſuperficiẽ.

Et ſi dices Themiſti.velle omne per ſe eſſe de oĩ.

Dicendum illud ſolum eſſe verum de primo ſignificato verbi per ſe. Philoponus vero hæc accidentia eſſe aſſerit, cuius expoſitioni hærent Auer. & alij Iuniores, hæc enim expoſitio facilius Ariſt. verbis accommodatur, eſt enim illa Themiſtij pa rum violenta, vt patet legenti. Quærit Philoponus, & quidem non iniuria, nunquid ea accidentia, quæ non ſeparantur, per ſe ineſſe dicantur, his ſubiectis è quibus non ſeparantur. Vt nigrum coruo. Reſpõdet, & quidem ſatis admodum probe, ꝙ nullo pacto, qm̃ Ariſt. determinauit ea accidentia per ſe eſſe in ſubiectis, in quorum definitionibus ſubiecta ponuntur, ſiue ſint ſeparabilia, ſiue non. Vlterius quærit nunquid ſit aliqua regula eorum accidentium inſeparabilium, quæ per ſe inſunt? Iterum reſpondet ꝙ ſic: nam ea accidentia recipiunt ſubiecta in eorum definitionibus, quæ illis ineſſe p eorum naturam determinantur, vt ſimum & riſibile. Simum.n.in naſo natura determinatur, riſibile vero in homine: quæ vero in ſubiecto natura non determinantur, vt calidum in Cigno, licet eſſet inſeparabile, ſubiectum tamen non recipit. Sed quæres vtrum omne prædicatum per ſe, inſit ſubiecto neceſſario. Tenent Græci Ariſtotelis interpretes ꝙ non omne. Nam ſimum per ſe naſo ineſt, nec tñ neceſſario, nec de omni naſo prædicatur. Hæc de accidentibus. Animaduerte tamen, Themiſtium voluiſſe primum ſignificatum verbi per ſe eſſe eorum que per ſe prædicantur, ſecundum vero, & tertium eſſe eorum, q̃ per ſe ſubiectis inſunt. At Philoponus aſſerit primum ſignificatum verbi per ſe eſſe eorum, quæ per ſe de ſubiectis prædicantur, Secundum vero eorũ, quæ per ſe ſubiectis inſunt. At tertium nec eorum quę per ſe prædicantur, nec per ſe inſunt, ſed eorum quæ accidunt.

Prima dubitatio. Philopon. Reſpon. — 2.dubitõ. — Reſpoo. — Alia dubi. Reſpon. — Notabile.

ARGY. *Præterea id per ſe dicimus, quod non de ſubiecto alio dicitur vllo. Ambulans enim aliquid aliud eſt, quod ambulans eſt atque album. At ſubſtantia & quæcunq; hoc aliquid ſignificant, non ſunt aliud quam id quod ſunt.*

DILVCI. *Amplius quod non de ſubiecto dicitur alio quodam. Vt ambulare, alterum quid exiſtens ambulans eſt, & album, ſubſtantia autem & quæcunque hoc aliquid ſignificant, nõ alterum quid exiſtentia ſunt, quod quidẽ ſunt.*

Quart⁹ modus dicẽdi per ſe.

Cõmẽ 49. Them. Secundum Themiſt. hic ponitur quartum ſignificatum verbi per ſe: & eſt ſecundum Them̃. non in his quæ de alio prædicantur, vt fuerunt prædicata primi modi, neq; in his quæ alteri per ſe inſunt, vt fuerunt accidẽtia per ſe, quæ inſunt ſubiectis ſecundo, & tertio modo, ſed vt Themiſt. inquit.) In his ſunt, quæ neq; per aliud ſunt, vt ſecundæ ſubſtantiæ quæ ſunt per primas, neq; in alio continentur, vt ſunt accidentia, quę in alio continentur. Et hoc pa

A cto ſola indiuidua ſubſtantiæ per ſe ſunt ſecundum hunc modum. vt Callias, & Socrates, per quæ Themiſtius dat intelligere primum modum eſſe eorũ, quæ per ſe prædicantur, ſecundum vero & tertium eſſe eorum, quæ per ſe inſunt, hunc aũt quartum eſſe eorum, quæ per ſe ſubiiciuntur. Quare ſecundũ Themiſtium per ſe ſubiectum eſt, quando nec de ſubiecto alio dicitur, nec in ſubiecto alio eſt, vt primæ ipſæ ſubſtantiæ. At (vt ex Philoponi verbis excipitur) tertium ſignificatũ eſt eorum, quæ p ſe ſubſiſtunt, aut exiſtunt. vt primę ſubſtãtiæ: quæ nec per ſubiecta ſubſiſtunt, nec in ſubiectis exiſtunt. Et ſic nec ſecundæ ſubſtantiæ, nec accidentia per ſe ſunt hoc pacto. Nam ſecundæ ſubſtantiæ per primas ſubſiſtunt: deſtructis enim primis ſubſtantiis, ſecundæ etiam tolluntur. Accidentia vero in ſubie-

B ctis ſunt. In conſtruendo vero verba Ariſtot Philopon. innuit aliam expoſitionem: nam velle videtur hoc ſignificatum verbi per ſe eſſe eorum, quæ non in ſubiecto ſunt. Et ſic tam primæ quam ſecundæ ſubſtantiæ erunt per ſe hoc modo. ſola enim accidentia, quæ ſubiectis inſunt, excluduntur. Vnde ſic legi. {Amplius quod non de ſubiecto dicitur alio quodam} Hoc eſt ea voco per ſe tertio, quæ non in ſubiectis inſunt aliis quibuſdam. Vt enim Philoponus exponit Ariſto. per non de ſubiecto dici, intelligit non in ſubiecto eſſe, cuius exemplum affert, vt ambulare, quod in ſubiecto eſt, non per ſe dico, Cuius cauſam affert, & inquit, nam ſubaudi, alterũ quid exiſtens, videlicet Callias exiſtẽs alterum qd, qm̃ non in alio, ambulans eſt, & album. Et ſic ambulare & album non per ſe hoc modo ſunt, qm̃ in alio ſunt. At ſubſtantia, ſ. ſecunda, vt homo, vel ani-

C mal, & ſubſtantiæ primæ quæcunq; hoc aliquid ſignificant, non alterum quid exiſtentia, hoc eſt per ſubiecta, in quibus ſunt, ſunt quod quidem ſunt, ſ. per ſe. Ergo ſecundum hanc expoſitionem tam ſecundæ quã primæ ſubſtantiæ ſunt per ſe hoc modo. Et ſic Philoponus duas expoſitiones innuit.

philopon. — In pdicamẽtis. c. de ſubſtantia.

Ea igitur, quæ de ſubiecto non dicuntur, per ſe, ea vero, quæ de ſubiecto dicuntur, accidentia dico. ARGY.

Quæ quidem igitur non de ſubiecto, per ſe dico, quæ vero de ſubiecto, accidentia. DILVCI.

Epilogat hunc modum: & quia quod eſt per ſe habet ſuum per accidens ſibi correſpondens, ideo epilogando adiit quid dicatur per accidens ſecundum hunc modum. Et ſecũdum Philoponum lege ſic: {Quæ quidem igitur non de ſubiecto dicũtur}

D Hoc eſt quæ quidem igitur non in ſubiecto ſunt, per ſe dico tertio modo. Sumpſit.n.dicit de ſubiecto pro eſſe in ſubiecto, vt Philopon. exponit. Hęc quo ad epilogũ. Deinde exponit, quę dẽt accidens dicantur. & inquit. Quæ vero de ſubiecto, hoc eſt, quæ vero in ſubiecto ſunt, dico ſupple accidẽtia ſecundum hunc modum. Secundum vero expõnem Themiſtij aliter legẽda ſunt verba. Dicit.n. quæ quidem igitur non de ſubiecto, ſubaudi nec in ſubiecto ſunt, per ſe dico hoc tertio modo, q̃ vero de ſubiecto vel in ſubiecto, accidentia dico ſcd̃m hunc modum. Hæc ſcd̃m Themiſt. Quærunt Iuniores an modus iſte ſit prædicatorum. Sed ergo quæſtionem hanc admiror, nullus enim veterum q̃õnem hanc olfecit, nec Ariſto. ſomniauit. Vnde Them.

Cõmẽ. 49 — Expoſitio. Philopon. — Themiſt.

hoc

hoc ſignificatum verbi per ſe,ſubiectum per ſe vel le videtur. Philoponus vero & Auer.exiſtens per ſe. Quo vero ad verba attinet, dixit. Subſtantia autem & quæcunque hoc aliquid ſignificant.Secundum alteram Philoponi expoſitionem, intelligens per ſubſtantiam, ſecundam ſubſtantiam: per quæcunq; hoc aliquid ſignificat, ſubſtantias primas:nã vtraq; ſubſtãtia per ſe hoc modo dicitur.Secũdum vero Them.intelligit ſic,ſubſtantia aũt,ſ.quæcunq; hoc aliquid ſignificant,per ſe ſunt hoc pacto: ita vt ſecundũ ſit expoſitio primi, quia ſecundũ Them. ſolæ primæ ſubſtantiæ ſunt per ſe hoc modo.

ARG Y.

Inſuper alio modo id quidem per ſe dicimus quod vnicuiq; competit ob ipſum,id autem,quod hanc conditionem egreditur, accidens. Veluti ſi ambulante quopiam coruſcauerit,id accidens dicimus. Non enim ob idipſum coruſcauerit quia ambulauerit, ſed id dicimus accidiſſe. At cum iugularetur quiſpiam mortem obierit iugulatione, id per ſe dicimus: Ob idipſum n.quia iugulabatur mortuus eſt,ſed non accidit eum cum iugularetur mortẽ oppetiiſſe.

DILVCI. Quartus mod⁹ p ſe.

Adhuc autem alio modo, quod quidem propter ipſum ineſt vnicuique, per ſe dico, quod autem non propter ipſum, accidens. Vt ſi ambulante coruſcauit, Accidens eſt, non enim propter ambulationem coruſcauit,ſed accidens dicimus hoc. Si vero propter ipſum per ſe. Vt ſi aliquid interfectum interijt & ſecundum interfectionem, quoniam propter id quod interfectum eſt interijt. Sed non quòd accidat interfectum interire.

Cõmẽ. 30. expõ modernorum.

Recenſiores hoc vltimum ſignificatum verbi per ſe etiam prædicatorum eſſe aiunt.Dicũr enim, ꝙ quando prædicatum de eo ſubiecto prædicatur, in quo eius per ſe cauſa continetur,per ſe prædicatum hoc quarto modo dicatur. Vt ædificator ædificat, Iugulatus moritur:in ſubiectis enim prædicatorum cauſę habentur. Themiſtius vero, Philoponus,& alij non ad prædicata,ſed ad cauſa hoc ſignificatum referendum eſſe arbitrantur. Præterea illud prædicatum,ædificat, per ſe prædicatur de ædificatore ſecundo modo per ſe. nam cum ſubiectum ſit per ſe cauſa prædicati, eſt pars definitionis illius. Præterea dicamus ꝙ triplex cauſa ſit,quædam inere per accidens. Veluti illa, quæ ſui natura nullius eſt cauſa, vt muſica per accidens dicitur ædificationis.Quędam vero cauſa per accidens dicitur, quæ præter intentionem cauſat, vt fodiens inuentionis Theſauri,& ambulans coruſcationis, nec.n. fodiẽs Theſaurum inuenire intendebat, nec ambulans coruſcationem; ſed præter intentionem caſu aut fortuna hæc accidunt. Quædam denique cauſa per ſe eſt, quæ nec ex accidenti, nec fortuna cauſa eſt(vt Themiſtius inquit)vt iugulatio per ſe cauſa, qua Socrates moritur,eſſe videtur,non enim ob iugulationem id caſu eueniſſe dicimus,ſed quia iugulatio illa per ſe cauſa interitus eſt:cum neq; ex accidenti,neque fortuna cauſa interitus ſit. Auer.autem velle videtur ſignificatum hoc referendum eſſe ad euentum per ſe;& ita non cauſæ, ſed effectus per ſe hoc ſignificatum eſſe cenſet: ita, vt illud per ſe euenire dicatur,ꝙ nec fortunæ ſiue caſu, nec ex accidenti eueniat. Cuius expoſitionis Groſſateſta aſſentit, nec videtur hæc expoſitio verbis Ariſto. diſſona: nam qui per ſe cauſam definit,effectum ac euentum per ſe, etiam definire videtur. Ex his apparet modum hunc non eſſe prædicatorum, vt Iu-

Cã triplex.

A niores putant. Nec argumẽtum eorum valet,dum argumentantur hunc eſſe modũ inhærendi,& inhærentia notat habitudinem prædicati ad ſubiectum, quoniam falſum eſt quod ſumunt.nõ enim hic modus inhęrendi eſt,ſed modus vel cauſæ, vel euenti, aut effectus,qui euenit à cauſa. Vnde Ariſt.inquit, {Adhuc autem alio modo, quod quidem propter ipſum ineſt vnicuique per ſe dico, hoc eſt neq; ex accidenti,neq; fortuna. quod aũt non propter ipſum,ſubaudi dico accidens, hoc eſt, cauſam per accidens.& ponit exempla,& inquit: {Vt ſi ambulante coruſcauit: accidens eſt} Hoc eſt ambulatio ipſa cauſa per accidens eſt. Vel ſecundum expoſitionẽ Auer.coruſcatio ipſa accidens eſt: hæc eſt euentus per accidens,cauſam affert:& inquit {Dico,ſubaudi ambulationẽ eſſe cauſam per accidens:quia non

B propter ambulationem coruſcauit, ſed ambulationem dicimus accidens, hoc eſt accidentalem cauſam eſſe coruſcationis, & poteſt referri ad effectũ. Et tunc lege ſit Subaudi dico coruſcationem eſſe per accidens euentum, quia non propter ambulationem coruſcauit,ſed hoc,ſ.coruſcare accidẽs dicimus,hoc eſt euentum per accidens. Hæc de cauſa vel effectu per accidens. Deinde quid intelligat per cauſam per ſe exponit,& inquit {Si autẽ propter ipſum ſubaudi eſſe dicitur, per ſe,ſ.cauſam dico,vel per ſe euẽtum dico, vtroq; enim modo legi poteſt textus. Vt ſi aliquid interfectum interijt, & ſecundum interſectionem:interfectio ſubaudi per ſe cauſa eſt interitus, qm̃ ꝑpter id quod interfectũ eſt, interiit: ſed non ꝙ accidat interfectũ interire.

Verborum expoſitio.

Quo vero ad verba attinet,dicit & ſecundum interfectionẽ(vt Philopo.animaduertit)qm̃ contin

C git non iugulatũ interire,& iugulatum interire. Et intelligo ꝙ contingat ſubam iugulationis interire propter iugulationem,& nõ ꝑpter iugulationem: qm̃ ſubiectum iugulationis contingit interire caſu vel fortuna,& ſic non ꝑp iugulationem, & contingit interire propter iugulationem. Ariſtote.ergo animaduertẽs ad ſubiectum iugulationis,ꝙ poteſt iugulatione & non iugulatione interire, adiecit propter iugulationem ſiue interfectionem.vel(vt Philop.innuit) iugulatio non ſemper cauſa mortis eſt,niſi ſit letalis.Poteſt.n.iugulatio eſſe cauſa mortis,cum eſt completa,cum vero eſt imperfecta,nõ eſt talis. Propterea addit & ꝑpter interfectionẽ,ſ. completam. Quærunt,vtrum numerum ſignificatorum verbi per ſe, ſit pro numero cauſarum. Et prima facie apparet ita eſſe. Vt Ariſto. & Auer. 5. Metaphy.dicentes per ſe eſſe equale cauſæ.Quam

D partem Iuniores affirmãt aſſerentes Primum ſignificatum explicare formalem cauſam, Secundum cauſam materialem,Tertium explicare cauſam agẽtem, Quartum finalem cauſam. Themiſtius vero, Alexãder,Phyloponus,& Auer.dixerunt, Primum ſignificatum verbi per ſe, eſſe prædicatorum, Secundum accidentium,quæ per ſe inſunt. Tertium eorum, quæ exiſtunt, vel ſubijciuntur. Quartum deniq; cauſæ: & quoniam quatuor ſunt cauſæ,ideo quartum ſignificatum quatuor habet ſpecies pro numero,videlicet cauſarũ. Secũdo quærunt, verũ tñ quatuor ſint ſignificata verbi per ſe. Quidam arbitrantur eſſe tñ quatuor: qm̃ Ariſtot.quatuor tantum verbi per ſe ſignificata enumerauit, & non

Themiſt. & Anr.

2. Dubium

Tex. c. 13.

pluta. Sed hæc poſitio ſtare non pôt. Primo, quia Themiſtius enumerauit quinque. Secundo qm̃ Ariſto. Secundo libro de Interpretatione aſſerit bonum eſſe per ſe bonum. Vbi patet bonum non eſſe per ſe bonum aliquorum horum modorum. Inſuper Ariſto. infra aſſerit lignum eſſe per ſe album. Contra vero album per accidens eſſe lignum. Præterea. 5. Metaph. Ariſt adhuc plura ſignificata verbi per ſe ad it. Alii dixerunt eſſe differentiam inter per ſe, & ſecundum ſe. Nam lignum ſecundum ſe eſt album, & bonum ſecundum ſe eſt bonum. At per ſe non niſi quatuor modis dicitur. Secundum ſe vero, pluribus. Quæ expoſitio imperita eſt. qm̃ apud Ariſtot. idem eſt per ſe, & ſecundum ſe. Græce. q. Cathauta dicuntur, modo latine eſt, & per ſe, & ſecundum ſe. Quare credendum eſt non tãtum quatuor, vel quinque eſſe ſignificata verbi per ſe, ſed longe pluta: enumerauit autem hæc quatuor, vel quinque, vt exempla, nec pro neceſsitate, qm̃ duo tm̃ ſunt neceſſaria, vt poſtea dicemus.

Propria ſolutio.

Plures ſunt modi q̃ quatuor.

B

VRGY. *Quæ igitur in hiſce, quæ ſub ſcientiam ſimpliciter cadunt per ſe dicuntur, vel eo pacto vt ſint in prædicatis ſubiecta, vel eo rurſus vt ipſa ſint in ſubiectis, ea ob ipſa & neceſſario ſunt. Nam fieri non poteſt vt non competat aut ſimpliciter, aut oppoſita, veluti lineæ rectum aut obliquum, & numero par aut impar. Eſt enim contrarium aut priuatio, aut contradictio, genere in eodem, ceu par eſt id quod eſt non impar in numeris vbi ſequitur. Quare ſi neceſſe eſt affirmare aut negare, neceſſe eſt & ea quę per ſe inſunt competere. Id igitur quod de omni & id quod per ſe dicimus hoc ſit modo determinatum.*

DILVCI. Tametſi q̃tuor ſint modi p ſe, duo nihilo minus neceſſarii ſūt ad demſationem.

Quæ igitur dicuntur in ſimpliciter ſcibilibus, ſic vt inſint prædicatis, aut prædicata ipſis inſint, & propter ipſa inſunt, & ex neceſsitate, nõ enim contingunt non ineſſe aut ſimpliciter aut oppoſita. Vt lineæ rectum, aut obliquum. Et numero par aut impar. eſt enim contrarium aut priuatio aut contradictio in eodem genere. vt par non impar in numeris eſt quatenus ſequitur. Quare, ſi neceſſe eſt affirmare, aut negare, neceſſe eſt & quæ ſunt per ſe, ineſſe. De omni quidem, & per ſe determinatum ſit hoc modo.

Cum ennumeraſſet quatuor ipſius per ſe ſignificata, nunc vult oſtendere quod duo priora ſignificata, ipſios per ſe vtilia ſunt nobis ad demonſtratiuas methodos. Cur vero cætera enumerauit, cũ ſint inutilia demonſtratiuæ methodo, Themiſtius cauſam affert, quod ea ennumerauit amplificandi exornandique cauſa. Philop. vero ait ea enumerata eſſe plenioris diuiſionis gratia. Probat autem Philoponus, quod tertius modus demonſtratione methodo nõ ſit neceſſarius ex eo, quia tertius modus circa ſola indiuidua potiſsimum verſatur, quæ de nullo prædicantur, ſed hoc aliquid ſignificant. Præterea indiuiduorũ demonſtratio non eſt. Rurſus probat, quod nec quartus modus vtilis ſit. Primo quidem, quia non ſemper cauſa eſt ſui effectus cauſa, non enim ſemper iugulatio cauſa mortis eſt, niſi ſit letalis, & perfecta: at demonſtratio vult habere ipſum ſemper. Secundo, quia quartus modus non eſt eorum quę prædicãtur, neque eorum quę inſunt: & dato, quod cauſa de cauſato prædicetur, & quidem de neceſsitate, non ad propoſitiones demonſtrationis tale confert, ſed ad totius ſyllogiſmi generationem: vt puta: quia luna deficit pro-

Cõmen. 15. Cur Ariſt. enumerauit tertium & quartũ p̃dicatũ p ſe. Quod tertius modus nõ ſit neceſſarius demſationi.

Quod nec quarto ſit vtilior. 1. Secundo.

D

A pter terræ interpoſitionem, & ſic non ad propoſitiones confert, ſed potius ad ſyllogiſmi generationem: quoniam in medij termini loco aſſumitur, exẽpli gratia, vt in ſyllogiſmo tali, Luna occidit à terra q̃ occidit a terra deficit: Luna igit̃ deficit. vbi patet terræ interpoſitionẽ non eſſe aſſumptam in ꝓpoſitione, ſed in medij termino loco, Quod vero duo prima ſint vtilia demonſtratiue methodo, patet, qm̃ aſſumuntur in propoſitionibus, & ſunt neceſſaria, & per ſe. Quod primum ſignificatum ipſius per ſe ſit neceſſarium, tanquam per ſe notum derelinquit: ſiquidẽ quæ in definitionibus alicuius aſſumuntur, oportet ineſſe illis ex neceſsitate. Quod vero ſecundum ſignificatum ex neceſsitate inſit, non clarum eſt: quoniam non ſemper predicatum ineſt omni ſubiecto: neque enim omni numero impar, neque par omni numero ineſt. Oſtendit autem hæc ex neceſsitate ineſſe, quia horum oppoſitio eſt immediata, & æquiualens contradictioni. Contradictoriorum enim alterum neceſſario ineſt, & omni, & ſemper. Ergo ſecundum ſignificatum eſt neceſſarium: quoniam eſt eorum, quæ ipſa vel eorum oppoſita neceſſario inſunt. Sic igitur perſpicuum duo prima eſſe vtilia. Cętera vero eſſe addita ad pleniorem diuiſionum. Ariſt. ergo primo accipit quod duo prima ſignificata ſint vtilia demonſtrationi, & inquit. § Quæ igitur dicuntur in ſimpliciter ſcibilibus, ſic ſubaudi dicuntur vt inſint prædicatis, & hoc quo ad ſecundum ſignificatum: quod eorum eſt quæ definiuntur per ſubiecta. Aut prædicata ipſis ſubiectis inſint, & hoc, quo ad primum modum, qui eorum eſt, quæ in ſubiectorum definitiunibus collocantur. Secundo accipit qualia ſint hæc ſignificata, & inquit: § Et propter ipſa inſint, quia de omni, & neceſsitate quia ſemper. Ergo duo accipit, quorum primum eſt, quod duo prima ſignificata vtilia ſint demõſtrationibus, Secundum, quod hæc ſint de omni, & neceſſaria. Sumit primum tanquam per ſe notum. ſecũdum vero ſumit, vt oſtendat tertium & quartum non vtilia eſſe cum nec ſint eorum quæ prædicantur neceſſario, nec eorum quæ inſunt neceſſario. Et intelligit per ſimpliciter ſcibilia, ea, quæ proprie, & per ſe ſciuntur, & non per accidens, vt propoſitiones quæ in demonſtratione aſſumuntur, vt exponit Philoponus. Nam, ſi medium eſt ſubiecti, hoc eſt minoris definitio, maior propoſitio eſt eius p̃dicari, quod per ſe ſecundo modo prædicatur, vt hæc, Omne animal rationale eſt diſciplinæ capax, Minor vero eſt eius prædicati, quod per ſe primo modo prædicetur, vt hæc, Omnis homo eſt animal rationale. Sin autem medium eſt definitio quæſiti, hoc eſt maioris tam maior quam minor propoſitio eorum eſt, quæ prædicantur ſecundo modo, vt Omne aptum ad ſcientiam eſt diſciplinæ capax: omnis homo aptus ad ſcientiam: ergo omnis homo diſciplinæ capax. Subiectum enim primæ, & ſubiectum ſecundæ in definitione prædicati ponitur, vel poni poteſt. Quare hæc duo ſignificata vtilia ſunt ꝓpoſitionibus demonſtrationis. Quoniam interdum vtrunque, interdum alterum in propoſitionibus aſſumitur. Recentiores autem hæc omnia ſignificata eſſe vtilia demonſtratiuæ methodo arbitrantur, ex eo potiſsimum quia Ariſ. non conſueuit ponere in libro

B

In ſecundo mõ accĩtia inſunt neceſſario ſub iectis ſuis ſub diſiunctiõe nota.

C

bro niſi ea tantum, quæ ſibi conferunt in doctrina. E Quæ expoſitio Græcis expoſitoribus minime cõuenit: aſſerunt enim duo prima ſignificata ſimul aliquando, aliquando vero alterum in propoſitionibus aſſumi. Quartum vero aſſumi in loco termini medij. At tertium, quod eſt indiuiduum ſubſtantiæ, licet nec in propoſitionibus, nec in loco termini medij aſſumatur in Syllogiſmo tamen expoſitorio, vt medium aſſumi poteſt. Deinde probat illud ſecundo loco aſſumptum, ſ. quod prædicata primi & ſecundi modi vtraque, ſ. neceſſario inſint, & inquit. {Non enim contingunt non ineſſe, aut ſimpliciter, vt prędicata primi modi ineſſe dicuntur. Non enim poſsibile eſt (vt Philoponus inquit) quæ in alicuius definitione aſſumuntur, nõ & omni & ſemper ex neceſsitate ſubiecto ineſſe, aut oppoſita, vt prædicata ſecundi modi: etenim (vt Philoponus inquit) neceſſe eſt non ſemper ipſa prædicata ſecundi modi, ſed totam oppoſitionem ex neceſsitate ineſſe. Omnis enim numerus aut par, aut impar: et omnis linea aut curua aut recta. Aliter exponi poteſt: vt dicamus, quod Ariſto. probat quod prædicata ſecundi modi neceſſario inſint ſubiectis, ſupponens tanquam per ſe notum prædicata primi neceſſario abſolute ineſſe, & inquit {Non enim prædicata ſecundi modi contingunt non ineſſe aut ſimpliciter, hoc eſt abſolute, vt diſciplinæ capax homini, & ſenſitiuum animali; aut oppoſita, hoc eſt aut totam oppoſitionem: etenim omni ſubiecto neceſſe eſt totam oppoſitionem ineſſe. Omnis enim numerus aut par, aut impar, & omnis linea aut recta, aut tortuoſa, & omne corpus generabile, aut graue aut leue: & hoc inquit. {Vt lineæ rectum aut obliquum, & numero, par aut impar. Obiectio. Sed dices, in quibuſdam per ſe accidentibus inuenitur mediatas, non enim omnis naſus eſt ſimus aut aquilinus, ſed aliquis eſt rectus. Rñ. Philo. Reſpondet Philoponus, quod eſt in his ſit immediatam oppoſitionem accidere. Si ita dicimus omnem naſum, aut rectum, aut tortuoſum eſſe nam tortuoſum, ſi fuerit gibboſum in naſo, erit aquilinus, ſi fuerit cauum, erit ſimus. Aliter reſpondet Philo., quod non in omnibus accidẽtibus oppoſitio neceſſario ineſt, ſed in his, quę ſunt ſimpliciter ſcibilia: Alia Philo. reſponſio. modo ſimitas & aquilinitas naſi ſimpliciter ſcibilia non ſunt, & quia accepit prædicata ſecundi modi ineſſe ex neceſsitate, aut ſimpliciter, aut oppoſita, hoc probat, & inquit {Eſt enim contrarium} ſubaudi cum ſuo contrario {aut priuatio cum ſuo habitu, aut contradictio} hoc eſt alterum cõtradictorium cum altero in eodem genere} ſubaudi ſuſceptiui. Et ideo neceſſario oppoſitio ineſt ſiue ſit contraria, ſiue priuatiua, ſiue contradictoria. In ſuſceptiuis enim & viſus & cæcitatis neceſſe eſt alterum oppoſitorum ineſſe. Et in contradictione neceſſe eſt alteram particulam omnino ineſſe: & in contrarijs, ſi immediatis neceſſe eſt alterum contrariorum ineſſe ſuſceptiuis contrariorum: vt numero, par aut impar, homini, vitã aut mortem, & corporibus generalibus, graue, aut leue, & animalibus ſanum, aut ægrum. Vel aliter poteſt exponi, vt dicamus, quod velit probare quod alterum contrariorum immediatorum neceſſario inſit, & lege ſic: dico alterum contrariorum ex neceſsitate ineſſe. Nam ipſum contrarium eſt aut pri

uatio, aut contradictio. Et quoniam (vt Philopon. inquit) credi poſſet in omnibus alterum contrariorum eſſe vt priuationem, vel contradictionem, addit in eodem genere, hoc eſt in proprio ſuſceptiuo non enim Hircoceruus eſt par, aut impar, ſed numerus. nec lapis eſt cæcus aut videns, ſed animal, quæ ſunt propria illorum ſuſceptiua. Et hoc ſubſcribit, vt par eſt non impar in numeris. In alienis autem ſuſceptiuis contraria non ita ſe habent. Addit quatenus conſequitur. Nam par quidem (vt Philopo. inquit affirmatio eſt, non impar vero negatio; ſed hoc modo dico par non impar eſſe, quatenus ſequitur in talibus ad affirmationem negatio. Sequitur enim ad par non impar, & ad rectum non tortuoſum propter immediatam contrariorum oppoſitionem. Tunc affert concluſionem, & vim rationis, & inquit: {Quare ſi neceſſe eſt aut F affirmare, aut negare, neceſſe eſt ea quæ per ſe inſunt. {Hoc eſt ſi in omni aut affirmatio, aut negatio eſt immediatis autem contradictio æquiualet contrarijs: ex neceſsitate igitur in talibus immediatis contraria ſubiectis inerunt. Auerro. Auer. vero dicit, ꝙ aliquod accidens ſpeciei ſimpliciter competit, vt riſibile homini, generi vero ſub oppoſitione, vt animali, quoniam oẽ animal aut reſibile, aut non reſibile. Tex.cõ.11. Demum epilogat, & inquit. de oĩ quidem & per ſe determinatum ſit hoc modo.

ARGY. *Vniuerſaliter autem id competere dico, quod de omni dicitur, & per ſe, atque hoc plane quo ipſum eſt.*

DE LVCE. Comẽ.12. *Vniuerſale autem dico, quod vtique & de omni eſt & per ſe, & ſecundum quod ipſum.*

Cum enumeraſſet ſignificata verbi per ſe, & demonſtraſſet, ꝗ demonſtratiuæ Methodo vtilia ſint G nũc tranſit ad declarandũ quid ſit vniuerſale: quod tertio loco propoſuit declarare. Innuit autem (vt Phil. inquit) Vniuerſale trifariam dici. Primũ quidem eſt prædicatum, quid oĩ ſubiecto ſimpliciter ineſt, licet non per ſe inſit, vt nigrum, quod oĩ Aethiopi ineſt, & candidum oĩ Cigno. Secundũ vero, quod omni ineſt & per ſe, vt habere tres angulos duobus rectis æquales oĩ Iſocheli & per ſe ineſt. Et ſenſitiuum oĩ homini & per ſe etiam ineſt, licet non primo. Tertium denique eſt quod & oĩ, & per ſe, & primo ineſt. Vt habere tres angulos æquales duobus rectis oĩ, & per ſe, & primo triangulo ineſt. Vñ inquit: 12. Euclid. {Vniuerſale aũt dico, quod vtique & de omni eſt} & hoc quo ad vniuerſale primo mõ dictum. {& per ſe} & hoc quo ad vniuerſale ſecũdo modo acceptũ {Et ſecundum quod ipſum} hoc eſt primo: & H hoc quo ad vniuerſale tertio aſsignatũ. vel melius & ſecundũ quod ipſum pro per ſe ſumpſit, vt poſtea dicet. Et non tria, ſed duo ſignificata ipſius verſalis acceptis. Nam verbum ſecundum ipſum pro per ſe accepit, vt alterum alterius ſit expoſitiuum.

Diffa Inter vſe hic diffinitum. & 1.Peri her. cap. 5. Differt autem vniuerſale quod accepit in primo Peri Hermenias ab verſali quod hic in demonſtratiuis accipit. Ibi.n. commune quinque vniuerſalibus, de quibus Porphirius, hic vero ad demonſtratiua contractum accepit, cum autem, quia liber ille omnibus libris Logicæ fere cõis eſt, hic vero nulli alteri, niſi ſibi. Ob hanc cauſam ibi vniuerſale longe communius accepit quam hic. Quo vero ad verba attinet. Verſale græce Catholu, dicitur, latine tum vniuerſale, tum vniuerſaliter prędicatum, ve

rius

rius autem Catholu prædicatum ſecundum totum dicitur: præſertim ſi ſcriberetur per. T. Nam ſi ſcribitur per Th, ſonat veluti totum. Eſt.n. vniuerſale prædicatum vt totum, licet non ſit proprie totum.

ARGY.

Patet igitur ea neceſſario rebus ineſſe, quæ ipſis vniuerſaliter competunt.

DILVCI.

Manifeſtum eſt, quod quæcunque ſunt vniuerſalia, ex neceſsitate inſint rebus.

Cõmẽ. 53. Quodcunque prædicatũ vniuerſale neceſſario ineſt

Cum deſcripſiſſet vniuerſale, nunc ex illius deſcriptione infert quaſi Corollarie oẽ vniuerſale neceſſario ineſſe rebus, quibus vniuerſaliter ineſt, & inquit: {Manifeſtum igitur eſt, quod quæcunque ſunt vniuerſalia, ex neceſsitate inſint rebus. & põt intelligi oĩa vniuerſalia, hoc eſt oĩa ſignificata vniuerſalis, Vtputa tam quod ineſt oĩ: q̃ quod ineſt oĩ & per ſe, etiam & quod ineſt primo. Non enim videtur aliquod vnuinerſale ineſſe omni, quin inſit neceſſario. Conſonat autem huic, expoſirioni, verF bum plurale quęcunque vninerſalia: per quod oĩa ipſius vniuerſalis ſignificata innuere videtur: quæ expoſitio habet locum, ſi tria ſignificata vniuerſalis accipit in textu proximo: & poteſt intelligi de vniuerſalibus demonſtratinis, quæ inſunt rebus primo. q.d. quæcunque ſunt vniuerſalia, ſ. primo rebus inexiſtentia, ex neceſsitate inſunt rebus. Non enim oẽ verſale ineſt neceſſario, licet inſit oĩ: nam homini ambulare aliquando contingit ineſſe, & tñ nunquam neceſſario inerit. Vel forte per quæcunque vniuerſalia intelligit, & quæ primo, & quæ ſecundo modo dicuntur: nam quæ tertio modo dicuntur, nondum expoſuit.

ARGY.

*Atque per ſe & hoc quo ipſum eſt, eadem eſſe dico. veluti lineæ per ſe punctum ineſt, rectumue, ea nanque ra*G*tione qua linea eſt. Et triangulo, hoc, tres anguli competunt duobus rectis æquales quo triãgulus eſt. Per ſe enim triangulus duobus rectis æquales angulos habet.*

DILVCI.

Per ſe autẽ, & ſecundum quod ipſum idem eſt. Vt per ſe lineæ ineſt punctũ & rectitudo. Etenim ſecundũ quod linea eſt, Et triangulo ſecundũ quod triangulus eſt, inſunt duo recti. Etenim per ſe triangulus duobus rectis æqualis eſt.

Quia dixit vniuerſale prędicatum ineſſe rebus ſecundum quod ipſum, exponit per ſe, & ſecũdum quod ipſum idem eſſe, & inquit: {Per ſe autem, & ſecundum quod ipſum idem eſt. & hoc probat exemplis, & inquit {Vt per ſe lineę ineſt punctum, et rectitudo {ſubaudi et ſecundum quod ipſum} Etenim ſecundum quod linea eſt} hæc lineæ inſunt. H Aſsignat ſecundum exemplum, & inquit{Et triangulo ſecundum qđ triangulus eſt inſunt duo recti, & ſi ſecũdum quod ipſum, etiam & per ſe: cuius cauſam affert, & inquit {Et enim per ſe triãgulus duobus rectis ęquales eſt.} Theophraſti ſectatores (vt Phi. refert) differre hæc aiunt. Nam afferunt verbum per ſe vniuerſalius eſſe quam ſecundum quod ipſum. Quoniam ſi quid eſt ſecundum quod ipſum id & per ſe eſt, non tũ contra. Nam Iſocheli per ſe ineſt habere tres angulos æquales duobus rectis, non tñ ſecundũ quod Iſocheles. ſi enim ſecundum quod Iſocheles: non vtriq; æquilatero, aut Scaleno inerit. Hæc Teophraſti ſectatores. Sed Ariſt. poteſt defendi: Nam (vt Phi. innuit) Ariſ. non dicit hęc idem eſſe in omnibus, ſed aſſerit hæc in quibuſdã concurrere, vt in exemplis, quæ induxit. Etiam in

Defenſio. Ariſto.

E homine: mẽtis ſcientiæ capax per ſe eſt, & ſecundũ quod ipſum: non enim ſecundum quod animal eſt mentis & ſcientiæ capax eſt, ſed ſecundũ quod hõ. Videtur, enim hoc ſolum ex animalibus ex mentis & ſcientiæ capax, atque impari numero ineſt non in æqualia diuidi per ſe, & ſecundum quod ipſum. Sic igitur Ariſto. ea idem eſſe niſi in quibuſdam aſſerit, non tñ vniuerſaliter, & ſic quæ Theophraſti ſectatores dixerunt non procedunt contra Ariſt.

Tunc autem quidpiam vniuerſaliter ineſt, cum de quouis & primo oſtenditur. Velut æquales duobus rectis habere, non vniuerſaliter ineſt figura & tamẽ de figura duorum rectorum angulorum æqualitatem licet oſtendere. Sed non de quauis figura, nec oſtendens figura quauis vtitur. Quadratum enim eſt quidem figura, tamen habet tres angulos duobus rectis ęquales. his etiam triangulus, qui duorum eſt æqualium laterum, habet quidem quauis duobus rectis æquales, ſed non primus, ſed triangulus prior.

Vniuerſale autem eſt tunc, cum in quolibet & primo demonſtratur. Vt duos recto habere neque figuræ ineſt vniuerſaliter. Et tamen eſt demonſtrare de figura quod duos rectos habeat, ſed non de figura qualibet. Neque vtitur qualibet figura demonſtrans. Quadrangulus enim figura, quidem eſt, non habet autem duobus rectis æquales, Sed Iſocheles habet quidẽ quilibet duobus rectis ęquales, non tamen primo, Sed triangulus prius.

Secundum Phi. hæc eſt tertia ipſius vniuerſalis determinatio. Nam ſecundum ipſum textu illo: (Vniuerſale autem dico) duo tñ ſignificata accepit. Quoniam per ſe & ſecundum quod ipſum pro eodem ſumpſit, & inquit. {Vniuerſale autem. ſ. tertio modo, quod demonſtratiuum eſt, Tunc eſt, cũ in quolibet, & primo demonſtratur. cum in quolibet, hoc eſt cum cuiuis eorum quæ ſub prædicato ſunt prædicatum inſit, Vtputa cuius triangulo, habere tres angulos ęquales duobus rectis. Et primo demonſtratur: nam duos recto habere, vt inquit. Neq; figuræ ineſt vniuerſaliter, licet ſit demõſtrare de figura quod duos rectos habeat, Sed pro nã quoniam non de figura qualibet demonſtratur, & ſic deficit vna conditionũ. Neque vtitur qualibet figura demonſtrans, cuius cauſam affert, & inquit {Quadrangulus enim figura quidem eſt, non habet autem duobus rectis æquales, & ſic non primo figuræ ineſt. Neque Iſocheli ineſt primo: nam Iſocheles habet quidem quilibet duobus rectis ęquales, non tñ primo, ſed triangulus prius. Ex quibus vult habere tertiam ipſius vniuerſalis ſignificationem, vt illud ſit quod primo inſit. Quibus patet ea quæ de nullo prædicantur, non eſſe vniuerſalia. Nã omne vniuerſale prædicatur per ſe, nullum autem per ſe eſt negatiuum. Inſuper, patet nullum (quod de pluribus prædicatur) eſſe vniuerſale, niſi forte dialecticum vniuerſalẽ dicatur. Siquidem vniuerſale omne de omni ſit. Rurſus patet nullum prædicatum mediatum eſſe vniuerſale, vt habere duos rectos reſpectu æquipediali. Igitur vniuerſale eſt de omni, per ſe, & primo. De omni quidem ad differentiam vniuerſalis dialectici, Per ſe vero, ad differentiam vniuerſalis negatiui. Primo denique ad differentiam vniuerſalis mediati. Animaduerte, quod ſubiectum, de quo prædicatum vniuerſaliter prædicatur, trifariam cõſiderari poteſt. aut reſpectu ſuæ

Cõmẽ. 54.

Vniuerſale pdicatũ eſt q̃d oĩ & per ſe, ac primo ineſt.

Subiectum de quo pdĩcatũ vl'iter pdicatur trĩfariam põt cõſiderari.

ſub-

ſubſtantiæ, aut reſpectu ſuæ eſſentiæ, aut reſpectu ſuorum ſuppoſitorum. Reſpectu quidem ſubſtanſtantiæ, prædicatum, quod de eo dicitur, per ſe dicitur. Reſpectu ſuæ eſſentiæ, quod de illo prædicatur, dicitur primo. Reſpectu ſuorum ſuppoſitorū, quod de eo prædicatur, dicitur vniuerſale. Diſputat hic Philo. an oē demonſtratiuum conuertatur ad prædicatum. Reſpondet quod oē prędicatum vniuerſaliter, quod de aliquo ſubiecto demonſtratur, cōuertatur cum ſuo primo ſubiecto. Per quę

Quæ The.

Themiſtius velle videtur ſolas definitiones, & propria, q̄ conuertuntur, cū ſubiectis, eſſe prædicata, quę vniuerſaliter de ſubiectis demonſtrabilia ſunt. Genera vero & differentiæ, quæ oī & per inſipt, nō nō demonſtratiua ſunt quoniam non conuertuntur. Quare, ſi recte verba Themiſtij intellexi, oportet dicere ſolas definitiones & propria eſſe vniuerſalia demonſtratiua: quoniam ſola primo, & conuertibiliter inſunt. At in fine capitis ſentire videtur quod genera ipſa vniuerſaliter de differentijs prędicant, vt animal de rationali & differentiæ de ſpeciebus vt rationale de homine: alioquin (vt inquit) cogerut demonſtrationem ad ſolas definitiones, & propria pertinere, & ſi Themiſtius non ſibi conſtat. propterea alij (vt Phi. narrat) dixerunt non omnia demonſtratiua debere conuerti, ſed ea ſola, quę aſſumūtur in potiſsima demōſtratione.

Opinio aliquorum. Auerro.

Hinc Auer. velle videtur, quod tam prædicata primi modi quā prędicata ſecundi modi vniuerſalia ſint modo de omni per ſe, & primo prædicentur. Faciunt ad hæc exempla Ariſt quę partim in prædicatis primi modi, partim in prædicatis ſecundi modi conſiſtunt.

Dubitatio.

Quærunt Iuniores cum vniuerſale habeat tres conditiones, & ex parte prædicati, & ex parte ſubiecti, è qua parte pręcipue vniuerſalis rationem ſortiatur. Nonnulli dixerunt vniuerſale rationem ſuam è ſubiecti ipſius parte ſortiri, ratione videlicet habita ad illius ſubiecti ſuppoſita.

Alia ſolut.

Alij dixerunt vniuerſale ſortiri rationem ſuam ab ea particula quod eſt primo, hoc eſt non per medium. Et hac ratione Ariſt. vtitur ipſo vniuerſali in hoc libro. Fauet huic, qm̄ ab vltima differētia vnūquodque ſuam rationem ſortitur, modo vltima differentia eſt verbum primo. Alij & nos diximus, Vniuerſale ſortiri ſuam rationem ab illis tribus, ſ. de omni per ſe, & primo, quæ aſſumuntur in vniuerſalis definitione loco vltimæ differentiæ, quæ ignota eſt.

ARGY.

Q ui igitur demonſtratur primis duobus rectis æquale haberes vel quoduis aliud, ei primo vniuerſaliter competit. Et demonſtratio per ſe eius vniuerſaliter eſt, cæterorum vero quodam modo non per ſe, nec eius vniuerſaliter eſt, qui duorum eſt æqualium laterum ſed ſuperat & ad plura ſeſe extendunt.

DILVCI. Subm̄ primum eſt de quo demr̄atur paſsio, & cuius per ſe demr̄atio eſt.

Q uodcunque igitur primum demonſtratur duos rectos habere, aut quodcunque aliud, huic primo ineſt vniuerſale. Et demonſtratio per ſe huius vniuerſalis eſt. Aliorum autem quodam modo, non per ſe, neque Iſocbelis eſt vniuerſaliter ſed eſt in plus.

Cum declaraſſet quid ſit vniuerſale prædicatum hic exponit duo. & quid ſi vniuerſale ſubiectum, & cuius primo ſit demr̄atio. Addens quorum demonſtratio ſit p̄ accidens, & inquit: quodcunque igitur primum ſubiectum demonſtratur duos rectos habere, aut habere quodcunque aliud} hoc ſubaudi A eſt ſubiectum primum vniuerſale, cui primo ineſt vniuerſale. Hæc de vniuerſali ſubiecto. Deinde addit cuius ſit primo demonſtratio: & inquit. {Et demonſtratio per ſe huius vniuerſalis ſubiecti eſt} Addit tertio quorum demonſtratio ſit per accidens, hoc eſt non primo, & inquit: {Aliorum autem, ſ. ſubiectorum, quæ ſub illo primo, vel ſupra illo primo continentur, demonſtratio eſt quodam modo nō per ſe, ſed quaſi per accidens. Et p̄ hoc aſſerit cuius non ſit vniuerſaliter: & inquit. Neque Iſochelis eſt vniuerſaliter, ſed eius cuius eſt per ſe primo demōſtratio, eſt in plus: quoniam eſt ipſius trianguli primo.

Notabile.

Animaduerte, quod demonſtratio eſt concluſionis per ſe, vt totius demonſtrationis formę. Eſt propoſitionum vt materiæ, quoniam propoſitiones ſunt potentia concluſio, eſt ſubiecti vt eius de quo quæſitum demonſtratur. Eſt prædicati vt eius quod quæritur: & demonſtratur. Horum autem B ſubiectum & prædicatū cum primo talia ſunt, vniuerſalia ab Ariſ. dicuntur: propoſitiones vero & concluſio ex vniuerſalibus conſtat.

ARGY.

Oportet autem non latere errorem perſæpe fieri, & non eſſe id quod oſtenditur primum vniuerſale, quemadmodum eſſe videtur. Decipimur autem hac deceptione, cum aut præter ſingulare vel ſingularia nihil eſt quod accipiatur ſuperius.

DILVCI. Text c. 12. Qn̄o cōtingat error i vniuerſalis ſumptione.

Oportet autem non latere, quoniam multoties contingit peccare, & non eſſe quod demonſtratur, primum vniuerſale, ſecundum quod videtur demonſtrari vniuerſale primum. Oberramus autem hac deceptione, cum aut aliud nihil ſit accipere à ſuperiori pręter ſingulare, aut ſingularia.

Cum docuiſſet vniuerſale, nunc vult aſsignare cauſas deceptionis ſecundum quas contingit ſæpe numero errare circa vniuerſale. Verum Themi- C ſtius & Auerroes velle videntur Ariſto. exponere primo cauſam cur, cum nos aliq̄n demonſtremus vniuerſale. non credamus ipſum eſſe vniuerſale. Et aſſerit cauſam huius eſſe, q̄ ſub vna ſpecie ſit vnum tm̄ ſingulare. Verbi cauſa, Vt ſi de terra, quod in meditullio orbis ſit locata, demonſtremus, tunc id quod vniuerſale eſt vniuerſaliter demonſtraſſe nō videmur: & tn̄ re vera vniuerſale demonſtramus, quoniam nō de terra quo terra vna, eſt ſed quo terra, id demonſtramus. Et ſic cauſa erroris eſt, quod vnum ſit indiuiduum numero ſub ſpecie. Melius autem & magis verbis Ariſto. conſentanee Philo. hunc errorem exponit.

Expoſitio. Philopo.

Vult enim quod Ariſ. aſsignet cauſam, cur aliq̄n nos non demonſtrantes vni- D uerſale, putemus vniuerſaliter id demonſtrare. Et hoc proponit Ariſto. & inquit. {Oportet autem non latere, quoniam multoties circa acceptionem vniuerſalis, contingit peccare, & non eſſe quod demonſtratur Primū vniuerſale. Secūdum quod videtur vniuerſale primum demonſtrari. Ecce quod errorem, vt non ſit vniuerſale, quod putauimus vniuerſaliter id demonſtrare. Aſsignat autem vnam cauſam, vtputa qn̄ ſingulare aliquid fuerit indiuiduum ſub ſpecie, de quo facimus demonſtrationē. Vt quod terra in medio vniuerſi ſita ſit, aut quod mundus ſphæricus In his putamus vniuerſales demonſtrationes facere, quoniam per ſe inſunt, quæ demonſtrantur, & nulli alteri præter illa, non tamen non ſunt hæc vniuerſalia. Quoniam ſi plures eſſent mūdi aut terræ plures, talia vtiq; in illis qua-

dra-

dratent. Veluti ſi in mundo eſſet vnus ſolus homo, vt tempore Deucalionis & demonſtraretur de illo quod eſſet diſciplinæ capax, vtique putaremus vniuerſale eſſe quod demonſtratur de Deucalione, cū illi, & nulli alteri pręter illud competeret: & tñ non eſſet vniuerſale: qm̄ non ſecundum quod Deucalion demōſtraretur illud. ſed ſecundū quod homo. Nam ſi plures eſſent, adhuc illis competeret, vnde inquit. § Oberramus autem hac deceptione, ſ. qua putamus vniuerſale demonſtraſſe cum non ſit vniuerſale. cum autem aliud nihil à ſuperiori accipere ſit pręter ſingulare aut, ſingularia. nam tunc putaremus vniuerſale eſſe, cum non ſit vniuerſale id, ꝙ demonſtratur de Deucalione, putaremus dico eſſe vniuerſale: qm̄ ei competeret: quod demonſtratur, & nulli alteri. Eſt autem error, qm̄ non de illo ſingulari demonſtratur inquantum illud, ſed per rationem ſuperioris. Addit autem aut ſingularia, ſi demonſtrationes fierent plures diuerſarum rerum vt de ſole, de mundo, de terra: quorum ſingularia plura ſunt in diuerſis ſpeciebus. ſed vt cunque ſit cauſa qua decipimur prima eſt) quia in ſpecie vnū numero eſt indiuiduum. Ideo creditur oē de illo indiuiduo demonſtratum eſſe vniuerſaliter demonſtratum: creditur autē, quia illi, & nulli alteri competit. Quidam Iuniorum quærunt, cur potius allucinationes quæ contingunt circa concluſionem pertractar, non autem quæ contingunt circa propoſitiones. Præterea, cum rectum iudex ſit ſui, & obliqui, cur prædeclarauit quid concluſio ſit, & poſtea errores, qui contingunt in illa. Inſuper, cum concluſio ſit, tum per ſe, tum de omni, cur potius errores circa illam expoſuit inquantum eſt vniuerſalis, & nō quatenus per ſe & de omni. Hæc Iuniores, quæ non ab re admiror, cum ſupponant falſum, non enim Ariſ. errores aut qui circa propoſitiones, aut qui circa concluſiones accidūt exponit ſed errores qui emergunt circa vniuerſale, quod eſt prædicatum per ſe, de omni, & primo de eo, de quo vniuerſaliter aſsignatur. Et ſic ſalſum eſt Ariſt. errores exponere, qui circa concluſiones emergunt. Præterea, dato quod errores exponat, qui circa cōcluſionem accidunt, tacuit errores, qui circa propoſitiones emergunt: qm̄ poſterius declarabit errores, qui accidunt circa medium: qui ad propoſitiones attinent. Præterea, Rectitudo ipſius concluſionis præoſtenſa eſt, qm̄ declaratum eſt, quod vniuerſale debeat eſſe de omni, per ſe, & primo. Cur vero tacuit errores, qui accidunt circa de omni & per ſe, vna cauſa eſt, quia pertinent ad librum Topicorum. alia & quidem verior eſt, quia tales allucinationes, quales circa vniuerſale accidunt, non cōtingunt circa de omni, & per ſe. Sed circa ea, ꝙ hic dicit Ariſt. eſt qō non parua, Nam ſingularitas, vt ſingularitas, ſciam non impedit, vt Auicen. aſſerit ſed materia, ꝙ per ſe ignota eſt. Ergo propter ipſam ſingularitatem, qua iſte ſol eſt vnus numero in ſua ſpecie, non videtur error oriri circa ſcientiam. Et dicendum, quod licet ſingularitas nō impediat ſcientiam, quia poteſt ſcientia haberi de æternis ſingularibus, ſingularitas tñ impedit aliquid ſciri primo vt expoſitum eſt. Cur vero in aliqua ſpecie nō ſit niſi vnum numero ſingulare in aliqua plura eiuſdem ſpeciei, queſtio Metaphiſica eſt. Animaduer

Vniuerſali tas cum ex intellectu, dependeat, vel reb' cō uenit actu, vel oio nō repugnat.

Dubitōes Iuniorum.

F G H

te tñ Iuniorum nonnullos dixiſſet errorem hunc procedere circa concluſionem, quo ad illius ſubiectum. Et (vt mihi videtur) errant: ſiquidem hic error contingit circa vniuerſale, at vniuerſale prædicatum eſt. Propterea dico hunc errorē oriri circa prædicatum, accidere tamen ratione ſubiecti vt patet.

Aut eſt quidē ſed nomine caret ī diuerſis ſpecie rebus. ARGV.

Aut ſit quidem, ſed innominatum ſit in differentibus ſpecie rebus. DILVCI.

Secundum Themiſtij paraſraſem, cum Ariſ. aſsignaſſet cauſam cur vniuerſale demōſtremus, & nō credamus vniuerſale demonſtraſſe, nunc aſsignat cauſam, cur credamus vniuerſale demonſtraſſe, & tamen non eſt vniuerſale, quod credebamus vniuerſale demonſtraſſet. Et cauſam affert ex eo, quia communis natura, cui primo & vniuerſaliter aſſectio competit nomine caret. Ideo creditur ꝙ ſit vniuerſalis & primo competens omnibus illis, quæ continētur ſub illa natura, quę nomine caret. Vbi animaduerſione dignum eſſe quaſdam rerum ſpecies: quæ inter ſe differunt, ratione tñ vna conueniunt, verum id, in quo conueniunt, nomine caret. Veluti numerus, magnitudo, & tēpus, quæ ſpecie differunt, ſed conueniunt in quadam communi natura quæ eſt innominata. Si ergo de numero demonſtretur commutata proportio, aut de tempore aut de magnitudine, cum illa, de quibus demonſtratur, non habeant commune nominatum, credimus illud demōſtratum de tempore eſſe vniuerſale, vel ſi de numero, idem credimus. erramus autem qm̄ nulli illorum prædicatum illud primo competit, ſed communi innominato. Philo. vero vult, quod hic aſsignetur cauſa deceptionis propoſitæ, qua credimus vniuerſale demonſtraſſe, & non vniuerſaliter demonſtramus. Credimus enim de numeris primo & vniuerſaliter demonſtraſſe proportionem commutatam, vt. 7. libro Euclidis patet, non tñ demonſtramus: cauſa vero, cur illud creditur, eſt, quia commune temporibus, numeris, & magnitudinibus, cui vniuerſaliter, & primo competit, eſt innominatum, & propterea, cum demonſtramus proportionem computatam de numeris, credimus illud eſſe primo & vniuerſaliter demonſtratū: quia carentia nominis eius, cui vniuerſaliter competit, credimus vniuerſale eſſe. Verbi cauſa in. 7. lib. elementorum Euclidis, ſit hæc demonſtratio, vt ſe habet. 32. ad. 16. ita vnum ad quatuor, qua re permutatim ſe habebunt. 32. ad vnum & 16. ad quatuor. Idem demonſtratur. 5. libro elementorum eiuſdem de magnitudinibus. Poteſt etiam & de temporibus idem demonſtrari. Creditur ergo quod demonſtratur vniuerſale eſſe de quolibet illorum, non exiſtente nominata aliqua ratione cōmuni, de qua primo & vniuerſaliter demonſtretur & hoc inquit § Aut ſit quidem, ſubaudi aliquod cōmune, cui vniuerſaliter cōpetit, ſed innominatum ſit in diuerſis ſpecie rebus: nam tunc crederemus quod, de vnoquoque ſub illo contēto demonſtratur, eſſe vniuerſale, cum reuera non ſit. Hæc eſt Philoponi expoſitio.

Propter cō mune multis innominatū erramus etiā in acceptione vniuerſalis. Cōmē. 58.

Expoſitio. Themiſt.

Expoſitio. Philopon.

Aut eſt vt pars totum id de quo demonſtratur. Parti nanque accommodabitur quidem demonſtratio, & de qualibet erit. Attamen non erit huius primi vniuerſaliter ARGV.

ter demonſtratio. Atque huiuſce primi, vt hoc eſt, demõſtrationem dico, cum eſt primi vniuerſaliter.

ARGY. De pte demõſtrãtes vniuerſale, putãtes de oi & vniuerſaliter demõſtraſſe, error cõtingit eſſe vniuerſalis

Aut contingat eſſe, ſicut in parte totum. In quo demonſtratur. His enim quæ ſunt in parte, ineſt quidem demonſtratio. Et erit de omni. Sed tamen non huius erit primi vniuerſalis demonſtratio. Dico autem huius primi ſecundum quod huius, demonſtrationem, cum ſit primi vniuerſalis.

Hic ſecundum Themiſtium tertia erroris cauſa aſsignatur. Et eſt cum quis aliquid in eſſe omni demonſtrat, credit id vniuerſaliter demõſtraſſe. Phi. vero in idem concidit. dicit enim hunc eſſe tertiũ erroris modum. Innominatum quidem eſt commune, non fit autem in illo demonſtratio, ſed in vnaquaque ſpecierum ſeorſum. Proficiſcitur autem error, propterea, & quia omni tali ineſt. Cum enim omni tali inſit, vt omni Iſocheli habere tres angu- B los æquales duobus rectis, creditur vniuerſaliter ei ineſſe, & non eſt ita: quoniam oportet vt inſit oĩ per ſe, & primo. Legit autem Philo. verba Ariſ dupliciter, primo ſic, {Aut contingat eſſe, hoc eſt, aut ſi totum, in quo demonſtratur, ſcilicet triangulus, Sicut in parte, hoc eſt contractum ad eius ſpeciem vtputa ad Iſochelem: hoc eſt aut ſit id, de quo demonſtratio fit, non ipſum commune, ſcilicet triangulus, ſed eius ſpecies. Dicitur enim ſpecies pars, & genus totum, ſcilicet vniuerſale. Legit aliter, & inquit. {Aut contingat eſſe, hoc eſt aut ſit totum in quo demonſtratur exiſtens ſub aliquo, vt in eius parte. Veluti Iſocheles in triangulo. Species enim totum eſt definitiuum, triangulus vero pars definitiua, & ſic ſpecies eſt in genere vt in parte totum q.d. aut ſit illud de quo demõſtratio fit ſpecies quæ eſt quoddam totũ exiſtens in genere, vt parte eius, C nam tunc eſt tertia erroris cauſa, quam credimus aliquid vniuerſaliter de eo demonſtrare, cum non ſit vniuerſale. Placet autem Philo. magis prima expoſitio propter verba quæ ſubſcribuntur. Dicit.n. eis enim quæ in parte, inerit quidem demonſtratio, & erit de omni, ecce quomodo in parte ſpeciẽ vocat non genus: eſt enim Iſocheles pars trianguli. Et ſic prima expoſitio conſona eſt magis. Facilius tñ legi poteſt, aut contingat eſſe totum in quo demonſtratur, ſicut in parte, hoc eſt ſicut particulare, & per totum intelligit ſubiectum diſtributum de quo demonſtratio fit. Cum enim tale ſubiectum vniuerſaliter diſtributũ contingat eſſe veluti quoddam particulare ſub aliquo vniuerſali, vt Iſocheles ſub triangulo. Tunc eſt tertia erroris cauſa, qua decipimur credentes eſſe vniuerſale quod de illo de- D monſtratur, cum non ſit vniuerſale. Sed ne quis credat de particularibus ſpeciebus nullo pacto demõſtrationem eſſe, ſubſcribit. His enim quę ſunt in parte, hoc eſt his quæ ſunt particulares ſpecies ſub genere: ineſt quidem demonſtratio, & erit, ſubaudi quod demonſtratur, de omni. Sed tñ demonſtratio non erit huius vniuerſalis primi, ſcilicet Iſochelis. Exponit vero quid intelligit per illud verbũ huius primi, & inquit. {Dico autem demonſtrationem eſſe huius primi, quatenus huius hoc eſt vniuerſaliter. Sumpſit enim (vt Phi. inquit. Quatenus huius pro vniuerſali. Vſus eſt enim hoc verbo quatenus pro eo quod eſt eſſe vniuerſalem demonſtrationẽ: nam de omni Iſochele demonſtratur quod habeat A tres angulos æquales duobus rectis, ſed non primo ſed de triangulo prius. & huius primi demonſtratio eſt. Idem enim eſt dicere homo inquantum homo eſt riſibilis, & dicere homo primo & vniuerſaliter eſt riſibilis. Similiter hominis eſt demõſtratum riſibile vt hominis: & primo ac vniuerſaliter hominis. Quare licet de omni Iſochele ſit demonſtratum habere tres, non tñ de Iſocheli, vt Iſocheles, & ſic non primo. Patet igitur tertia decipiendi cauſa, cum de omni demõſtratum credimus primo & vniuerſaliter eſſe demonſtratum, quod falſum eſt, vt expoſitum eſt ſatis.

ARGY.

Si igitur quiſpiam oſtenderit rectas duas lineas non cõcurrere, inter quas eadem in parte ſunt anguli recti, recta ex linea ſecante illas, oborti, huius ex eo demonſtratio proprie videbitur eſſe, quia ſic eſt, in omnibus angulis rectis, verum non eſt quippe cum id fiat non ex eo quia ſic ſint illi anguli duobus rectis æquales, ſed ex eo quia quouis modo duobus æquales ſint rectis. Et ſi nullus alius eſſet triangulus quam hiſce, qui duorum eſt æqualium laterum, huic vt duorum eſt æqualium laterum, angulos æquales duobus rectis habere competere videtur. Et ſimilitudo rationum mutato ordine, numeris, vt numeri ſunt lineis, vt lineæ, ſolidis vt ſolida, temporibus denique, vt tempora, videtur competere, quemadmodum ſeorſum olim oſtendebatur, quod tamen vna demonſtratione de omnibus demonſtrari poteſt. Sed quia non ſunt quidpiam vnum hæc omnia nomine vocitatum, numeri inquam longitudines, tempora, ſolidaque, atq; differunt inter ſe ſpecie, ideo ſumebantur, ſeorſum autem vniuerſaliter demonſtratur. Non enim hiſce competit, vt lineæ ſunt, veluti numeri, ſed vt hoc, quod quidem vniuerſaliter his ineſſe cunctis ſupponitur.

DILVCI. exemplum .3. cauſæ.

Si igitur aliquis demonſtrabit quod rectæ non concur- C *rant, videbitur vtique huius eſſe demonſtratio, propterea quia in oĩbus rectis eſt, ſed non: eſt niſi quidẽ quod ſic æquales ſint fiat hoc. Sed vel quomodolibet æquales Et ſi triangulus non ſint alius quam Iſocheles Iſocheles vtiq: videbitur eſſe. Et proportionale quod commutabiliter ſit, quo numeri ſunt, & quo lineæ, & quo ſolida, & quo tempora, quemadmodum demonſtratum eſt aliquando ſeorſum contingens eſt de omnibus vna demonſtratione demonſtrari. Sed propterea, quia non eſt nominatum id, in quo hęc omnia vnum ſunt numeri, longitudines, tempora, Solida & ſpecie differunt abinuicem, ſeorſum accipiantur. Nunc vero vniuerſaliter demõſtratur, non enim inquantum lineæ, aut numeri ſunt inerat, ſed in eo quod hoc eſt, quod vniuerſale ſupponunt eſſe.*

exemplum primæ cé. Text. c. 13. exemplum ſecũdæ cauſæ.

Cum dixiſſet errorem trifariã fieri ſubſequẽter trium errorẽ exempla exponit, ſed non vtitur ordi- D ne exemplorũ eo modo, quo ordine modorum.

lineæ rectæ	non concurrunt
Anguli	recti.

Nam primo accipit exemplum erroris tertij modi & inquit. {Si igitur aliquis demonſtrabit, quod rectæ non concurrant, videbitur vtique huius, ſ. concluſionis eſſe demonſtratio, ſubaudi prædicari vniuerſaliter. Propterea quod in omnibus rectis ſit. Sed non eſt hæc demonſtratio prædicati vniuerſaliter. non enim valet, competit omnibus rectis: ergo eſt vniuerſaliter prædicatum, niſi fiat hoc, hoc eſt hæc demonſtratio quod ſic æquales ſint. ſ. ſecundũ Comẽ. 60.

re-

Philopon. Lineæ rectæ bifariã ſunt.

rectum: vel ſi non ſecũdum rectum, quolibet æquales. Animaduerte (vt exponit Phi.) quod lineæ rectæ bifariam ſunt, aut ſimpliciter rectæ, & hę ſunt, ſupra quas ca'en linea recta rectum vtrinque angulum facit, ſimpliciter vero dñr rectæ quod ſecundum nullam partem ſint tortuoſæ. Aut ſunt ſecundum quid rectæ, vt puta quæ ſecundum aliquid ſui ſunt rectę, ſecũdum vero aliquid tortuoſæ ſup tñ æquidiſtantes. Vult ergo Ariſt. dicere, quod demõſtratio, qua demonſtratur quod rectæ lineæ non cõcurrant, licet prędicatum ſit de oĩ ſub ecto non tñ demonſtratio eſt prædicati vniuerſaliter, niſi ſic, hoc eſt inquantum æquales, & æquidiſtãtes fiat demonſtratio, vel quolibet tectę, hoc eſt aut ſimpliciter, aut ſecundum partem. Prædicatum ergo eſt vniuerſaliter dictum de oĩbus non quo rectæ ſunt, ſed quo æquidiſtantes, ſiue rectæ, ſiue giratiuę ſint. F Deinde ponit exẽplum primi modi, & inquit. {Et ſi triangulus non ſit alius q̃ Iſocheles: Iſocheles vtique videbitur eſſe hoc, ſ. habere tres angulos ęquales duobus rectis ſecundum ꝙ Iſocheles, & illud videretur eſſe vl̃e, nunc vero non eſt: non. n. ſecundũ quod Iſocheles id ineſt, ſed ſecundum ꝙ triangulus: quare nõ eſt vniuerſalis demonſtratio, quæ eſt in Iſochele, ſed quæ in triangulo. Deinde ponit exemplum ſecundi modi, & inquit. Et proportionale quod commutabiliter ſit, hoc eſt poſſe commutatim proportionari demonſtratur de numeris, quo numeri ſunt, & de lineis, quo lineæ ſunt, & de corporibus, quo corpora ſiue ſolida ſunt, & de tẽporibus, quo tempora ſunt, ita vt quemadmodum eſt demonſtratum aliqñ ſeorſum. Illud prædicatũ de ſingulis, ita contingens eſt de oĩbus vna demonſtratione demonſtrari cõi videlicet omnibus G illis. Verbum aliqñ (vt Philo. notat) non temporaliter accipitur: quia tunc eſſet ſenſus ꝙ aliqñ fuiſſet illa demonſtrationum diſſeminatio, & non ſemper: deinde exponit erroris cauſam, & inquit. Sed propterea quia non eſt nominatum id: in quo hæc oĩa vnum ſunt vnum, videlicet longitudines, tempora, ſolida, & ſpecie differunt adinu cẽ, propterea aliqñ ſeorſum accipiantur, & hæc eſt cauſa errandi. Addit non propterea eſſe ita, & inquit. {Nunc aũt vniuerſaliter demonſtratur demonſtratione cõi omnibus, & verbum nunc nõ temporaliter accipitur, qm̃ eſſet ſenſus nunc, & non prius: & aſsignat cãm, & inquit {Non. n. inquãtum lineę, aut numeri ſunt, illud prædicatum inerat: ſed in eo ꝙ hoc eſt, ſ. quodam cõe, quod vniuerſale ſupponũt eſſe. Hæc ſunt exempla dictorum modorum.

ARGY.

Quocirca ſiquis vnumquemque triangulum, eum inquam qui ex æqualibus lateribus omnibus, & eum qui ex vniuerſis inæqualibus conſtat, & item eum qui duorum eſt ęqualium laterum, aut vna, aut alia ſeorſum demonſtratione tres æquales duobus rectis oſtenderit, nondum his profecto triangulum ſcit duobus rectis ęquales habere, niſi eo ſciendi modo quem ipſi ſuo more profitentur ſophiſtæ. Neque de triangulo vniuerſaliter id percipit & ſi nullus alius præter iſtos triangulus eſt. Nõ enim id iſtis vt trianguli ſunt, nec omni triangulo ratione forma, ſed numeri ineſſe cognouit, tam & ſi nullus triangulus eſt, quem ipſe & non ſcit æquales duobus rectis habere.

DILVCI. Non eſt demonſtratio

Propter hoc nec ſi aliquis demonſtret, vnũquemq; triãgulum demonſtratione, aut vna, aut altera, quod duos re- E *ctos habeat vnuſquiſque Iſopleuron ſeorſum, & Scalenon & Iſocheles nondum cognouit triangulum quod duobus rectis ſit æqualis, niſi ſophiſtico modo, neque vniuerſaliter triangulum, ne quidem ſi nullus eſt præter hæc triangulus aliter. Non enim ſecundum quod eſt cognouit, neque omnem triangulum, ſed vel ſecundum numerum, ſecundum ſpeciem autem non omnem, & ſi nullus eſt quem non nouit.*

ſi vniuerſale demonſtret ex ſufficienti ſingularium inductione.

Comẽ. 61.

Non ſunt hęc verba valde obſcura, tñ verborum contextus non eſt facilis, ideo in alijs noſtris commentarijs, quę in iuuenta confecimus, dicebamus, quod Ariſto. hic quaſi ex dictis ſoluit Sophiſticum quendam ſyllogiſmum, quo veteres circa acceptionem vniuerſalis capiebantur. Arbitrabantur enim eſſe optimum ſyllogiſmum, Scio ſcalarium, & æquipedum, & æquilaterum hahere tres æquals duobus rectis: oĩs triangulus eſt ſcalarius, æquipedus, & æquilaterus: igitur ſcio oẽm triangulum habere tres æquales duobus rectis. Modo hic ſyllogiſmus non valet, non enim ex maiore de ſcito, & minore de ineſſe concluſio ſequitur neceſſario & per ſe, niſi ſophiſtico modo, hoc eſt per accidens. Nam licet ex maiore de neceſſario & minore de ineſſe, concluſio de neceſſario ſequatur: non propter hoc ſequitur ex maiore de ſcito, & minore de ineſſe, niſi ſophiſtico modo, & accidentaliter. Philo. autem facilius vult ꝙ Ariſt. ex dictis velit oſtẽdere, quod dato quod quis oſtendat vnãquamque ſpecierum earum, quæ ſub vniuerſali ſeorſum, & nullam derelinquat ſpeciẽ, non propter hoc hæc oſtenſio erit demonſtratio, qm̃ nõ vniuerſaliter demonſtrauit: nõ. n. in aliquo communi, cui primo prædicatum ineſt demonſtrauit. Sed hæc oſtenſio videtur ſophiſtica, cum ſit ex particularibus de vniuerſalibus ſyllogiſmus, & quaſi ex accidentibus faciens comprobationem. Nam ſi oẽs ſpecies diſtinxerit (vt dixi) quæ ſunt ſub triangulo, non ſecundum quod triangulus nouit, ꝙ habeat tres angulos æquales duobus rectis, ſed vnumquemque ipſorum particulatim, qm̃ licet nullum particularium ignoret, ſecũdum tñ communem ipſorum ſpeciem non nouit. Sic igitur vult Phi. quod Ariſt. declarauerit oſtenſionem vniuerſalem de ſingulis ſpeciebus, quæ ſub vno genere continẽtur, non ſit demonſtratio quoniam non demonſtratur per illam accidens de ſubiecto, cui primo & vniuerſaliter ineſt, hoc eſt de communi eius ſubiecto, ſed hæc oſtenſio eſt de illo communi modo ſophiſtico, quatenus nõ eſt prima oſtenſio, ſed è poſteriori ex particularibus. Bene Ariſ. inquit. {Propter hoc ſubaudi quod in H dictis exemplis expoſuimus, nec ſi aliquis demõſtret vnumquemque triangulum demonſtratione, aut vna, aut altera, hoc eſt diuerſa cuique accommodata, quod duos rectos habeat vnuſquiſque. Iſopleuron ſeorſum, & Scalenon ſeorſum, & Iſocheles ſeorſum, nondum cognouit, ſ. demonſtratiue triangulum quod duos rectos habeat, niſi ſophiſtico modo, qm̃ ſubaudi, neque vniuerſaliter triangulum cognouit, etiam ſi nullus ſit præter hæc triangulus alter: aſsignat cauſam quare ſophiſtico modo & inquit. Non. n. ſcd̃m ꝙ triangulus eſt, cognouit neq; cognouit oẽm triangulum ſecundũ quod triangulus, ſed ſcd̃m numerum. Secundũ ſpeciem aũt non oẽm, & ſi nullus eſt quem non nouit: qua hęc oſtenſio,

expoſitio. Philopon.

ſio, cum ſit per particularia de vniuerſalibus, & à poſteriori, non erit demonſtratio, ſed erit ſyllogiſmus ex accidentibus modo ſophiſtico non ꝙ ſit ſophiſticus; ſed modo ſophiſtico, quatenus à poſterioribus & particularibus ſit, non aũt demonſtratur accidẽs de proprio ſubiecto per eius verã cauſam, vt ſuperius diximus. per quæ dat intelligere eum ſyllogiſmũ eſſe demonſtrationẽ, per quem aliquod accidens oſtenditur de aliquo ſubiecto, cui primo ineſt, & per veram illius cauſam.

ARGV.

Quando igitur non ſcit vniuerſaliter, & quãdo ſimpliciter ſcit, manifeſtum eſt. Enimuero ſi eadem eſſet trianguli ratio, & duorum æqualium laterum, trianguli cæterorũq; triangulorum demonſtratio, aut cuiq;, aut omnibus, æque ſine vllo diſcrimine accommodantur, vt patet. Cum vero non ſit eadẽ, ſed diuerſa, treſq; anguli duobus rectis æquales hoc cuiq; competunt, quo quiſque triangulus eſt, non ſcit hiſce ſimpliciter, qui dicto modo demonſtrat.

DILVCI. Tex. ca. 14. Non eſt vniuerſaliter demonſtratũ qđ de oĩ eſt, niſi quæ de oĩ, & q̃ vniuerſali a habeant eã dem quidditatem.

Quando ergo non nouit vniuerſaliter, & quando nouit ſimpliciter, Manifeſtum eſt vtique. quoniam ſi idem erit triangulo eſſe, & Iſopleuro, aut vnicuique, aut omnibus. Si vero non idem, ſed alterum, eſt autem ſecundum quod eſt triangulus, nõ nouit.

Secundum Themiſtium, cum Ariſto. dixiſſet ad ſcire ſpeciem nõ ſequi ſcire genus, etiã ſi nihil aliud ſit præter generis ſpecies, quas qui ſciuit, quia non eſt idem ſcire de oĩ, & ſcire vniuerſaliter: nã poſſum ſcire vnumquemq; habere tres, & non ſcire vniuerſaliter triangulũ habere tres, & hoc, quia ſcire de oĩ eſt aliud à ſcire vniuerſaliter quærit nunc quando non differt ſcire vniuerſaliter & ſcire de oĩ. Phi. vero quaſi idẽ concedens, dicit, ꝙ quærat duo alterum, qñ non nouit vniuerſaliter ſubaudi, ſi nouit de omni, Alterum vero, & qñ nouit vniuerſaliter, ſi, ſubaudi, nouit de omni. Vnde dato, ꝙ quis nouerit de oĩ ſcalario ꝙ habeat tres, quæritur: quando de omni ſcalario ſcire ꝙ habeat tres, ſit ſcire vniuerſaliter, & qñ non vniuerſaliter. Hæc ergo duo ſecundum Phi. ſoluit Ariſto. continuetur ergo textus hoc pacto, cũ dixiſſet Ariſto. ꝙ non ſemper ſcire de omni ſit ſcire vniuerſaliter: ideo quærit qñ ſcire de oĩ ſit vniuerſaliter ſcire, & quando non vniuerſaliter, & hoc inquit. {Quando ergo ſubaudi qui nouit de omni, non nouit vniuerſaliter, hoc eſt primum. quærit ſecundum, & inquit. {Et quando nouit ſimpliciter hoc eſt, quando qui nouit de omni, nouit vniuerſaliter? Reſpondet & primo ad ſecundũ membrũ, & inquit. {Manifeſtum eſt vtique, quoniam ſi idem erit triangulo eſſe, & Iſopleuro, aut vnicuique, aut omnibus. dico vnicuique ſi vna tantum ſpecies ſit ſub genere: dixit aut omnibus, ſi plures ſpecies ſunt ſub genere. nam ſi vna ſpecies ſit ſub triangulo, vt ſcalarius, ſiue plures: qñ eadem ratio eſt trianguli & ſcalarij, ita vt ſolo nomine differant, vt tunica & veſtis, tunc ſubaudi idem eſt ſcire de omni ſcalario quod habeat tres, & vniuerſaliter de triangulo, quoniam non ratione, ſed nomine differunt. Deinde reſpondet ad primũ membrum, & inquit. {Sin autem eſſe, hoc eſt ratio non ſit idem triangulo & ſcalario, ſed alterum. vt homini & animali eſſe alterum eſt, veluti Philopo. exponit: & hoc (vt inquit) ſi eſſe trianguli ſecundum quòd triangulus non ſit idem cum eſſe ſcalarij ſecundum

Philopo.

A quod ſcalarius, tunc non nouit ſubaudi de ſcalario vniuerſaliter quod habeat tres: licet, cognouiſſet de omni. Et ſic patet ad primum membrum. Hæc eſt expoſitio Themi. & Philoponi licet in verbis ſi aliqua differentia.

ARGV.

Patet autem vtrum id illi competat vt triangulus eſt an vt duorum æqualium laterum, & quando per hunc cõpetit primum, & cuius eſt vniuerſaliter demonſtratio. Nam ei competit vt tale eſt, cui cæteris ſublatis competit primo, veluti laterum duorum æqualium æneo triangulo, competent anguli duobus rectis æquales. At ære ſublato, vt non ſit æneus, etiam cõpetent. Et item laterum æqualitate duorum ſublata, vt non ſit duorum æqualium laterum. At non competent ſublata figura vel termino, ſed non primis ipſis ſublatis. Quo igitur primo ſublato non competent? Quia ſi triangulo per hunc, & cæteris competunt & huius eſt vniuerſaliter demonſtratio. B

DILVCI. Accĩs imediatum alĩ cui. qđ ad eius remotionem ſeu põnem remouet, vel ponitur, eſt vſe demonſtratum. Sed videlicet.

Vtrum autem ſecundum quod eſt triangulus aut ſecundum quod eſt Iſocheles inſit, & quando ſecundum ipſum ineſt primum, & cuius vniuerſaliter eſt demonſtratio. Manifeſtum eſt quod quando rebus remotis, inſit primum vt Iſocheli æneo triangulo, inſunt duo recti. Sed, & æneũ eſſe remoto, & Iſochele, ſed non figura, aut termino, ſed non primis. Quo igitur primo? Si itaque triangulo. & ſecũdum hoc ineſt alijs, et huius vniuerſalis eſt demõſtratio.

Non An. Cõmen. 63.

Regula.

Cum dixiſſet, ꝙ non ſemper qui nouit aliquod prædicatum ineſſe omni, nouit illud vniuerſaliter ineſſe, nunc (vt Philoponus innuit) affert regulam per quã poterimus diſcernere, qñ illud quod ineſt omni, vniuerſaliter ineſt, & qñ non vniuerſaliter ineſt. Et ponit hanc regulam. Quo primo deſtructo, ſimul deſtruitur & accidens, huius demonſtratio vniuerſalis ſit. C Verbi cauſa habere tres angulos æquales duobus rectis, ineſt triangulo, & æneo, & Iſocheli, & figuræ, & ei, quod eſt finibus claudi. Sed quoniam nec æneo ablato, nec Iſochele ablato aufertur hoc accidens, quod eſt habere tres, triangulo vero ablato aufertur triangulo ineſt primo & vniuerſaliter. Nam licet ablata figura vel ablato eo quod eſt finibus claudi, auferatur hoc quod eſt habere tres tamen non primis his ablatis, ſed triangulo primo: poſſibile enim eſt & aliquam figuram eſſe, & hoc, quod eſt finibus claudi eſſe, vtputa ſi qua fuerit quadrilatera: tres autem angulos non haberet duobus rectis æquales, ſed quatuor: ob id autem ꝙ & triangulus in figura continetur, accidit, ablata figura ſimul auferri & illud. Animaduerte tamen circa hæc quod Iuniorum, alij ſunt, D qui arbitrantur Ariſto. velle aſsignare regulã, per quam vniuerſale prædicatum cognoſcatur, alij vero, per quam vniuerſale ſubiectum. Sed quoniam non poteſt ſciri vniuerſale ſubiectũ, quin vniuerſale prædicatum cognoſcatur, nec contra ſciri poteſt vniuerſale prædicatum, quin vniuerſale ſubiectum intelligatur, videtur mihi ex Ariſtote. regula vtrũq; haberi. Pro intellectu ergo regulæ proponit quæſtionem trimẽbrem, & inquit. {Vtrum aũt ſecundũ quod eſt triangulus, aut ſecundum quod eſt Iſocheles: hoc ſubaudi quod eſt habere tres inſit. hæc eſt prima q̃ſtionis pars, deinde ſubſcribit ſecundam, & inquit. {Et quando primum, ſubaudi hoc quod eſt habere tres ineſt, vtrum ſemper, an ſeruatis quibuſdam. Deĩde ſubſcribit tertiũ, & inquit,

quit, & cuius vniuerſaliter eſt demonſtratio. Quo vero ad verba attinet, Animaduerte, ꝙ tria requiruntur ad hoc (vt aliquod prædicatum alicui ſubiecto vniuerſaliter inſit.) Primum quidem, vt ipſo remoto, remoueatur: & propterea quærit Primo, vtrum aũt ſecundum quod eſt triãgulus, aut ſecundũ quod eſt Iſocheles inſit, nam ſi ſecũdum quod tale ineſt, ipſo remoto non erit. Secundo requiritur, vt ipſo poſito ponatur, & propterea ſecundo loco quęrit, & qñ primum ſit quod ipſum ineſt. Nã ſi primo ſecundum quod ipſum ineſt, ipſo poſito tale prędicatum ineſt: Tertio requiritur, vt ipſo poſito & remoto immediate illud ponatur, & remoueatur. Et propterea tertio loco quærit, & cuius vniuerſaliter eſt demonſtratio. Si.n. alicuius vniuerſaliter eſt demonſtratio, illud erit quo poſito & remoto immediate prædicatum ponitur, & remouetur. Per quas cõditiones, hoc quod eſt habere tres vniuerſaliter ineſt triangulo. Primo, quia triangulo remoto nulli eius ſpeciei competit. Secundo, quia eo poſito, ponitur: & per hoc differt à figura. Tertio, quia licet remota figura, remoueatur, & poſitis oĩbus ſpeciebus ponat hoc nõ eſt ĩmediate: quia poſsitis ſpeciebus ponitur illud, ſed non primo: ſed pro quanto ad illas ſequitur triangulum eſſe. Similiter negata figura, non erit illud, ſed non primo, quia oportet vt negetur triangulus. ergo vniuerſale prędicatum eſt qñ illo remoto, remouetur; & eo poſito ponitur: & ipſo ſine propoſito liue remoto immediate ponitur vel remouetur, hac ratione trimẽbrem quæſtionem propoſuit. Deinde ſoluit quęſtionem: & primo rñdet ad ſecundum mẽbrum & inquit. § Dico, ſubaudi ꝙ ineſt alicui ſecundum ꝙ ipſum primum, quando remotis ineſt primo, hoc eſt, qñ remotis ſpeciebus quod ineſt omni, Primo, in. ſt. Vt ablatis Iſochele & æneo triangulo, inſunt duo recti. Quare triangulo primo ineſt ineſt dico primo ipſi triangulo, ſed ipſo æneum eſſe remoto, & ipſo Iſochele remoto. Deinde quærit tertium membrum; An videlicet ipſo poſito & remoto immediate, remoueatur vel ponatur: & lege non interrogatiue pro ne, vel an, hoc modo. Sed an figura; aut ipſo termino vel terminis claudi remoto, remoueatur ipſum habere tres. innuit ſolutionem quaſi dicens, dico ꝙ remota figura, illud remouetur, non tamen illis primis: & immediate remotis: Nam (vt Themiſtius ſuppleuit) ſi poſsibile eſſet illis ablatis, remanere triangulũ, adhuc remaneret ipſum habere tres: Nam ablatis illis, pro tanto aufertur habere tres, pro quanto aufertur triangulus: deinde iterum quærit primum membrum, & dicit. Quo igitur primo, ſ. affectio illa aufertur, non rñdet, ſed vult ſolutionem eſſe ſubaudiendã, videlicet, ꝙ triangulo ablato primo, affectio illa auferatur. Concludit tamen ex ſolutione ſubaudita ſolutionem totius quæſtionis, & inquit. § Si itaq; triangulo ablato affectio illa auferatur, Tunc ſequitur ꝙ illa affectio & ſecundum hoc, ſ. hunc triangulum ineſt alijs, & huius trianguli vniuerſalis erit demonſtratio. Ex his patet quid ſit ſubiectum vniuerſale, & quid prædicatũ vniuerſale. eſt.n. ſubiectũ vniuerſale, quo poſito ponitur, & quo remoto remouetur primo & ĩmediate. Dico quo poſito ponitur. propter genus: non enim figura eſt primum

Ad hoc qđ aliquod pdicatum alicui ſubiecto vliter inſit tria requiruntur.

E ſubiectum, qm̃ non ea poſita ponitur affectio illa. Dico & quo remoto remouetur, qm̃ ſpecies trianguli non eſt ſubiectũ primum, non enim ſpecie remota, paſsio illa remouetur. Dico primo & immediate: qm̃ nec omnes ſpecies ſimul iunctæ ſunt ſubiectum primum. non enim ipſis poſitis affectio illa immediate ponitur, ſed pro quanto ad eas poſitas ſequitur triangulum eſſe, & eis remotis remouetur triangulus. Sed dices fortaſſe, ſi ita eſſet (vt Ariſt. inquit) Tunc vniuerſale nõ eſſet niſi prædicatũ ſecundi modi. Affectio.n. vniuerſalis non prædicatur, niſi de ſuo ſubo ſecundo modo per ſe. Et ſic hæc nõ eſſent vniuerſalia, videlicet aĩal, aĩal rationale, & oĩno neq; genus de ſpecie, neq; differentia de ſpecie. nec definitio de definito. Themiſtius {vt ſuperius diximus} cõcedit totum. aſſerit enim vniuerſale prædicatum eſſe ſolum illud, quod ſecundo F modo prædicatur: & ſic nec genus, nec differentia, nec definitio de ſpecie pdicatur vniuerſaliter. Auerroes vero diſtinguit duplex pdicatum vniuerſale. Alterũ quod prædicatur tantũ, & nõ inhæret ſubiecto. & ſic prædicata primi modi poſſunt dici vniuerſalia, modo immediate prædicentur, vt animal de homine, quia per ſe prædicatur, & non per medium. Alterum quod prædicatur & inhęret, hoc eſt prædicatum ſecundi modi, & de hoc poſuit Ariſto. regulam. Et hoc appellat Philop. Simptoma. Quare dicere poſſumus Ariſto deſcripſiſſe affectionẽ, quæ vniuerſaliter inhæret. Superius autem prædicatum, quod vniuerſaliter prædicatur: & ſic concedo nullum prædicatũ primi modi eſſe vniuerſalem affectionem, vt Ariſt hic loquitur, licet poſsit dici vniuerſale prædicatum. Hæc de vniuerſali.

Auerro.

G *Si igitur demonſtratiua ſcientia ex principijs eſt neceſſarijs. Quod enim quiſpiam ſcit id fieri nequit, vt aliter ſeſe habeat. Ea vero, quæ per ſe rebus inſunt, neceſſario cõpetunt. Nam quædam inſunt in eorum, quibus competũt ratione, quædam in ſua res eas habent, de quibus dicuntur. quorum alterum oppoſitorum inſit neceſſe eſt, patet ex talibus quibuſdam ratiocinationem conſtare. Omne namque quod ineſt, aut hoc pacto, aut per accidens competit, accidentia vero non ſunt neceſſaria.*

A R G V. Tex. 15. Demõ eſt ex neceſſarijs quæ p ſe in primo vel ſecũdo mõ inſunt.

*Si igitur eſt demonſtratiua ſcientia ex neceſſarijs principijs: quod enim ſcitur impoſsibile eſt aliter ſe habere, quæ autem per ſe ſunt, neceſſario inſunt rebus. Hæc enim inſunt in eo quod quid eſt, quibuſdam hæc inſunt in eo quod quid eſt prædicantibus de ipſis, quorum alterum oppoſitorum neceſſe eſt ineſſe. Manifeſtum igitur quòd ex talibus quibuſdam vtiq; fit demonſtratiuus ſyllogiſmus. Om*H*ne enim aut ſic ineſt, aut ſecundum accidẽs. Accidentia autem neceſſaria non ſunt.*


Cum declaraſſet quid vniuerſale ſit, & quit per ſe, & quid de omni, nunc (vt Philopon. inquit) deſcendit ad docẽdum, quæ nam ſint neceſſariæ propoſitiones, ex quibus demonſtratiua problemata ſyllogizabamus: Et ponit ſecundum Philoponum hanc concluſionem, demonſtrationes ſunt ex his, quæ ſunt per ſe. Verum circa modum procedendi Ariſt. aliter Philoponus, aliter Themiſtius exponit. Themiſtius enim ſyllogiſmum textus Categoricẽ, componit hoc pacto: Demonſtratiua ſcientia eſt ex principijs neceſſarijs, & quæ non poſſunt aliter eſſe, ea: quæ ſunt per ſe, neceſſaria ſunt: igitur

Comẽ. 64.

Syllogiſmus tex. Themiſt.

ex

ex his quæ ſunt per ſe demſatiua ſciẽtia eſt. inquit. A §Si igitur eſt demonſtratiua ſcientia ex neceſſarijs, principijs, quæ impoſsibile eſt aliter ſe habere, hæc eſt minor: quæ vero per ſe ſunt neceſſario inſunt rebus. Aliqua quidem enim in ipſo quod quid eſt inſunt, vt prædicata primi modi, alia in ipſo quod quidem inſunt prædicantibus de ipſis, vt prædicata ſecundi modi: quorum alterum aut oppoſitum neceſſe eſt ineſſe, vt diximus ſupra. Hec eſt maior. dat cõcluſionem dicens. Manifeſtum ꝙ ex his quibuſdam vtique erit demonſtratiuus ſyllogiſmus. Hanc rationem al qui cauillantur: & comparant huic, ſi animalium corpora ex ſiccis & humidis cõſtant, Cibus & potus ſiccum & humidum eſt: Ergo ex cibo & potu corpora animalium conſtant. Hãc quæſtionem contra Ariſt. Themiſt. facit hic.



Cap. 141 Rñdet ipſe dicens. Sed vir ſapientiſsime nõ probaſti ſola cibum & potum eſſe humida ſiccaue. Ariſtot. vero ſola ea eſſe neceſſaria primum oſtendit, & ſic vult Themiſtius ſyllogizari poſſe in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis, quando maior eſt excluſiua. Verbi cauſa. Tantum animal eſt riſibile. Oĩs homo eſt riſibilis: Igitur oĩs homo eſt animal. Et ſic arguit Ariſto. ſola per ſe ſunt neceſſaria: omnis demonſtratio eſt ex neceſſarijs: igitur omnis demonſtratio eſt ex per ſe. Inſtantia non eſt ad propoſitum: vbi enim eſſet ad propoſitum, deberet eſſe hæc, tantum cibus & potus ſunt humidi & ſicci; quæ falſa eſt. Huius Themiſtij præcepti cauſa eſt, quia excluſiua conuertitur ad vniuerſalẽ de terminis tranſpoſitis. Hæc enim, tm̃ animal eſt riſibile conuertitur in hanc, omne riſibile eſt animal: cui addo, omnis homo eſt riſibilis: Igiẽ omnis homo eſt animal. Nam facta hac conuerſione fit prima figura, & ſic in ſyllogiſmo Ariſtote. fieri poteſt. Sed dices hæc excluſiua eſt falſa: videlicet ſola per ſe ſunt neceſſaria, cum multa per accidens ſint neceſſaria. Ideo probat illam excluſiuam ſic, omne neceſſarium aut per ſe, aut p accidens: ſed accidentia nõ ſunt neceſſaria: igiẽ ſola pſe ſunt neceſſaria. inquit. Oẽ. n. ſubaudi neceſſarium vel ſic ineſt, hoc eſt per ſe, aut ſm accidens: ſed accidentia non neceſſaria ſunt. Igiẽ ſubaudi ſola per ſe erunt neceſſaria. Sed cõtra ambiges, vt contra formam, & contra materiã. formam quidem: nã oẽ aĩal, aut rationale aut irrationale: ſed aĩal non eſt irrationale: igitur ſolũ rationale eſt aĩal. Secundo albedo niui & Cygno, nigredo Ethiopi neceſſario inſunt, & tamẽ accidentia ſunt. Ad hæc dici poteſt ad primum ſyllogiſmum illum Ariſtotelem eſſe hypotheticum diuiſiuum, vbi arguitur à deſtructione totali alterius partis ad excluſiuam alterius. vnde ſic valeret, omne aĩal, eſt rationale, vel irrationale: ſed nullũ A animal eſt irrationale. Igitur ſolum rationale: eſt animal. Et hæc regula nullam patitur inſtantiam, & hoc modo Ariſ. Arguit: omne neceſſarium aut per ſe, aut per accidens: ſed nulla accidentia neceſſaria ſunt: igitur ſola per ſe ſunt neceſſaria: & hæc erat maior ſyllogiſmi. Ariſt. Ad ſecundam Themiſtius (vt mihi videtur) talẽ innuit diſtinctionem: ꝙ videlicet, neceſſarium duplex eſt: vt ſimpliciter, & eſt quoties reſpectu omnium, quibus competit neceſſario cõpetit per illius naturam, vt riſibile: quibuſcunq;. n. cõpetit, ſemper neceſſario cõpetit, & de hoc Ariſto. loquiẽ, vt ꝙ ſola per ſe ſunt neceſſaria, videlicet ſimpliciter. Alterum neceſſarium ſecundũ quid, vt albedo niui neceſſario ineſt, non tñ reſpectu omnium, quibus ineſt: quia non reſpectu parietis, & ſic poteſt neceſſariũ eſſe accidẽs, & ſic Ariſto. vult nullum accidens eſſe neceſſarium ſimpliciter, videlicet reſpectu omnium eorum, quibus cõpetit, vt patet. Non eſſet alienũ dicere, ꝙ nec albedo niui, nec nigredo coruo neceſſario inſunt. Sed bene corus nigredini neceſſario ſubeſt, & nix albedini: quando quidẽ hæc neceſsitas non ex parte accidentis eſt ſed ſubiecti: quod neceſſario illi ſubeſt. Bene igitur Ariſto. accepit nullum accidens eſſe neceſſarium quando quidem neceſſarium eſt ex parte ſubiecti, non ſui: at quæ per ſe inſunt, neceſſario inſunt ex parte eorum, vt patuit in cap.º eorũ quæ per ſe. Hæc ex Temiſtij paraphraſe. Philoponus vero vult, ꝙ Ariſt. concluſionem propoſitam probet hypothetico ſyllogiſmo hoc pacto. Si demõſtrationes ex neceſſariis: neceſſaria vero ſola quę per ſe: ergo demonſtratio eſt ex his quæ ſunt per ſe. Quod demoſtrationes ſint ex neceſſarijs, C probauit, quoniã quod ſcitur, impoſsibile eſt aliter ſe habere, & ita oportet vt demõſtretur ex his, quæ non poſſunt aliter ſe habere, qualia ſunt neceſſaria. Quod vero ſola p ſe ſint neceſſaria, itetũ probat: quoniam eorum, quæ per ſe inſunt, hæc inſunt in eo quod quid eſt, vt prædicata primi modi: quibuſdã vero inſunt in eo quod quid eſt ꝑdicantibus de ipſis, vt prędicata ſecundi modi; quorũ ſubaudi aut ipſum aut alterum oppoſitorum neceſſe eſt in eſſe, vt ſuperius diximus. Diximus. n. ꝑdicatum ſecundi modi eſſe neceſſarium, vel quia ipſum neceſſario ineſt, vel quia diſiunctio oppoſitorũ neceſſario ineſt, vt par vel impar. ex his dat concluſionem, & dicit, ꝙ manifeſtum ſit ex talibus quibuſdã fieri demonſtratiuum ſyllogiſmum. Et quia quis poſſet dicere non ſola ea, quæ per ſe ſunt, eſſet ne- D ceſſaria, qm̃ multa accidentium per ſe ſunt oſtendit, ꝙ ſola quæ p ſe ſunt neceſſaria ſint: & dicit: §ꝙ omne prædicatum aut ſic, ſ. per ſe ineſt, aut ſecundum accidens ineſt. Accidẽtia aũt ſubaudi nulla neceſſario inſunt, niſi ſecundum quid ratione ſubiecti, quod alicui eorum neceſſario ſubijcitur. Quo ad ſyllogiſmi formam: Philopon. dicit, ꝙ in tali hypothetico ſyllogiſmo duo quædam antecedentia aſſumpſit Ariſt. quorum alterum eſt, ꝙ demonſtrãtio ſit ex neceſſarijs, alterum vero, ꝙ ſola ea, quæ per ſe ſunt, neceſſaria ſint: ex quibus ſimul copulatis, cõcluſio ea ſequitur, quæ eſt, ꝙ ex his, quæ per ſe ſunt, ſint demõſtrationes. Nec alienũ eſt {vt Philip. inqui.} In aliquibus ſyllogiſmis duo aſſumere antecedentia copulata, & hoc quando ex vno ſolo

Solutio. Themiſt.

Ex puris affirmatiuis quõ fiat ſyllogiſm⁹ in ſecunda figura.

Ad. 1.

Ad. 2. Neceſſariũ duplex.

Accidentia nõ ſui, ſed ſubiecti rõne neceſſaria ſunt.

concluſio non ſufficienter ſequitur. Fit autem ſyllogiſmus ex duplici antecedēte potiſsimum quando eſt hypotheticus, vt alibi dictum eſt. Et (vt Philoponus inquit) Ariſto. probauit vtrumq; antecedens Primum quidem, q ex neceſſariis demōſtratio fit. & hoc ſtatim poſitum probat, & inquit: {quod enim ſcitur, impoſsibile eſt aliter ſe habere. Nam (vt Philopo. inquit) ſcimus non ſolum concluſiones ſed etiam propoſitiones per quas concluſionem cognoſcimus. Si enim non haberemus ſcientiam propoſitionum, neq; concluſionis ſcientiam habere poterimus. Quare, ſi concluſio eſt neceſſaria, propoſitiones ſunt neceſſariæ, aliter neceſſarium ex non neceſſarijs demonſtraretur. Secundū vero antecedens erat, quæ vero per ſe inſunt, neceſſario inſunt rebus, & iterum hoc ſtatim poſitū probat: & inquit. {Hæc enim in ipſo quid eſt inſunt, Scilicet vt pdicata primi modi: quibuſdam hæc inſunt in eo quod quid eſt prædicantibus. vt pdicata ſecundi modi. modo ita eſt, quod tam pdicata primi modi, q̄ prædicata ſecundi modi neceſſario inſunt rebus quarū ſunt pdicata. Quod quidem pdicata primi modi neceſſario inſint rebus, patet: qm̄ tā definitio q̄ definitionis pars neceſſario ineſt rei, cuius eſt. Quod vero prædicata ſecundi modi neceſſario inſint rebus, probat ex eo: qm̄ vel ipſa, vel eorum oppoſita neceſſario inſunt: vel (vt Philopo. inquit) probat hoc modo: oē. n. inquit, {aut ita ineſt, ſ. per ſe ſecūdum priores modos per ſe, aut per accidens, quod aūt non per accidens ineſt, ex neceſsitate ineſt: quod vero per ſe ineſt non per accidens ineſt. Igitur quæ ex neceſsitate inſunt, per ſe inſunt. Et dicit Philopo. q ſyllogiſmus poteſt fieri Categoricus hoc modo, Omnis demonſtratio ex neceſſarijs: neceſſaria ſunt per ſe: Igitur omnis demonſtratio eſt ex his, quæ ſunt per ſe. Verū Ariſt. Categoricum non fecit, qm̄ tunc eſſet ex duabus affirmatiuis in ſecūda figura: & ſic faceret figuram in ſyllogizabilem. Et propterea Philopo. voluit, q ſyllogiſmus ſit hypoteticus ex duobus antecedentibus, & vno conſequente, & ſic hoc pacto componetur, Si demonſtratiua ſcientia eſt ex neceſſarijs principijs: neceſſaria vero ſola quæ per ſe rebus inſunt: demonſtratio ergo ex his, quæ ſunt per ſe. Modo, ſyllogiſmus hypotheticus poteſt eſſe neceſſarius, & in nulla figura, vt opinatur Philopon. Sunt. n. multæ conſequentiæ neceſſariæ eſt vno, & pluribus antecedentibus quę non ſunt in aliqua ſyllogiſtica figura. Vnde vis totius ſyllogiſmi hæc eſt, Si datum ſit q ex neceſſarijs principijs fit demonſtratio, & datum ſit q ſola ea, quæ ſunt per ſe, ſint neceſſaria: datum erit demonſtrationes eſſe ex his, quæ ſunt per ſe. Nam idem erit dicere demonſtrationes eſſe ex neceſſarijs, & ex his quæ per ſe. ſiqui dem ſola neceſſaria per ſe ſunt: & quæ per ſe ſunt neceſſaria ſunt. Hæc Philopo. Per quæ patet differentia inter expoſitionem Them. & ſuam. Nam Themiſtius velle videtur ſyllogiſmum poſſe eſſe Categoricum, ſed eo modo, vt dixit, ex maiore exclusiua, Philoponus vero (vt mihi videtur) melius aſſerit ſyllogiſmum eſſe hypoteticum & non ad Categoricum reducibilem, qm̄ eſt conſequentia neceſſaria ex duplici antecedente. Et tn̄ nota dementē Philoponi non omnem hypotheticum ſyllogiſmum eſſe reducibilem ad aliquam trium figurarū, licet Boetius dixerit totum oppoſitum, de quo in libro Priorum.

Nō oīs hypotheticus ſyll's pōt reduci in figuram.

F G H (marginal section letters)

ARGY. *Aut igitur ita dicatur, aut hoc principium ſupponatur, demonſtrationem neceſſariam eſſe. Et ſi demonſtratum ſit quidpiam fieri non poſſe, vt illud ſeſe habeat ſecus. Ex neceſſarijs ergo conſtare demonſtratiuam ratiocinationem oportet.*

DELUC. Text. 16. Demſo ex neceſſiarijs eſt. *Aut igitur ſic dicendum eſt, aut principium ponentibus quòd demonſtratio neceſſaria ſit, & ſi demonſtratur, non aliter ſe habere poteſt. Ex neceſſarijs igitur oportet eſſe ſyllogiſmum.*

Videtur quibuſdam q Ariſt. velit probare ſecunda ratione, q demonſtratio cōſtet ex his, quæ per ſe ſunt. Quæ expoſitio neq; verbis conuenit, neq; concluſione, quam infert, quæ eſt, q demonſtratio fit ex neceſſarijs. Melius ergo cum Philopono dicamus, q cum probaſſet demōſtrationem eſſe ex his, q̄ ſunt per ſe, nunc probat demonſtrationem eſſe ex neceſſarijs. Et tunc lege verba ſic. Aut igitur ſic dicendum eſt, videlicet q demonſtratio neceſſaria ſit nulla ratione aſsignata, ſed ſolum quia ita ab oībus concedatur. Aut ſic dicendum eſt q videlicet demonſtratio ſit ex neceſſarijs: nobis principium ponentibus, quod principium eſt: hoc videlicet quod demonſtratur, non poteſt aliter ſe habere. Hoc enim principio nobis poſito, ſequitur q demonſtratio ſit ex neceſſarijs principiis. Non. n. poteſt neceſſarium problema, vel neceſſaria concluſio ex nō neceſſarijs demonſtrari. Quod Auerr. probat per illud Axioma pp quod vnūquodq; tale, & illud magis: quare cum concluſio neceſſaria ſit propter propoſitiones, propoſitiones ſunt magis neceſſariæ. Præterea demōſtrationem conſtare ex propoſitionibus neceſſarijs dupliciter probari pōt. aut definitione ipſius ſcire, aut neceſsitate concluſionis, q̄ demonſtratur. Et vtraq; probatio eſt à fine. eſt. n. finis duplex, intrinſecus eueniens, & extrinſecus accedens: ipſum ſcire quidē demōſtrationis finis eſt extrinſecus accedens, concluſio vero intrinſecus eueniens. Et ideo Ariſtot. probauit prius demonſtrationem eſſe ex neceſſarijs à fine, eo, quod ipſum ſcire, nūnc aūt probauit à fine, qui eſt concluſio. Quod aūt demonſtratio ſit ex neceſſariis Philopon. exponit ex differentia, quæ eſt inter ſyllogiſmum & demonſtrationem. Nam ex veris quidem, & non neceſſarijs propoſitionibus ſyllm verum fieri contingit, Demonſtratiuū vero impoſſibile eſt, Vtputa Socrates ambulat: quod ambulat per crura mouetur: Socrates igitur per crura mouetur. Hic ſyllogiſmus eſt, & quidem ex veris, nō tamen demonſtratio eſt: qm̄ concluſiō neq; neceſſaria eſt, neq; ex neceſſarijs propoſitionibus. Præterea etiam ſi neceſſaria ſit cōcluſio, & propoſitiones non neceſſariæ, demōſtratio eſt. Vtputa Socrates per crura mouetur: quod per crura mouet animal eſt: Socrates igitur animal eſt. Non. n. hoc pacto eſt ſcire, ſed opinari ex contingentibus propoſitionibus neceſſariam aliquam concluſionem concludere. Inſuper neq; ex accidentibus inſeparabilibus, quæ non ſunt, & ſoli contingunt demonſtratiuus ſyllogiſmum fit. Vtputa Cygnus candidus quod candidum eſt, viſus eſt diſgregatiuū: Cygnus igitur viſus eſt diſgregatiuus, qm̄ licet propoſitiones

Q. demſtratio ex neceſſarijs ſit dupliciter probari pōt. Finis duplex.

nes, & concluſio ſint neceſſariæ, non tamen accidentia vni & ſoli competunt. Quo vero ad verba attinet, Ariſt. cum dicit, Aut igitur ſic dicẽdum, non accipit verbum igitur, illatiue, ſed veluti aduerſatiue, vt ſit ſenſus, Sed aut ſic dicendum, ꝙ demonſtratio ſit neceſſaria, nulla ſubaudi ratione cogente. aut ſic dicendum nouo principio aſſumpto, videlicet quia concluſio, quæ demonſtratur neceſſaria ſit, & cum dicit quod demonſtratio neceſſaria ſit, per demonſtrationem eſſe neceſſariam, intelligit eam eſſe ex neceſſarijs propoſitionibus neceſſariam concluſionem demonſtrantibus.

ARGV. *Etenim ſit vt & demonſtrans ratiocinetur ex veris, at non ſit, vt ex neceſſarijs quiſquam niſi demonſtrans ratiocinationem conficiat. Id enim ipſum iam demonſtrationis proprium eſt.*

DILVCI. Ex veris neceſſarijs eſt demſtatio. Comẽ. 66.

Nam ex veris quidem eſt, & non demonſtrantem ſyllogizare, ex neceſſarijs autem non eſt, ſed aut demonſtrantem hoc enim iam proprium demonſtrationis eſt.

Cum concluſiſſet, ꝙ ex neceſſarijs ſit demonſtratio, & qm̃ aliqua vera ſunt neceſſaria, ergo poſſet credere ex veris eſſe demõſtrationem. Rñdet quaſi concedens, ꝙ ex veris ſit demonſtratio, non tamen ex ſolis veris, niſi ſint neceſſaria: & huius tacitæ ſolutionis cauſam aſsignans, inquit. {Nam ex veris quidem eſt demonſtrantem & non demonſtrantem ſyllogizare, ex neceſſarijs autem, non niſi demonſtrationem eſt ſyllogizare: ergo ſolutio eſt, concedendo ꝙ ex veris ſit demonſtratio, non tamen abſolute: qm̃ non ex veris contingentibus, ſed ex his veris, q̃ ſunt neceſſaria. Quo vero ad verba attinet. Animaduerte, ꝙ Ariſto. ſupponit tacitam quæſtionem, quæ eſt, an ex ſolis veris ſit demõſtratio: & ſupponit tacitam ſolutionem, videlicet ex veris ſit demonſtratio, non tamen abſolute. hæc ſupponens aſsignat cauſam tacitę ſolutionis, & ĩquit. {Nam ex veris quidem eſt, & non demonſtrantem ſyllogizare, & ſup. etiam demonſtrantẽ, ex neceſſarijs aũt, quæ vera ſunt, non eſt ſyllogizare, niſi demonſtrantem, hæc eſt ratio tacitæ ſolutionis.

ARGV. *Signo etiam illo patet demonſtrationem è neceſſarijs eſſe, nam inficiationes aduerſus eos qui demonſtrare putãt negatione neceſsitatis inferre nos conſueuimus: aut putantes omnino fieri poſſe quo res aliter ſeſe habeat, aut diſputationis cauſa contendentes.*

DILVCI. Ex neceſſarijs eſt demonſtratio ſiquidẽ nõ neceſſaria aſſumet de monſtrantem arguimus. Cõmẽ. 67.

Signum autem quòd demonſtratio ex neceſſarijs ſit, eſt, quoniam ei inſtantias ſic ferimus ad opinantes demonſtrare, quòd non neceſſe vtique ſit opinamur, aut omnino contingere aliter, aut gratia ſermonis.

Secundum Philo. hoc eſt tertium argumentum ꝙ demonſtratio ſit ex neceſſarijs, qm̃ ſi quis propoſuerit nobis ꝙ hæc, vel illa ſit demonſtratiua propoſitio, redarguere ipſam putamus per hoc, quia prædicatum non ex neceſsitate ſubiecto ineſt. Et hoc inquit. {Signum aũt ꝙ demonſtratio ex neceſſarijs ſit, eſt quoniã & inſtantias ſic ferimus ad opinantes demonſtrare. ferimus dico inſtantiam, quia opinamur eam ꝙ nõ neceſſe vtiq; ſit. Aut omnino opinemur eam contingere aliter ſe habere, quod item eſt. Addit, aut gratia ſermonis & (vt Philoponus exponit) vult dicere ꝙ non ſolum qui ad veritatem reſpiciunt, contradicunt propoſitionibus, in quibus non eſt ex neceſsitate ineſſe prædicatum ſubiecto, verũetiam, qui litigioſus contentionis

A gratia contradicũt. ſæpe enim & neceſſaria exiſtente propoſitione impedimentum præbere volẽtes, aſſerunt non ex neceſsitate ineſſe. Et ſic per ſermonem contentionem intelligit: quaſi dicat ꝙ non ſolum gratia ſcientiæ ſic inſtamus, ſed gratia ſermonis, hoc eſt contentionis.

ARGV. *Ex quibus etiam patet ſtultos eos eſſe profecto, qui principia bene ſumere putant, ſi propoſitio probabilis ſit atq; vera, vti ſophiſtæ, ſcire eſſe dicentes ſcientiam habere. Non enim ideo propoſitio principium eſt, quia probabilis, aut non probabilis eſt, ſed quia primum eſt ipſius generis, circa quod ſit demonſtratio, & verum non omne proprium eſt.*

DILVCI. Demſtatio non cõſtat ex probabilibus extranei gñis ſcibilis, vel ſcientiæ. Comẽ. 68.

Planum autem ex his eſt & quoniam ſtulti ſunt, qui opinantur accipere bene principia, ſi probabilis ſit propoſitio & vera, vt ſophiſtæ, quoniam ſcire eſt ſcientiam B *habere, Non enim quod probabile eſt aut non, principium eſt, ſed primum in genere, circa quod demonſtratur. Et verum non omne proprium eſt.*


Ex dictis refellit errorem Protagore, qui putabat principia eſſe demonſtratiua, modo ſint propoſitiones probabiles & veræ. Protagoras enim refellens ſcientiam, Syllogizando ſupponi principium demonſtratiuum eſſe, ſi ſit propoſitio probabilis & vera. Et tunc probauit ꝙ Geometra non ſcit hoc pacto (vt Philoponus exponit.) Scire eſt ſcientiam habere, habere ſcientiam eſt ſcĩetiam noſce. qui vero noſcit ſcientiam, noſcit quid ipſa ſit. Igitur qui ſcit noſcit quid ſcit ſcientia geometra non noſcit quid ſit ſcientia, geometra igitur non ſcit. Hoc pacto refellit ſcientiam. Prorogora. Hunc errorem ergo refellit Ariſt. & inquit {Manifeſtum autem ex his eſt, & quoniam ſtulti ſunt, qui C opinantur accipere bene principia, ſi principium, ſit probabilis propoſitio & vera, vt Sophiſtici autumant, ſ. Protagoras, qui deſtruit ſcientiã per hoc ꝙ ſcire ſit ſcientiam habere. Et tu animaduerte ꝙ nõ totum cauillum expreſsit, ſed quæ de illo omiſit, quaſi manifeſta reliquit. Quod vero errauit, probat, & inquit. {Non enim quod probabile eſt, vel non eſt probabile principium eſt demonſtratiuum, ſed adhuc requiritur ꝙ ſit verum in genere eo ſcientiæ, circa quod demonſtratur. Modo non omne verum eſt proprium, & contractum ad illud genus. in quo ſit demonſtratio. Aliquando enim verum eſt extraneum, & pluribus ſciẽtijs commune. Et ſic dupliciter errauit Protagoras. Primo quia principium debet eſſe neceſſarium, & non ſufficit, vt ſit probabile & verum: quoniam probabile & ve D rum poteſt eſſe contingens. ſecũdo quia oportet eſſe proprium ei ſcientiæ, in qua ſit demonſtratio, & non commune vel extraneum. Tunc ad rem veniens, Philoponus dixit ꝙ Protagoras in ſuo Cauillo accepit tres propoſitiones veras. Prima eſt, ꝙ Geometra ſcit, ſecunda vero, ꝙ qui ſcit, habet ſcientiam: & hæc vtraq; eſt vera, & neceſſaria. Tertia eſt, ꝙ qui habet aliquid, vtputa ſciẽtiam, noſcit quod habet. Et hęc non eſt neceſſaria, nec ſemper vera, eſt tamen probabilis. Amplius, dato ꝙ hæ omnes eſſent veræ, & neceſſariæ & non ſunt ꝓpriæ generi Geometriæ. Et ſic Cauillus eſt etiam per extranea. Philoponus approbat hanc Cauilli expoſitionem, verum affert aliam, quæ mihi etiam non placet.

ARG Y. *Atq; demonſtratiuam ratiocinationem ex neceſſarijs eſſe oportere, ex hiſce patet. Nam ſi non eſt iſte ſciens, qui non habet eius rationem propter quid eſt eius eſt demonſtratio. atq; fieri poteſt, vt A quidem ipſi C, neceſſario competat, medium autem B, per quod illud eſt demonſtratum non ſit neceſſario his plane, qui talem ratiocinationem extruit, non ſcit propter quid eſt, quippe cum non ſit illud ob ipſum medium. Nam ipſum quidem fieri poteſt vt non ſit, concluſio autem eſt neceſſaria.*

DILVCI. Tex.c.47.1 Non contingit ſcire neceſſarijs, vel ex contingenti. *Quod autem ex neceſſarijs oporteat eſſe ſyllogiſmum, manifeſtum & ex his eſt. Si enim non eſt habẽs rationem ipſius propter quid, exiſtente demonſtratione, non ſciet. Scis autem vtiq;. vt A in C ex neceſsitate inſit: B autem medium per quod demonſtratum eſt, non ex neceſsitate: non ſciet propter quid. non enim eſt hoc per medium. Nam hoc quidem contingit non ineſſe, concluſio autem neceſſaria eſt.*

F

Comẽ. 69. Expõ. Philop. Secundum Philo. hoc eſt tertium argumentum, ꝙ demõſtratio ſit ex neceſſarijs. Et hoc proponit, & inquit. {Quod autem ex neceſſarijs oporteat eſſe ſyllogiſmum, manifeſtum ex his eſt, quæ nunc ſubſcribunt, hoc eſt via & ratione ſumpta ex parte neceſsitatis concluſionis. Probat autem deductione ad oppoſitum. Nam, ſi concluſio quidem neceſſaria eſt, propoſitiones vero contingentes, contingens autem eſt, quod poteſt non ineſſe, patet; igitur, ꝙ concluſionem quidem ſciet ex neceſsitate eſſe, rationem vero & eius & cauſam non ſciet. Siquidem propoſitiones, per quas demonſtrantur, oẽs, vel alteram contingãt non eſſe. Modo, hoc eſt impoſsibile, qm̃ qui ignorat rationem, non ſciet. Non igitur contingit demonſtrationem ex propoſitionibus contingẽtibus eſſe, quare ex neceſſariis eſſe omnino neceſsitas eſt. Vnde inquit. }Si enim G non eſt, ſubaudi demonſtratio ex neceſſarijs propoſitionibus habens rationẽ ipſius propter quid, exiſtente demonſtratione, non ſciet: ſubaudi quod quidem eſt impoſsibile. Addit autem exiſtente demonſtratione, quoniam (vt Philopo. inquit) aliquorum ſcientia eſſe poteſt, non exiſtente demonſtratione, vt dignitatum, quarum ſcientia eſſe poteſt, non exiſtente demonſtratione. Sed quòd demonſtratio ſit, & non ſit ſciẽtia, hoc eſt abſurdum. Deducit autem quod dixit, exemplo, & inquit.



Syllogiſm* medij con tingẽtis ad cõc. neceſſariam.

{Sit aũt vtiq;, vt A in C ex neceſsitate inſit, B vero mediũ, per quod demonſtratum eſt illud, quod cõcluditur, & per quod propoſitiones generantur: ſi non ex neceſsitate non ſciet propter quid. Vt verbi gratia, ſi quis putaret hominẽ ex neceſsitate eſſe animal propter hanc cauſam, quia putat homini ambulare, aut philoſophari: & ſyllogizet hoc pacto, homo Philoſophatur: quod Philoſophatur, E aĩal eſt: homo igitur animal. Qm̃ medium terminum contingentem accipit, contingens vero, poteſt & non ineſſe. ſi igitur hoc ſupponatur non ineſſe, ſciet quidem ꝙ homo ex neceſsitate ſit animal, rationem tñ propter quã eſt animal, non ſciet medio termino ablato, & ſic illemet idem & ſciet, & non ſciet: ſciet quidem per ſuppoſitionem, non ſciet aũt, propterea ꝙ contingẽtes acceperit propoſitiones, & hoc ſubſcribit, & inquit. }Non enim eſt hoc per medium, nã hoc quidem contingit nõ ineſſe. Eſt enim contingens, quod poteſt non ineſſe, Concluſio autem neceſſaria eſt. Vnde Them. Siquis in hoĩe propterea cõtineri aĩal credat, quia deambulat: rem quidem neceſſariam cognoſcet, hoc eſt in hoĩe contineri animal, ſed rationem ꝙ animal in homine contineatur, ignorat. Sed dubitabis. Primo, quia propoſitionibus poſitis in figura, neceſſe eſt aliud euenire per ea, quæ poſita ſunt, Primo Priorum, igitur poſitis A de B, & B de C, neceſſe eſt poni A de C. Igitur quouis modo ſit medium, ſeruata figura ſemper concluſio erit neceſſario ſequens. Dici poteſt, ꝙ ex contingentibus concluſio aliqua neceſſario ſequitur qm̃, non aũt propter quid neceſsitate ſimpliciter. Vt dato ꝙ omne volans ſit aĩal, & ꝙ equus volet, ſequitur neceſſario ex ſuppoſitione qm̃ oĩs equus eſt animal, Tenet propter quid, quia ſiue medium ſit, ſiue non, ſemper omnis equus eſt animal. Secundo quærunt. Vtrum aliquo pacto contingens eſſe poſsit cauſa neceſſarij, & quare non propter quid. Auer. ſolu. innuit, aſſerẽs ſemper ipſum propter quid eſſe, quo poſito ponitur id cuius eſt, & quod non contingit aliter ſe habere, & quoniam illius eſt cauſa: modo hæc contingenti rei non competunt. Bene tamen contingẽs eſſe poteſt rei neceſſariæ, cauſa per accidens, vt album cauſa, qua homo riſibilis eſt, valde per accidens. Tertio dubitabis, nam vulnus eſt cauſa mortis equi, cõſtat hanc eſſe rem perpetuã, cum equus perpetuo remanebit mortuus. Quidam dixerunt vulnus eſſe cauſam per accidens transmutationis, quæ per ſe eſt cauſa perpetuæ mortis. Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt, qm̃ quæritur de transmutatione ipſa, qm̃ vel transmutatio ipſa erit contingens, & tunc vt prius, res contingens cauſa erit rei neceſſariæ. Sin aũt eſt neceſſaria, tunc vulnus res contingens cauſa erit transmutationis: quæ eſt res neceſſaria: & ſic idem quod prius. Propter hæc alij fingunt, ꝙ transmutatio ſit cauſa neceſſaria, licet ſit res contingens. Eſt enim H neceſſaria cauſa, quia ea poſita ponitur mors. Et nec iſtud videtur bene dictum: quoniam ſi ideo trãſmutatio dicitur neceſſaria cauſa hypothetice, quia ea poſita, ponitur mors: etiam vulnus diceretur cauſa neceſſaria hypothetice, quoniam eo poſito, ponetur & mors: quod ipſi negant. Præterea nec videtur transmutatio alia à morte. Qm̃ vel mors eſt ipſa priuatio, vel aliquis habitus. ſi priuatio, nullam habet cauſam. ſin autẽ habitus, tunc nõ differt à transmutatiõe. Dici poteſt vno modo ꝙ mors ſit priuatio, & ſic non habet cauſam niſi per abſentiã, vt dicitur Primo Phyſicorũ: & hoc pacto Ægidius reſpondere videtur, Aut dici poteſt, vt Auerroes dixit: cõtingens eſſe cauſam rei neceſſariæ per accidens, non autem propter quid, & per ſe.

Solutio.

2. dubĩ.

3. dubĩ.

Prſ-

ARGV. *Præterea ſi quis nunc neſcit, rationem habens, & ſa- luus eſt re ſalua, neque oblitus his, neque prius ſciebat.*

DILVCI. *Amplius ſi aliquis neſcit nunc, habens rationem, & ſaluus, ſalua re, nec oblitus, neque prius ſciuit. Corrumpatur autem vtique medium ſi non ſit neceſſarium, quare habebit quidem rationem, ſaluus ſalua re, neſcit autem. Ergo nec prius ſciuit.*

Cōmē. 70. Secundum Philo. hoc eſt quartum argumentum quod demonſtratio ſit ex neceſſarijs. Et Philoponus magis ad ſenſum quam ad verba componit rationem hoc modo, ſi demonſtratio ſit ex contingentibus q̄m demonſtratio non poteſt aliter ſe habere, contingens vero poſsibile eſt non eſſe: ſi ſupponamus quod eſt contingens, non eſſe, accidit prius ſcientem neque corruptum, neque oblitum, neque re ablata, non eſſe ſcientem: quod eſt ridiculū. Vnde dicit.{Amplius, ſi aliquid neſcit nunc ſ. poſtquam facta eſt medij ablatio, ſequitur ſubaudi, quod habens rationem, hoc eſt concluſionem & ſaluus ſalua re, ſ. concluſione, nec prius quam medium deleretur, ſcierit. Vis ergo rationis eſt, ſi medio deleto, aliquis neſcit, ſequitur, eo & re ſalua, & non oblito, nec prius ſciuiſſe: dicebatur prius ſcire, ergo idem met dicetur ſciens, & non ſciens. Quo vero ad verba attinet. Tria ſunt (vt Philo. inquit) cognoſcens, cognitio, & quod cognoſcitur. Modo cognitio deletur, aut ipſo cognoſcente deleto, aut ipſo cognito deleto, propterea abſurdum eſt rationē atque cognitionem deleri nec conoſcente ipſo nec re cognita deleta. Quid vero id quod Ariſto. intulit, ſequatur, Philoponus oſtendit exemplo, Vt puta. Siquis ſyllogizaret hoc modo, homo geometrizat: quod geometrizat animal eſt: homo igitur animal eſt. Si ita ſyllogizans putaret demonſtrationem habere, quod homo ſit animal per hoc medium, quod eſt geometrizare, q̄m geometrizare ex contingentibus eſſe ſuppoſuimus: contingens autem poteſt & non eſſe, deſtruatur geometrizare: contingens enim eſt quo non exiſtente neceſſario, põſito autem, nullum ſequitur impoſsibile. Si igitur geometrizare deſtruatur, accidet ſalua re, ſcilicet hominem eſſe animal, & cognoſcente, & non oblito quod homo animal ſit, non vlterius demonſtratiue ſcire, quod homo animal ſit. Propterea cõcludit. Corrumpatur autem medium. Si ſecundum te non ſit neceſſarium: quare habebit quidem rationem, hoc eſt concluſionem quod homo ſit animal, Saluus, re, quam ſcit, ſalua, neſcit autem, q̄m cauſa & medium ablatum eſt. Propterea ſequitur, quod nec prius ſciuit. Hæc (vt mihi videtur) eſt Phi. expoſitio. Fortaſſe. t̄n Ariſt. refellit vnam tacitam ſolutionem. Dicebat enim quidam quod per medium contingens concluſio neceſſaria ſciri poſsit, vt per geometrizare, quod homo ſit animal. Et ad rationem Ari. quam prius attulit, dicebant, quod tam diu ſcimus, quamdiu medium illud ſit poſitum in eſſe, cum vero deleretur, non ſcimus. Contra ergo hanc tacitam ſolutionem obijcit Ariſto. hoc modo, Si neſcimus ipſo deleto, nec prius ipſo ſtante ſciebamus. Vnde inquit. Siquis non habens rationem & ipſo medio, ſubaudi deleto, ne: ſcierit, ſitq; ſaluus ſalua re, nec oblitus, nec prius, hoc eſt antequam medium deleretur, ſciebat. Et hoc particularius reſumens, inquit. {Corrumpatur autem vtique medium ſi non ſit neceſſarium. ſi enim eſt neceſſarium, corrumpi non poteſt. Quare habebit quidem rationem, ſ. concluſionem, ſaluus, ſalua re, neſciet autem ergo nec prius ſciuit. Hæc eſt ſecunda expoſitio. Tu vero melius conſiderabis. Nam verba hæc obcuriſsima ſunt.

ARGV. *Quod ſi medium non eſt corruptum, fieri vero poteſt vt corrumpatur id, quod accidit, erit poſsibile atque contingens ſed vt his ſciat, qui ſic ſe habet, fieri minime poteſt.*

DILVCI. *Si vero non corruptum eſt, contingit autem corrumpi, quod accidit vtique erit poſsibile, & contingens. Sed eſt impoſsibile ſic ſe habentem ſcire.*

Hic ſecundum Philo. refellit tacitam reſponſionem ad argumentum proximum. Dicere enim poſſet quis demonſtrationem ex contingentibus eſſe, Supponendo t̄n ſaluari contingens & non deſtrui: modo nihil prohibet ex eis. quæ ſunt fieri demonſtrationem. Ad hoc obuians dicit, quod & ſi nunc nondum deſtruatur, attamen contingit deſtrui eo quod talis ſit contingentis natura. Et ita ſi non nūc primo id acciderit abſurdum, quod quidem diximus, videlicet ſcientem ſaluarum, & re ſaluata, & obliuione non ſuperueniente non vlterius eſſe ſciētem: propterea quod ſaluetur contingens, attamē poſsibile eſt hoc accidere poſt hæc: & ſi ſupponamus nunc contingens non deſtrui. Si igitur deſtructo contingenti accidat abſurdum. id inquam non ſcire, ſaluata, & re, & cognoſcente, & cognitione neque igitur antequam corrumperetur contingens, ſciebat. Impoſsibile enim eſt ex ſcire tranſmutari non vno trium corrupto deperditoque, aut cognoſcente aut eo quod cognoſcitur, aut cognitione. vnde inquit.{Si vero mediū per qd' ſciebamus contingens exiſtens non corruptum eſt, contingit autem corrumpi, vt eſt contingentis natura. Quod accidit vtique videlicet abſurdum in dictis ſuppoſitionibus, quod quidem eſt ſcire aliquod mox tráſmutari in non ſcire neque corrupto cognoſcente, neque eo quod cognoſcitur, neque cognitione, erit poſsibile & contingens. ſed eſt impoſsibile ſic ſe habētem ſcire. ergo eſt impoſsibile id, per quod ſciebamus eſſe contingens. Animaduerte, quod terminum medium corrumpi poteſt intelligi ſecundum formam tantum, hoc eſt ſecundum ſignificationem, & ſecundum formam & materiam, hoc eſt ſecūdum ſignificationem formalem & materialem (vt Sorticolæ dicunt) Verbi cauſa demonſtretur animal de homine per illum terminum medium quod eſt deambulans, dico quod ille terminus s, ſ. deambulans, corrumpitur ſecundum formam & materiam, ſi penitus auferatur, & eius loco ponatur ille terminus Philoſophus. Nam terminus omnino eſſet corruptus, & quo ad materiam ipſam, hoc eſt terminum ipſum, & quo ad formam hoc eſt ſignificationem. Sin autem deſinatur ipſum deambulans quo ad præſentaneam ſignificationē ita vt quod ponebatur deambulare, non deambulet, tunc terminus erit deſtructus quo ad formam, non quo ad materiam. Propterea Ariſt. obiicit, ſi vero non corrumpitur, ſed cõtingat corrumpi ita vt deſinat eſſe quo ad præſentaneam ſignificationem, abſurdum quod accidit ex dictis ſuppoſitionibus, erit poſsibile & contingens. Modo hoc eſt, impoſ- Mediū corrumpi põt intelligi dupliciter.

impoſsibile, qm̃ eſt impoſsibile ſic ſe habentem ſcire. Sed dnbitant, qm̃ fieri poteſt: vt vna concluſio pluribns medijs demonſtretur, & ita vno illorum penitus corrupto, poteſt ſciri adhuc. Egidius ſugiens aſſerit demõſtrationem potiſsimam, de qua loqnitur Ariſt. ſumere pro medio oĩa genera cauſarum. Contra cuius ſolutionem Neoterici obijciunt, qnia vt dicitur Secũdo huius, per vnumquodque genus cauſæ ſeorſum contingit demonſtrari, & quidem propter quid, quæ demonſtratio ſecundum Them. eſt propter quid. Propterea fingunt tot demonſtratiuas ſcientias fieri, quot media eſſe poſſunt, & quod quoties medium deletur toties ſcientia qnæ ex illo medio emergebat deleretur. Ego vero dicerem cõcluſionem poſſe demonſtrari medio de ſpecie in ſpeciem euariato, ſeruata tñ vnitate generis, non autem de genere in genus euariato. Veluti variaretur de eſſe præſentaneo ad eſſe in potentia, de contingenti ad neceſſarium, aut de neceſſario ad contingens: & qm̃ plura illa media oĩa ſnnt eiuſdem generis: qm̃ neceſſaria, & de ineſſe, & propter quid, ideo poteſt omnibus illis concluſio demonſtrari. Quia vero medium quod erat de ineſſe, variatur genere à ſeipſo, cum accipitur de poſsibili, ideo concluſio illa eadem ipſo deleto ſecundnm ineſſe nõ poteſt remanere. Tu vero

Probõ Phi.

ſi melius habes melius dicas. Philopo. vero breuibus aliter probat demonſtrationem eſſe ex neceſſarijs. Nam ſi ſcire ſolummodo eſt, qñ rem cognoſcimus, & cauſam ipſins, & quod non contingat aliter ſe habere: cauſæ vero concluſionis propoſitiones ſunt Impoſsibile igitnr eſt ipſas aliter ſe habere: quod autem impoſsibile eſt aliter ſe habere, neceſſe eſt ita ſe habere: neceſſarias igitur oportet eſſe ſyllogiſmi propoſitiones. Verum hæc probatio non ad verba eſt, vt intelligenti patet.

ARG Y.

Cum igitur concluſio neceſſaria eſt nihil probibet medium neceſſarium eſſe, per quod fuit probata Fieri nanque poteſt vt neceſſarium ex non neceſſarijs etiam concludatur, & perinde atque ſit vt verum concludatur ex falſis. At cum medium eſt neceſſarium, concluſio quoque neceſſaria eſt, quemadmodum & ex veris infertur ſemper concluſio vera.

DILVCI.

Cum igitur concluſio quidem ex neceſsitate eſt, nihil probibet medium non eſſe neceſſarium per quod demonſtrata. Eſt enim neceſſarium & ex non neceſſarijs ſyllogizare, ſicut & verum ex non veris. Cum autem medium ex neceſsitate eſt, & concluſio eſt ex neceſsitate, ſicut ex veris verum ex neceſsitate eſt ſemper.

Ex non neceſſarij ſequitur neceſſariũ ex neceſſarijs aũt nõ niſi neceſſariũ.

Cnm oſtendiſſet nihil poſſe demonſtrari niſi ex neceſſarijs. nunc vult oſtendere quod non ita ſit aſſerendnm de ſyllogiſmo. nam poteſt ex non neceſſarijs neceſſarium ſyllogizari, ex neceſſarijs autem non contingens, ſed non niſi neceſſarium ſyllogizar poteſt. Oſtendit autem hęc de ſyllogiſmo. qm̃ quis poſſe credere (vt Phi. inquit) Ariſto. ſuperflue oſtendiſſe, quæ dixit de ipſa demonſtrationem. Nõ enim alicui dubium videri poteſt ſi concluſio demonſtrationis ſit neceſſaria, quin propoſitiones, quæ hanc concludunt, neceſſariæ ſint. Iccirco vult nũc oſtendere quod non ſuperflue illa explanata ſunt. Nam quod demonſtratiua concluſio neceſſaria ſit, omnibus patet, quod vero neceſſaria non niſi ex neceſſarijs demonſtretur, non facile patet. Poſsibile enim eſt ex non neceſſarijs neceſſarium concludere: & quia ita eſt de ſyllogiſmo ideo poſſet credi quod de demõſtratione ita ſit: hac de cauſa declarat de ſyllogiſmo non eſſe ita, ſicut de demonſtratione, & aſsigant duas concluſiones, quarum primam ponit dicens. Cum igitur concluſio ex neceſsitate eſt, nihil prohibet medium non eſſe neceſſarinm, per quod demonſtrata eſt & accepit verbum demonſtrata pro verbo ſyllogizata. Qnod patet per hæc quæ ſubſcribit. { Eſt enim neceſſariũ & ex non neceſſarijs ſyllogizare: Sicut et verum ex non veris eſt ſyllogizare: ecce qũo demõſtrare pro ſyllogizare accepit. Hæc eſt prima concluſio. Quod autem ita ſit, Philo. etiam exemplo oſtendit, nam ſi hodie pluuia eſt, pluuia exiſtente, cœlum mouetur, hodie igitur cœlum mouetur, ſic ſyllogizando, concluditur neceſſaria concluſio: non tñ ex neceſſarijs propoſitionibus. quod etiam ex nõ veris, vernm concludatnr, patet hoc exemplo, quia ſequitur, Homo lapis, lapis ſubſtantia: homo igitur ſubſtantia, Hęc de prima concluſione. Deinde ponit ſecundã, & inquit { Cnm aũt mediũ ex neceſsitate eſt, ita vt propoſitiones ſint neceſſariæ: & concluſio eſt ex neceſsitate. quod probat argumento accepto ab ipſo vero, & inquit { Sicut verum ex veris ex neceſsitate eſt ſemper. Quare ſicut ex veris non niſi verum, ita ex neceſſarijs, non niſi neceſſarium. Ex his Philo. infert: quod qũ verum ex nõ veris & neceſſarium ex non neceſſarijs concluditur: non propter propoſitionum naturam concluſionem concludi aſſerimus, ſed propter talem extremorum inter ſe habitudinẽ. nõ enim quia nunc pluit: cœlum mouetur. nec quia homo eſt lapis eſt ſubſtantia: ſed hæc accidunt propter figuram. At vbi propoſitiones neceſſariæ ſunt, concluſio erit neceſſaria, & propter propoſitiones: & propter figuram. Si enim homo ex neceſsitate animal eſt, & animal ex neceſsitate ſubſtantia: neceſſe profecto eſt, & hominem ſubſtantiam eſſe. Hinc fit: vt ex neceſſarijs non niſi neceſſarium ſeqnatur. Qm̃ & propter figuram, & propter propoſitiones neceſſariũ ſequitur. Infert ſecundo, quod contingens contrario modo ſe habet cum neceſſario. Nam propoſitionibus cõtingentibus exiſtentibus, poteſt cõcluſio contingens, & non contingens ſequi: at propoſitionibus exiſtentibus neceſſarijs, cõcluſio ſolum neceſſaria erit. Mouet Philo. hic dubitationem, qm̃ ex definitione ſyllogiſmi ſequitur quod omnis cõcluſio neceſſaria ſit. Eſt enim ſyllogiſmus oratio, ĩ qua quibuſdam poſitis, alterum quod à poſitis neceſſario accidit, & ſic velle videtur quod oĩs concluſio ſit neceſſaria. Ex his vero, quæ hic dicit, velle videtur, qnod concluſiones aliquæ ſint contingentes. Reſpondet Philo. eſſe differentiam inter ex neceſsitate aliquid accidere, & concluſionem eſſe neceſſariam. Dicitur enim concluſio neceſſaria, quæ ſecundnm ſui naturam ſemper eodem modo ſe habet. Concluſio vero neceſſatio accidit, quo aliquo vel aliquibus ſnppoſitis, ex neceſsitate ſequitur. Et ſic ad formam dicendum oẽm concluſionem eſſe neceſſariã neceſsitate ſuppoſitionis, hoc eſt quibuſdam poſitis, non autem ſimpliciter, hoc

Corol. 1. Philopon.

Secundum

Dubitatio. Philopo.

1. priorũ. 1. Reſpon.

Differentia inter ex neceſsitate aliquid accidere & concluſionẽ neceſſariam.

1 priorum. 17. & 29. Solutio aliquorum. Cap. 15.

eſt ſecundum ſui naturam. Dubitant Iuniores, qm̃ A concluſio debet eſſe ſemper ſimilis alicui propoſitionum, vt in prioribus, modo vbi concluſio ſit neceſſaria, & propoſitiones non neceſſariæ, nulli illarũ erit ſimilis. Quidam dixerunt verbum Philoſophi verum eſt in prima figura tm̃, & in illa ſolum quoad qualitatem, & quantitatem. Sed ambigua videtur hæc ſolutio. Nam quantitas ſemper ſequitur minorem extremitatem, qualitas vero maiorem. Præterea Ariſt. & Aue. vtuntur illa Primo Priorum, in miſtione neceſſarij & ineſſe: volentes quod ex maiore neceſſaria, minore vero de ineſſe, concluſio ſit neceſſaria: qm̃ debet alteri propoſitionum aſsimilari: igitur, eſt vera in omnibus. Quare dicendum regulam eſſe veram in omnibus figuris, & in omnibus ſyllogiſmis: modo Syllogiſmi cõcluſio nõ neceſſario ſequatur propter figuram tm̃, B ſed etiam propter propoſitiones, ſicut non eſt in propoſito. Nam ex non neceſſariis ſequitur neceſſarium propter figuram tantum, & nõ propter propoſitiones, & ex falſis verum iterum neceſſario ſequitur, non propter propoſitiones, ſed propter figuram tantum, ideo concluſio non debet eſſe ſimilis alicui propoſitionum in talibus.

Propria ſolutio.


Ex falſis quõ verum ſequitur.

ARGV.

Nam tam A ipſi B, quam B ipſi C neceſſario, competit. Igitur & A neceſſe eſt ipſi competere C.

DILVCI.

Sit enim A de B ex neceſsitate. Et hoc de C, neceſſarium igitur & A ipſi C ineſſe.



Ex neceſſarijs non niſi neceſſariũ

Comẽ. 73.

Cum accepiſſet ſecundam concluſionem, videlicet, quod ex neceſſarijs non niſi neceſsarium ſyllogizetur, nunc eam probat per dictum de oĩ, cum enim dici de omni ſit, qñ nihil eſt ſumere ſubiecto de quo non prædicetur prædicatum, ſequitur, q̃ ſi A de B oĩ ex neceſsitate prædicetur, & iterum B de C ex neceſsitate, neceſſarium erit & A ipſi C ex neceſsitate ineſſe. Alij probarunt per illam dignitatem, qñ ad antecedens eſſe ſequitur, conſequens eſſe, idem conſequens ſequitur ad idem antecedẽs eadem conditione addita vtrique nec diminuente, nec diſtrahente. Vt ſi ad A B, & B C, neceſsario D ſequitur A C: ipſo neceſſario addito vtrique idem ſequitur. Hæc de ſecunda concluſione.

ARGV.

Verum fieri nequit, vt cum concluſio non eſt neceſſaria, medium neceſſarij ſubeat rationem. Inſit enim A nõ neceſſario ipſi C: ſi igitur A ipſi B, B ipſi C competere neceſſario dixerit. & A profecto ipſi C competere neceſſario concedas oportet. at ipſi competere non eo pacto ſupponebatur.

DILVCI. Concluſio non neceſſaria, nõ ſequitur ex p̃miſsis neceſſarijs.

Sed cum non eſt neceſsitate ſit concluſio, neque mediũ neceſſarium eſſe poſsibile eſt. Sit enim A in C non ex neceſsitate ineſſe, in B autem A, & hoc in C ex neceſsitate, & A ergo in C ex neceſsitate erit. ſed non eſſe ſupponebatur.

Cõmẽ. 74

Cum demonſtraſſet quod, ſi propoſitiones ſint neceſſariæ concluſio debeat eſſe neceſſaria, nunc quaſi conuertit ſermonem, & demonſtrat, quod, ſi concluſio non ſit neceſsaria, neque medium neceſſarium eſſe poſsit. & hoc proponit & inquit. {Sed cum non ex neceſsitate ſit concluſio, neque mediũ neceſſarium eſſe poſsibile eſt. Nõ enim eſſe poteſt contingens concluſio, & propoſitiones neceſsariæ & hoc iterum probat per principium regulatiuum quod eſt dici de oĩ, & inquit. Sit A in C non ex neceſsitate ineſſe, hoc eſt ſit hæc concluſio, cõtingit omne C eſſe A, in B autem inſit A, & hæc ſcilicet B iterum in C inſit ex neceſsitate: ergo ſubaudi per dici de omni, in C erit ex neceſsitate A: ſi enim A neceſsario ipſi B ineſt, & ipſum B neceſsario ipſi C, etiam A inerit neceſsario ipſi C. Eſt enim de omni dici, qñ nihil eſt ſub ſubiecto ſumere, de quo nõ prędicetur prędicatum eadem conditione addita vtrique nec diminuente, nec deſtrahente. ſed non eſſe neceſſarium A in C ſupponebatur: ergo deductione ad oppoſitum patet non eſſe concluſionem non neceſſariam, & propoſitione neceſsarias.

ARGV.

Cum igitur id, quod demonſtratiue quiſpiam ſcit, neceſſarium oporteat eſſe conſtat per medium quoque neceſſarium demonſtrationem eius illum habere oportere, vel neſcit illud profecto, aut propter quid eſt neceſſario, aut eſſe, ſed aut arbitrabitur ſe ſcire neſciens, ſi putauerit vt neceſſarium id, quod non eſt neceſſarium, aut nec arbitrabitur æquo diſcrimine ſane, ſiue eſſe per media, ſiue propter quid eſt, & per medijs vacantia ſciuerit.

DILVCI. Tex. c. 18. Neſciretur cõcluſio neceſſaria, ſi mediũ non ſit neceſſarium.

Quoniam igitur ſi ſcit demonſtratiue, oportet ex neceſsitate ineſſe, patet, quod & per medium neceſſarium oportet habere demonſtrationem. aut non ſciet, neq; propter quid, neque quia neceſſe ſit illud eſſe. Sed aut opinabitur non ſciens, ſi aſſumat, vt neceſſarium non neceſſarium aut neque opinabitur eodem modo, ſiue ipſum quia ſciuerit per media: ſiue ipſum propter quid, & per immediata. C

Comẽ. 75. Philopo.

Hic (vt Philo. placet) Ariſto. epiloga: Sed in epilogando addit quaſdam diſiunctiones non inutiles. Epilogando autem inquit. {Qm̃ igitur ſi ſcit demonſtratiue} ſubaudi aliquam concluſionem, {oportet ex neceſsitate ineſt, ſ. prædicatum eius in illius ſubiecto: patet, quod & per medium neceſſariũ, & propoſitiones neceſſarias oportet habere demõſtrationẽ. qm̃ (vt dicimus) neceſſarium non demonſtratur, niſi ex neceſſarijs. Hæc de epilogo. Poſtea ſubſcribit vnam diſiunctiuam & dicit { Aut ſubandi, ſi propoſitiones contingentes fuerint, & D ſyllogizator ſcierit eſſe contingentes, non ſciet, nõ ſciet dico neque propter quid, neque quia neceſſe ſit illud eſſe: neque ſubaudi opinabitur ſe ſcire. Deinde addit & aliam diſiunctiuam. & inquit: {Sed aut ſubandi ſi aſſumat medium vt neceſſarium, quod reuera non eſt neceſſarium, & propoſitiones vt neceſſarias eſſe putat, quę reuera ſunt contingentes, opinabitur ſe ſcire ſyllogizator, quia vel propter quid, non ſciens reuera. Et dixit neque propter quid neque quia, vt Philo. & Themiſtius adnotarunt: quia ſyllogiſmorum alij ipſum quia ſyllogizant, alij ipſum propter quid. Et eorum, qui ipſum quia ſyllogizant, alij quidem ſunt eſt immediatis propoſitionibus, alij vero ex mediatis. Simili ratione, & eorum, qui ipſum propter quid ſyllogizant, alij

Quare dixit neque p̃p quid neque quia. Themiſt. & Philopo.

alij ex immediatis propoſitionibus, alij vero ex mediatis probant. Exempla ponit Phi. Nam hic ſyllogiſmus per mediata, quia probat, Luna vmbram non facit. vmbram non faciens deficit. Luna igitur deficit. Hic vero per immediata: Luna exiſtens in plenilunio vmbram non facit: Vmbram non faciens in plenilunio deficit: Luna igitur deficit. Syllogiſmus vero propter quid per mediata eſt: luna per diametrum eſt Soli: per diametrum vero exiſtens deficit: luna igitur deficit. Hic per immediata. Luna per diametrum Soli exiſtens ſuperatur à terra: quod ſuperatur à terra deficit, luna igitur deficit. Dixit ergo neque propter quid, neque quia: qui duplex ſyllogiſmus eſt, vt patet. Subſcribit tertiam diſiunctiuam, & intellige ſic, Aut ſi propoſitiones ſint contingentes, & ipſe ſyllogizator ſcierit eſſe contingentes, neque opinabitur eodem modo neque ſubaudi ſciet. Dico neque ſcierit, ſiue ipſum quia ſcierit per media, ſiue ipſum propter qui ſyllogizet & per immediata. Et accepit (vt mihi videtur) ſciuerit, pro ſyllogizauerit, vt ſit ſenſus, ſiue ipſum quia ſciuerit, hoc eſt ſyllogizauerit per media, hoc eſt ꝓpoſitiones mediatas, ſiue ſubaudi immediatas, ſiue ſubaudi ſyllogizauerit ipſum propter quid & per immediata, ſiue per mediata, vtroque modo neque ſcit, neque opinatur ſe ſcire: & hoc quia per contingentes propoſitiones ſyllogizat, quas contingentes eſſe nouit. Concidit autem hæc tertia diſiunctiua cum prima. Nam licet aliquo modo verbis differat, tñ in ſubſtantia concidit cum prima. Vnde diuiſio eſt qui ſyllogizat neceſſarium per propoſitiones contingentes, aut nouit quod, propoſitiones ſint contingentes, & ſic neque ſcit, neque opinatur ſe ſcire: aut non nouit eas eſſe contingentes, ſed puta eſſe neceſſarias & ſic non ſcit, opinatur tñ ſe ſcire, hæc de epilogo, & de diſiunctiuis additis, quæ additæ ſunt ad vberiorem doctrinam, non autem ad neceſſitatem.

ARGV. *Accidentium autem non per ſe, eo modo quod determinata ſunt ea quæ per ſe competunt, non eſt demonſtratiua ſcientia. Non enim fit vt neceſſario concluſio demonſtretur. Fit enim vt accidens ipſum non inſit de tali nanque accidente loquor.*

DILVCI. *Accidentium vero non per ſe, quo modo determinata ſunt ea, quæ ſunt per ſe, non eſt ſcientia demonſtratiua. Non enim ex neceſſitate demonſtrare concluſionem. Accidens enim contingit non eſſe. De tali enim dico accident.*

Demſ[t]ratio nõ eſt accidentiũ inſeparabiliũ, quæ nõ primo vel ſecundo modo ꝑ ſe inſit.

Cõmen. 76.

Cõtinuatio

Cum declaraſſet quod demonſtratio & neceſſaria ſit, & ex neceſſarijs propoſitionibus, & ex his, quæ ſunt per ſe, qm̃ ſecundus modus eorum, quæ ſunt per ſe (vt ipſi. inquit), ad inſeparabilia accidentia reducebatur, ne quis ex hoc putaret vniuerſaliter inſeparabile accidens demonſtrationem habere, nunc determinat id ipſum, & oſtendit quod non eſt ſimpliciter omnium accidentium inſeparabilium demonſtratio, licet ſemper ſubiecto inſit, ſed ſolũ quę per ſe ſubiectis inſunt: & hoc proponit & inquit: {Accidentium autem non per ſe, quo modo determinata ſunt ea quę ſunt per ſe} hoc eſt accidentium aũt non per ſe, quæ contra diſtinguuntur accidẽtibus: per ſe dico, qũo determinata ſunt ea, quæ ſunt per ſe, qm̃ pluribus modis quam dictũ ſit, per ſe accipitur. ſed in propoſito loquor de accidente, quod non eſt per ſe, modo quo accipimus

E ipſum per ſe. Horum inquam accidẽtium non per ſe, non eſt ſcientia demonſtratiua, nec de his eſt demonſtratio. Sed ſolum illorum, quę ſubiectis inſunt per ſe. Probat hoc: & inquit. Non enim eſt ex neceſſitate demonſtrare concluſionem, hoc eſt, dico illorum non eſſe demonſtrationem, qm̃ concluſio quæ ex illis conficeretur, non eſſet neceſſaria, nec ex propoſitionibus neceſſarijs demonſtrabilis. & cauſam aſsignat, & dicit {Accidens enim, ex quo ſubaudi concluſio conſtare, contingit non eſſe in ſubiecto. ſubaudi, cui inſeparabiliter ineſt. Nam (vt inquit) de tali ſubo dico, quod eſt inſeparabiliter ſubiecto exiſtens, & contingit illi non ineſſe. Et ita concluſio, quæ ex illo conſtaret, nequaquam neceſſaria erit, nec ex neceſſarijs demonſtrabilis. Sed dubitares, nam ſi accidens huiuſmodi inſeparabili

Dubitatio

F ter ſubiecto ineſt, ſemper ineſt. quod ſemper ineſt, non poteſt non ineſſe: quod non poteſt non ineſſe, neceſſario ineſt, quare, ſi inſeparabiliter ineſt, neceſſario ineſt. Et ita talis concluſio, cum ſit neceſſaria, erit demonſtrabilis Philo. dicit, quod licet hęc accidentia re ab eorum ſubiectis ſubſtantijs ſeparari non poſsint, intentione ac intellectu ſeparari poſſunt: qm̃ & coruus, & æthiops poteſt albus intelligi, eorum ſubſtantia non læſa, ſed permanente. Et hoc ideo, quia non determinate & vni naturę ineſt. Nam nigredo poteſt & coruis, & æquis indifferenter ineſſe. Et aliter reſpondet Philo & inquit. Et ſi æthiopi & coruo inſeparabiliter nigredo inſit, attamen alijs ineſſe & abeſſe per naturam apta eſt: & quia horum natura contingens eſt, & nõ per ſe rebus exiſtens, demonſtratio talium non eſt, qm̃ non eſt poſsibile demõſtrare ex neceſsitate, & per

Solutio, Philopon.

Alia ſolũ. Philopon.

G ſe prædicatum accidens ineſſe ſubiecto ſubſtantię.

Vnde Them. innuit duplicia eſſe accidẽtia. Alia quidem ſeparabilia, alia vero inſeparabilia. Et in ſeparabilium alia aſſerit ſubiectis per ſe ineſſe quæcunque ſecundum eorum naturam ſubiectum determinatum ſibi limitant, vt riſibile hominem, & nihil aliud, & rudibile aſinum, & nullum alium. Alia autem per accidens, quæ licet aliquibus inſint inſeparabiliter, non tñ ſecundum ipſorum accidentium naturam illis inſunt, nec omnibus quibus inſunt neceſſario inſunt. Sed potius ſecundum naturam eorũ, quibus inſunt, ineſſe neceſſario videntur.

Quæ the. 1. huius. cap. 15. Accĩtia ſũt duplicia.

ARGV. *Quamquam fortaſſe quiſpiam dubitabit, cuius nam gratia de his hæc interrogare oportet ſi non neceſſe eſt concluſionem eſſe. Nihil enim refert, ſi quiſpiam quæuis interrogans, dicat deinde concluſionem.*

H DILVCI. *Et tamen ambiget vtique quis fortaſſe. cuius cauſa hæc oportet interrogare de his, ſi non neceſſe eſt concluſionem eſſe. Nihil enim differt ſiquis interrogatus contingentia, poſtea dicat concluſionem.*

Cur cõtingentiũ ſiãt [illegible] interrogationes ſi ex his demõſtrationes non ſunt.

Cõmẽ. 77.

Dictum eſt ex cõtingẽtibus nõ poſſe fieri demõſtrationem, quia ex non neceſſarijs non concluditur neceſſarium. Propterea quærit, qua de cauſa de contingentibus interrogatio dialectica fit. Fruſtra enim videtur fieri, non enim interrogatio fieri videtur, niſi vt ex illius altera parte præconceſſa opponens ſyllogizet concluſionem neceſſariam. At cum ex contingentibus concluſio neceſſaria non deducatur, ergo fruſtra de contingentibus interrogatio fieri videtur. Vnde dicit {Licet ex contingentibus non demonſtretur concluſio neceſſaria,

am-

ambiget tñ & vtique quiſpiam fortaſſe: cuius cauſa hęc.ſ.contingentes propoſitiones oportet interrogare de his: hoc eſt de cõcluſionibus neceſſarijs ſi non neceſſe eſt ex illis concluſionem eſſe. Fruſtra enim videtur interrogare: cuius cauſam aſsignat, & inquit. {Nihil enim differt, ſi quis contingentia interrogatus, poſtea dicit concluſionem: qm̃ ſiue interrogatus, ſiue non nunquam conſenſu dato, concluſio erit neceſſaria. ergo fruſtra interrogatio fit.

Verborum expoſitio.

Quo vero ad verba attinet. Animaduerte, quod interrogatio dialectica ſit proprie de probabilibus. Probabile autem eſt aliqñ neceſſarium, aliqñ contingens, aliqñ verum, aliqñ falſum. Multa enim falſa veris, & multa contingentia neceſſarijs probabiliora ſunt, vt dicitur in Topicis, ideo interrogatio fieri poteſt & de contingentibus, & de neceſſarijs, & de alijs, modo ſint probabilia. Propterea vis rationis Ariſtotelis eſt, quod, ſi ex contingentibus non concluditur neceſſaria concluſio, fruſtra de B contingentibus fierent interrogationes dialecticę.

Expoſitio Philopon.

Phi. vero aliter textum inducit. dicit enim, qm̃ dixit accidentium non eſſe demonſtrationem, nec vt ex quibus, nec vt de, quibus: cum accidentia contingentia ſint; querit, ſi nõ contingit accidentium demonſtrationem fieri, propterea quia ex his, quæ aliter ſe habere poſſunt non ex neceſsitate ſequitur concluſio; cur producimus propoſitiones ab accidentibus, & ſyllogizamus, & aſſerimus ex talibus propoſitionibus neceſſario concluſiones ſequi, cum ſit oſtenſum ex non neceſſarijs non ſequi neceſſarium. Et ſic Phi. interrogare pro producere intellexit q.d. cum ex accidentibus, quæ eadem contingentibus ſunt, non ſequatur neceſſaria concluſio, cur hæc, ſ. propoſitiones oportet interrogare, hoc eſt producere de his, hoc eſt ex his contin- C gentibus, vt neceſſarias concluſiones inferamus. Melius autem expoſitum eſt, vt diximus. nam ſubſcribens inquit. {Nihil enim differt ſi quis contingentia interrogatus, poſtea dicat concluſionem: quoniam quauis parte conſenſu dato, nunquã neceſſaria dabitur concluſio: & hoc ſi ex non neceſſarium non deducatur. Nam quiuis conſenſus contingens eſt. ecce quomodo per interrogare non producere intellexit, ſed interrogare, vt verbum iacet. hæc de dubitatione.

ARGV.

At enim interrogare oportet non vt per interrogata neceſſarium quicquam ſequatur, ſed quia dicere neceſſe eſt ei qui illa dicit, & vere dicere ſi competat vere.

DILVCI.

*Oportet autem interrogare, non vt neceſſarium ſit pro*D*pter interrogata, ſed quod dicere neceſſarium ſit illa dicenti. & vere dicere, ſi vere ſunt quę inſunt.*

Fiũt interrogationes in cõtingẽtibus ad deducendam cõſequẽtiæ neceſſitatẽ non aũt cõſequẽtis.

Reſpondet Ariſt. ad dubitationem, & aſſerit interrogationem non fieri fruſtra in contingentibus propoſitionibus: qm̃ interrogatio non fit, vt ex cõſenſu dato deducatur concluſio neceſſario neceſsitate conſequẽtis, ſed neceſsitate conſequentiæ quę eſt neceſsitas ſuppoſitionis, Vnde inquit? {Oportet autem interrogare. ſ. in propoſitionibus contingentibus, & accipere reſpondentis conſenſum, non (vt neceſſarium ſit) quod infertur ex conſenſu dato propter interrogata, hoc eſt. vt concluſio neceſſario deducatur neceſsitate conſequentis quę eſt neceſsitas ſimpliciter, ſed interrogare oportet eo quod dicere, hoc eſt deducere neceſſarium A ſit, illa interrogata dicenti, hoc eſt, illis interrogatis conceſsis, & vere dicere, hoc eſt & vere deducere, ſi veræ ſunt, q̃ inſunt, hoc eſt, & vere deducere ſi vera ſunt, quæ conceduntur. Sic igitur interrogatio non eſt fruſtra, qm̃ licet nõ fiat, vt concluſio neceſſario ſequatur neceſsitate ſimpliciter, quæ eſt neceſsitas conſequentis, facta propter propoſitionum neceſsitatem, fit tñ, vt concluſio ſequatur neceſſario neceſsitate conſequentiæ, quæ eſt neceſsitas ſuppoſitionis.

Dubitatio 1. elen. c. 1

Sed videtur, quod in demonſtratiuis fiant interrogationes: nam (vt in Elenchis dicitur) diſputatio quadruplex eſt, Doctrinalis, quæ demonſtratiua eſt. Dialectica, Tentatiua, & Sophiſtica. Omnis autem diſputatio per interrogationem perficitur: ergo in demonſtratiuis erunt interrogationes.

Solutio.

Dicendum interrogationem fieri aliqñ ad accipiendum reſpondentis conſenſum, aliquando ad intelligendum terminos, vt ex illis propoſito intelligatur. B Primo modo fit in dialecticis, non autem in demõſtratiuis: nam propoſitiones demonſtratiuæ ſunt (vt Themiſtius inquit) ſuapte natura veræ, & neceſſariæ, ac per ſe conceſſę.

Interrogatio fit dupliciter.

Secundo modo fieri poteſt in omnibus, nam demonſtrationum propoſitiones ſunt principia: principia vero intelliguntur ex terminorum intellectu, & ſic fieri poteſt ipſis interrogatio, vt termini intelligantur, quibus intellectis etiam principia intelliguntur.

Cum igitur ea, quę per ſe inſunt, neceſſario circa vnũquodque competant genus, & vt tale eſt quodque: patet demonſtrationes ipſas ſcientiarum effectrices, de his eſſe, quæ per ſe ſunt & ex talibus extrui atque conſtare.

Text. c. 19.

Quoniam autem ex neceſsitate ſunt circa vnũquodq; genus quæcũque per ſe ſunt, & quatenus vnumquodque: manifeſtum eſt quoniam de his, quæ ſunt per ſe ſcientificæ C *demonſtrationes ſunt, & ex talibus ſunt.*

Comen. 79. Cauſa cur Ariſt. repetat idem.

Videtur hoc in loco eadem dicere Philoſophus, quæ ſuperius dixit. nam dicit, quod non contingat demõſtrationem ex propoſitionibus contingentibus eſſe. & vtitur eiſdem rationibus. Cur vero hoc faciat, Groſſateſta cauſam aſsignans, aſſerit hoc factum eſſe, vt oſtendat primum medio, medium autem poſtremo ſecũdum ipſum ineſſe.

Linconien. Cõfutatio.

Quæ cauſa non videtur bene aſsignata: nam apud Ariſt. per ſe, & ſecundum quod ipſum idem. Et ſic non poteſt per id quod eſt per ſe, demonſtrari id quod eſt ſecundum quod ipſum, niſi idem in ſuiipſius demonſtratione ſumeretur.

Quid neoterici.

Neoterici declarant repetitio- D nem non eſſe inutilem. ex eo quia primo probauit demonſtrationem eſſe ex his, & de his quę ſunt per ſe ex medio, quod eſt neceſſariũ. hic probat ex medio quod eſt neceſſarium ad genus problematis contractũ. & ſic idem probat diuerſis rationibus, quare non incaſſa eſt repetitio.

Refutatio.

Sed licet declarẽt non inutilem eſſe repetitionem: non ſufficienter repetitionis cauſam aſsignant.

Philopon.

Phi. autem nõ incaſſum hoc repetere Ariſto. aſsignat: qm̃ Ari. vult hinc non docere quod oporteat demonſtrationis propoſitiones ex his proprijs ſumere, quæ ſecundum vnumquodque genus ſunt, circa quod eſt problema: & nõ demonſtrare aliquod Geometricum Theorema ex Arithmeticis propoſitionibus: ecce cauſam repetitionis. quam Phi. pulchre aſsignauit: Secundũ ergo Phil. Ariſt. iterum declarat quod demon-

moſtrationes ſint ex his, quæ ſunt per ſe, & ex his quæ ſunt neceſſaria non ſimpliciter, ſed ex his, quæ ſunt neceſſaria circa vnumquodque genus: quatenus genus illud tale eſt, & hoc inquit: } Quouiam autem quæcunque per ſe ſunt, ex neceſsitate ſunt circa vnumquodq: genus: & quatenus vnumquodque. ſ. genus tale eſt: & ſubaudi, & quæcunque neceſſaria ſunt circa vnumquodque genus per ſe, & ſunt: eadem enim ſunt & quæ per ſe, & quæ neceſſaria, ad genus contracta. Ex his infert quod intendit, & inquit } Manifeſtum eſt, qm̃ de his, quæ ſunt per ſe, & de talibus, quæ ſunt per ſe ſcientificæ demonſtrationes ſunt. Eſt ergo Enthymema, quæ per ſe ſunt, & quæ neceſſaria ad genus contracta, eadem omnino ſunt ergo demonſtratio eſt ex his, & de his, quæ ſunt per ſe, & neceſſaria ad genus cõtracta: ex his dico, vt ex propoſitionibus, & de his F vero, vt de concluſionibus. Siquis autem vult, poteſt ſyllm̃ ſic conijcere. Ex neceſſarijs ad genus cõtractis demonſtrationes ſunt: quę per ſe ſunt neceſſaria ſunt ad genus contracta. Ex his ergo, quæ per ſe ſunt, demonſtrationes ſunt. Quo vero ad verba attinet, Ariſt. hic per genus, non predicamentarium genus intelligit, ſed genus ſcientię, veluti mathæmaticum vel phyſicum: & non quidem genus ſcientiæ abſolute, ſed vt tale, vtputa math. maticũ quod eſt geometricum vel arithmeticum. Non enim concluſio geometrica ſatis eſt, vt demonſtretur ex propoſitionibus mathematicis, ſed oportet vt demonſtretur ex his propoſitionibus mathematicis, quæ contracta ſunt ad geometricum genns. Propterea dixit, quæ p ſe ſunt eſſe neceſſaria circa vnumquodq; genus, & quatenus tale, cuius & qualis eſt Theorema, quod ex illis demonſtratur.

Enthymema tex.

Verborum expoſitio.

Accidentia nanque non ſunt neceſſaria: quare non ſit vt neceſſario ſciatur concluſio propter quid eſt.

ARGV.

Accidentia enim non neceſſaria ſunt: quare non neceſſe eſt concluſionem ſcire propter quid ſit.

DILVCI. Accñtia cũ neceſſaria nõ ſint, a demſone aliena ſunt. Comē. 80.

Concluſit quod demõſtratio ſit ex his, quæ ſunt per ſe: & hoc, quia neceſſaria ad genus contracta. & quæ per ſe ſunt, eadem ſunt. At nunc idem probat ex eo, quod eſt oppoſitum ad per ſe, hoc pacto ex accidentibus non eſt neceſſe ſcire propter quid ergo demonſtratio non eſt ex accidentibus. cum igitur non ſit ex his, quæ per accidẽs ſunt: ergo demonſtratio eſt ex his, quæ per ſe ſunt. Et tunc verbum enim potius confirmatiuum eſt, vt legatur. n. pro præterea hoc modo, Præterea Accidentia nõ neceſſaria ſunt. Nam (vt Phi. inquit) quæ per accidens inſunt, contingunt non ineſſe. H Quare, vt inquit, non neceſſe eſt ſcire ex his concluſionem propter quid. Et ita ex his, quæ ſunt per accidens, demonſtratio non conſtat: quod ſi ex his quæ per accidens ſunt, demonſtratio non conſtat, conſtabit profecto ex his, quæ per ſe ſunt: quod eſt intentum.

ARGV.

Neque ſi ſit ſemper, non autem ſit per ſe. Quod ita eſſe declarant hæ ratiocinationem, quæ per ſigna conficiuntur. Id enim, quod eſt per ſe. non per ſe quiſpiam ſciet. neque propter quid eſt. Scire autẽ propter quis eſt, nihil aliud eſt quam per cauſam ſcire.

DILVCI.

Neque ſi ſemper ſint, non per ſe autem, Vt ſunt per ſigna ſyllogiſmi, Hoc enim per ſe eſt, non per ſe ſciet, neque propter quid: Nam propter quid ſcire eſt per cauſam ſcire. E

Ex accidentibus per ſe non ſit potiſsima demõſtratio. Cõmen. 81.

Ampliat quod dixit. Dixit enim ex his, quæ per accidens ſunt, nos nihil poſſe ſcire: Ampliat ergo nunc hoc, & inquit } Neque ſint ſemper accidentia ipſa, non per ſe autem, ex his fieri poteſt demõſtratio.. Huius autem exemplum ponit, & inquit } Vt ſunt per ſigna ſyllogiſmi: qui quidẽ cauſas ex cauſatis ſyllogizant, vtputa. Luna diuerſimode illuluminatur: quod diuerſimode illuminatur eſt ſphæricum: Luna igitur eſt ſphærica. Diuerſimode illuminari effectus eſt, cauſa vero eius eſt ſphæricum eſſe. Vult igitur quod nec accidentia, quæ ſemper inſunt ſubiectis, faciant per ſe ſcire. Cuius rationem affert, & inquit. } Hoc enim per ſe eſt, vtputa Luna eſt ſphærica, non tñ qui hoc ſyllogizat ex diuerſis illuminationibus Lunę. per ſe ſciet. Neque propter quid, quod idem eſt. Cuius cauſam affert, & dicit. Nam propter quid ſcire, & per ſe ſcire eſt per cauſam ſcire, vt ſuperius dictum eſt. Modo diuerſimode illuminari eſt accidens, ac Lunæ ſphæricæ effectus. Vnde fit (vt ſi ſcire per accidẽs) vt ſuperius dictum eſt.

Supra commen. 22.

Per ſe ergo tertio mediũ, et medio primo ineſſe oportet.

ARGV.

Per ipſum igitur oportet & medium tertio, & primum medio ineſſe.

DILVCI. Primæ figuræ diſpõ propria demõſtrationi. Comē. 82.

Ex his omnibus quæ dicta ſunt, concludit Ariſ. quod oporteat medium tertio per ſe ineſſe; & primum etiam medio. Si enim primum tertio ex neceſsitate ineſt, ineſt autem per medium, oportet igitur medium tertio quidem per ſe ineſſe, primo vero ſubijci, vt ita per ipſum etiam primum demõſtretur per ſe ineſſe tertio. Quo vero ad verba at G tinet. per primum, extremitatem maiorem, & per tertium, minorem intelligit: & proprie in prima figura. Quia in alijs figuris, aut non fit demonſtratio, aut non propter quid. Per ipſum vero, per ſe intelligit, vt ſit ſenſus ex his, quæ dicta ſunt, ſequi primum ineſſe medio per ſe: & medium per ſe tertio. Tu vero non eodem modo per ſe, ſemper intelligas. vt ſuperius pulchre eſt dilucidatum. Ex his quę dicta ſunt: patet primo quod nullum cauſatum facit ſcire cauſam per ſe. qm̃ omne cauſatum eſt accidens ſuæ cauſæ: modo per id quod eſt accidens, nihil per ſe ſcitur. Accidit, quod ſcire per ſe, & ſcire propter quid idem eſt. Dixit enim Ariſto. ſuperius, quod ſcire per accidens eſt ſcire ſophiſtico modo: aſſerens per ſe ſcire & propter quid ſcire idem eſſe. Præterea Secundum Themiſt. & Philo. H ſcire per ſe, & ſcire propter quid, & ſcire ſimpliciter idem eſt. Auer. tamen aſſerit ſcire ſimpliter eſſe quoties per medium ſcimus: quod eſt nobis, & naturæ notum, vt in Matematicis. Scire vero propter, quid eſt ſcire per cauſam, quæ eſt nota naturæ nobis vero inuenta ex effectu: qui per ipſam demõſtratur. Sed quęres vtrum aliquod accidens poſsit eſſe neceſſarium. Themiſtius & Philoponus ſuperius non ſemel dixerunt aliquod accidens poſſe eſſe & neceſſarium, ſempiternum, non tñ ſimpliciter neceſſarium, aut ſimpliciter ſempiternum, ſed ſecundum quid. vt candidum, accidens eſt neceſſarium ad hoc, vtputa ad cygnum, niuem, & id genus, non autem ſimpliciter ad omnia. Preterea album, ad niuem eſt ſempiternum, nõ tamen ad oĩa,

Verborum expoſitio.

Corol. 1.

2. Corol. Text. cõ. 5.

Dubitatio. Rñ. The & Philop.

cum

Alia dubõ.

cum ſit parieti contingens. Sed tunc dubitant an omne accidens proprium ſubiectum habeat? Hoc eſt vtrum aliquod accidens poſsit eſſe proprium vni ſubiecto,& commune alteri ſubiecto.

Solutio Recenſiorum.

Recentiores de Auerr.decreto affirmant omne accidẽs eſſe proprium alicui,veluti album,parieti quidem commune eſt. Diaphano aũt terminato proprium eſt. Cui opinioni id conſonum eſſe videtur, quod Ariſto in Phyſicis aſſerit, ꝙ omne per accidens ad per ſe reducatur. Præterea, omne accidens quod per ſe cauſam in ſubiecto haber, eſt illi proprium, at nullum eſt accidens,quin habeat propriam cauſam in ſubiecto.

Opin. aliquorum.

Alij tenent oppoſitum, aſſerunt enim accidentia,alia eſſe per ſe,quæ propria eſſe affirmant,alia per accidens, quæ communia, & quidem pluribus rationibus:

1.ratio ſua.

Prima quidem, qm̃ contingens reſpectu vnius nõ poteſt eſſe neceſſarium reſpectu alterius, vt Secundo phyſicæ auſcultationis,inquit Auer.

Comẽ. 48.
2.ratio,

Secunda vero, qm̃ hoc conceſſo. ſemper ad alicuius accidentis corrutionem,aliqua ſubſtantia corrumperetur. cuius contrarium videtur aſſerere Ariſto. eo libello,quem de Longitudine,& Breuitate vitæ inſcripſit.

3.ratio.

Præterea. & tertia ratione idem probant. ꝙ nullum oppoſitum de ſuo oppoſito prædicabitur. Accidens autem per accidens eſt oppoſitum accidenti per ſe, Igitur non poteſt reſpectu alicuius eſſe per ſe.

4.ratio.

Quarta denique ratione, quoniam omne accidẽs propriũ eſt per ſe: omne per ſe eſt ſimpliciter neceſſarium (vt Themiſtio placet)& ſic omne accidens per accidens eſſet ſimpliciter neceſſarium.

Rerum ac cauſarum in contingentia & neceſsitate combinationes quatuor.

	Rerum		*Cauſarum*
1.	*Quædam neceſſaria* / *Calor cœleſtis*	—	*Alia Contingens* / *Animalium et ſtirpium*
2.	*Alia neceſſaria* / *Denſitas cœli*	—	*Alia neceſſaria lucis*
3.	*Res Contingens* / *Curſus*	—	*Cauſa contingens* / *Sanitatis cã cõtingens*
4.	*Res contingens* / *Hũorũ diſtẽperãtia*	—	*Cauſa neceſſaria* / *Mortis eſt cauſa*

Nota hæc

Animaduerte pro dilucidatione, ꝙ res & cauſa ſic combinantur. nam aliqua eſt res neceſſaria & cauſa contingens,vt cœleſtis calor,res quidem neceſſaria eſt,animalium aũt & ſtirpium,cauſa per accidẽs. Aliqua eſt res neceſſaria, & cauſa neceſſaria, vt cœleſtis dẽſitudo,res quidem neceſſaria eſt,cauſa etiã neceſſaria lucis. Aliqua eſt contingẽs, & cauſa contingens,vt curſus,qui res contingens eſt, & ſanitatis cauſę contingens. Aliqua vero contingẽs, & cauſa neceſſaria:vt diſtemperãtia humorum res quidem contingens eſt, mortis vero cauſa neceſſaria. Præterea Animaduerte ꝙ ſubiectum aliquando apud Philoſophos pro materia,cui accidens inhæret accipitur, & ſic ſubſtantia accidentium ſubiectum dicitur. Aliqñ pro cauſa,& hoc pacto phantaſma Auerr. 3. libro de Anima ſubiectum intellectionis vocat, nam phantaſma cauſa eſt intellectio

Comẽ. 51.

A nis. Tunc dicendum has opiniones conciliando, ꝙ nõ ſit aliquod ſubiectum in rerum natura, quin habeat proprium ſubiectum, accipiẽdo ſubiectum pro cauſa, quæ ſit illius neceſſaria cauſa aliquo modo dictorũ. Et ſic fortaſſe primi intellexerunt. At ſi ſubiectum intelligatur per materia, cui accidens inhæret, ſic non oẽ accidens proprium ſubiectum habet, vt rationes concludunt. Et ſic fortaſſe ſcđi intellexerũt. tu vero ſi melius habes melius dicas.

Conciliatio primæ opinionis cum ſecunda.

ARGV.

Non igitur fieri poteſt vt ex alio genere quiſquam in aliud tranſiens quinquam demonſtret, veluti cõcluſionem geometricam, arithmetica demonſtratione.

DILVCI.

Non igitur eſt ex alio genere tranſeuntem, demonſtrare, vtputa geometricum, arithmetica.

Tex. c. 20.
Demõſtratio non eſt ex his quæ ſunt extranei generis
Cõmẽ. 83.
Inuentio Ariſto. ſcđm Iunior.
Introducti. Philopon.

Iuniores aſſerunt nunc Ariſto. velle demonſtrare, ꝙ demonſtratio non ex extraneis, ſed ex proB prijs conſtet Philoponus vero ſic textum introducit: ꝙ cum Ariſt. demonſtraſſet ꝙ demonſtratio & neceſſaria ſit,& ex neceſſarijs,& ꝙ ſola quæ per ſe ſunt neceſſaria ſint,nunc corollarium concludit. Et corollarium ſecundum eum eſt hoc, ꝙ non contingit, demõſtrationes, quæ alteri quippiam ſcientiæ cõueniunt conuenire in alia hoc eſt (vt exponit) ꝙ non poſsibile eſt domõſtratione, qua demonſtrauimus geometricum aliquod theorema, ea ipſa Arithemericum demonſtrare. Clarius autem corollarium eſt hoc, quod non ſit poſsibile vt concluſio ſit vnius generis & propoſitiones alterius: vtputa concluſio ſit geometrica, & propoſitiones, ex quibus demonſtratio conſtat, quæ illam demõſtrant, ſint arithmeticæ. Et hoc inquit. Non igitur eſt ex alio genere tranſeuntem demonſtrare, vtputa geometricum. Theorema arithmetica demonſtratio C ne. Vnde vero corollarium iſtud inferatur. Placet Themiſtio quòd hoc inferatur ex proximo dicto, hoc modo: ſi neceſſe eſt medium infimo, & primũ medio per ſe ineſſe, manifeſtum eſt demonſtrationes de genere vno in aliud migrare aut conferri non poſſe. Verbi cauſa, vt geometricæ propoſitiones arithmeticis concluſionibus congruant. Philoponus deducit & ex eo ꝙ demõſtratio ſit neceſſaria ex neceſſarijs.& ex eo ꝙ ſola ea quæ per ſe ſunt ſint neceſſaria ad genus cõtracta. Ex his enim concludit non poſſe, concluſionem eſſe in vno genere,& propoſitiones in alio. Quo vero ad verba attinet, verbum tranſeuntem in antiquis tranſlationibus legitur deſcendentem, græce tamen Metanata legitur: hoc eſt tranſeuntem, Nam deſcendere eſt à ſuperiore, quod Ariſtot. concedet: ideo D melius tranſeuntem legendum eſt.

Vnde inferatur coro. text.
Themiſt.

Philopon.

Verborum expoſitio.

ARGV.

Tria nanque ſunt quæ in demonſtrationibus inſunt. Vnum id quod demonſtratur ineſſe. hoc autem eſt id quod alicui per ſe generi competit. Aliud dignitates. Dignitates autem ea ſunt, ex quibus ſit demonſtratio. Tertium eſt genus ipſum ſubiectum, cuius affectus accidentiaq; per ſe demonſtratio patefacit.

DILVCI.

Tria enim ſunt in demonſtrationibus: Vnum quidem, quæ demonſtratur concluſio, hoc autem eſt, quod ineſt alicui generi per ſe. Vnum autem, dignitates. Dignitates autem ſunt, ex quibus eſt demonſtratio. Tertiũ autem genus ſubiectum, cuius paſsiones, & per ſe accidentia oſtendit demonſtratio.

Quæ aſſumuntur in omni demõſtratiõe.

Cum dediſſet corollarium, nunc vult illud altius, ac facilius dilucidare,& vt hoc faciat, prius di-

Cõmen. 84.

Sup. tex. 2.
Quæ Recẽtiores de diuiſione.
Qualis diuiſio.

uiſionem (vt Philoponus inquit (eorum, quæ in E demonſtrationibus aſſumuntur, quam quidem diuiſionem ab initio ſecit eo textu qui eſt. Dupliciter autem neceſſarium eſt pręcognoſcere. Verũ Recentiores aſſerunt Ariſto. facere hanc diuiſionem, quod tria ſint in demonſtrationibus, concluſio videlicet, dignitates, & ſubiectum. Quæ diuiſio ſatis videtur verbis Ariſto conſonare. Non tamen reuera conſonat, quoniam concluſio non eſt demonſtrationis pars: ſed aliud quidpiam eueniẽs de neceſsitate. Propterea Themiſtius & Philoponus aliter diuiſionem, quam Ariſto. præmittit, intelligunt, & aſſerunt tria eſſe, quæ in demonſtrationibus aſſumuntur. & ea, ex quibus demonſtratur concluſio, quę græce Axiomata dicuntur, latine Dignitates. Et concluſionis ſubiectis terminis. & eiuſdem quæſitus & de ſubiecto pręedicatus. Vnde Ariſto. inquit. {Tria enim ſunt, quæ in demonſtrationibus aſſumuntur: Vnum quidem. quæ demonſtratur concluſio, hoc eſt prædicatus in cõcluſione terminus: quem demonſtratio aut ineſſe ſubiecto, aut nõ in eſſe oſtendit. Exponit aũt cui hic prædicatus terminus inſit, & dicit, Hoc autem eſt, quod ineſt alicui generi per ſe, idem hic prædicatus terminus eſt, qui ineſt alicui ſubiecto alicuius concluſionis per ſe. Sumpſit. n. genus, pro ſubiecto concluſionis (vt Philoponus exponit) vt etiam multis in locis dicere conſueuit Ariſto. Appellauit autem Philoponus textu illo (Dupliciter autem neceſſariũ eſt præcognoſcere) prædicatum concluſionis quæſitum: hic vero Ariſto. quæ demonſtrantur, concluſionem vocauit. Deinde exponit ſecundum & inquit. {Vnum autem dignitates, hoc eſt ſecundum eorum, quæ in demonſtrationibus aſſumuntur, G ſunt dignitates, quas exponit, & inquit {Dignitates autem ſunt propoſitiones, ex quibus eſt demõſtratio. Exponit vero & tertium. & inquit. Tertiũ autem genus ſubiectum, hoc eſt ſubiectus in concluſione terminus, quod Philoponus textu quo ſupra, appellauit datum, conceſſum, cuius (vt inquit) paſsiones. & per ſe accidentia oſtendit demonſtratio. dixit paſsiones, & per ſe accidentia, vt alterum alterius ſit expoſitiuum. quaſi d. cuius paſsiones, hoc eſt per ſe accidentia oſtendit demonſtratio. Sic igitur vult tria eſſe, quæ aſſumuntur in demonſtrationibus; prædicatum, & ſubiectum concluſionis, & dignitates. vel ſub alijs verbis conceſſum, & quæſitum, & principia, quæ in ipſa inuentione, maiores propoſitiones ſunt, ſub quibus minores ex inuentione accipiuntur. In ipſa vero doctrina vel H diſciplina, quæ ab alio habetur, ſunt principia, quæ poſſunt eſſe communia pluribus ſcientijs, & propria vni demonſtrationi, vt dicemus. Tacuit autem medium, quia pars eſt Axiomatum. Medium enim multiplicatũ propoſitiones generat, ex quibus demonſtratio eſt.

Themiſt. & Philopo.

Sex. tex. 2. Cõmẽ. 5.

ARGV.

Fieri igitur poteſt, vt ea quidem ſint eadem, è quibus ſit demonſtratio. at quarum genus diuerſum eſt, vt Arithmeticæ Geometriæ quæ. in hiſce fieri nequit, vt ad ea, quę magnitudinibus accidunt, accommodetur arithmetica demonſtratio, niſi ſint ipſa magnitudines numeri. Hoc autem. vt in quibuſdam fieri poteſt, poſterius explicabitur. Arithmetica vero demonſtratio ſemper in ſe genus id habet, circa quod ipſa verſatur, cæteraq; ſimiliter.

DILVCI. Demõſtrationes ex ꝓpriis ſunt ꝑ ſe ex cõibus autem ꝑ acciñs.

E *Ex quibus igitur demonſtratio ſit, contingit eadem eſſe. Quorum autem genus alterum eſt, ſicut Arithmeticæ & geometriæ, non eſt arithmeticam demonſtrationem accidentibus conuenire, quæ in magnitudinibus ſunt, niſi magnitudines numeri ſint. Hoc autem quo modo contingat in quibuſdam, poſterius dicetur. Arithmetica vero demonſtratio ſemper habet genus, circa quod demonſtratio ſit, & aliæ ſimiliter.*

Comen. 15. Expoſitio Philopo.

Verbum igitur (vt Philop. ſentit) Aduerſatiue legendũ eſt hoc modo, vt velit Ariſt. ponere differẽtiam inter ea tria, quæ id demonſtrationibus aſſumuntur quatenus Axiomata cõia eſſe poſſunt diuerſis ſcientijs, ſubiectum & prædicatum non, ſed cuiq; ſcientiæ propria. Vnde inquit. Sed ex quibus demonſtratio ſit, contingit eadẽ eſſe hoc eſt, axiomata, quæ maioris propoſitiones ſunt in ſyllogiſmis. Nam hoc Axioma, quæ eidem ſunt ęqualia, & F inter ſe ſunt æqualia geometrię, & arithmeticæ cõe eſt. Exponit deinde ꝙ ſubiecta & prædicata non poſſunt eſſe eadem, & dicit. Quorum aũt genus, ſ. ſubiectũ eſt alterum, hoc eſt, quarum aũt ſcientiarum ſubiectum eſt diuerſum, in his, ſubaudi nõ contingit eiſdem propoſitionibus, minoribus inquã vti (vt Philoponus exponit) Sicut Arithmeticæ, & geometriæ: quatenus arithmeticæ numeri, geometriæ magnitudines ſubiecta ſunt. Et propter hanc inquit differentiam ſubiectorum non eſt arithmeticam demonſtrationem accidentibus conuenire, quæ in magnitudinibus ſunt, niſi magnitudines numeri ſint (vt Pithagorici dixerũt) quod falſum eſt. Cauſam affert Philoponus, qm̃ diuerſis exiſtentibus ſubiectis generibus, neq; prædicatum accidẽs idẽ eſt nõ. n. poſsibile eſt idẽ ꝑdicatum accidẽs de G vnoquoq; diuerſorũ generum vniuerſaliter & ꝑ ſe prędicari, vt prius dixit. Sed qm̃ in ſcientijs ſubalternis hoc fieri poteſt, ideo dicit, Hoc aũt qũo contingat in quibuſdam, poſterius dicetur. Qm̃ in ſubalternis ſcientijs põt demonſtratio altioris ſcientiæ conuenire accidentibus inferioris ſcientiæ. Deinde (vt ſentit Philoponus) cauſam aſsignat eius, quod dixerat. Dixerat. n. ꝙ non contingat eas, quæ in alia ſcientia aſſumptæ ſunt minores propoſitiones, in alia conuenire: nunc hoc comprobat {vt Philoponus inquit} & legendum eſt aũt aduerſatiue. ſed cauſaliter: hoc pacto, nam ſcientia arithmetica ſemper habet genus proprium, circa quod demonſtratio fit: & aliæ ſcientiæ ſimiliter habent genus proprium, circa quod verſantur omnes demõſtrationes. Ergo propoſitiones minores non poſ- H ſunt eſſe cões vtriſq; ſciẽtijs, niſi illæ ſubalternæ eſſent. abiũctis. n. & penitus diuerſis nequaquam cõmunes eſſe poſſunt. Et accepit ſemper pro vniuerſaliter. Vniuerſaliter. n. in omni arithmetica demõſtratiõe idem genus aſſumitur. Ex his ratio poteſt hoc pacto cõponi, Subiecta & prædicata propria ſunt: demonſtratio conſtat ex ſubiecto & prædicato: igitur demonſtratio eſt ex proprijs. Poteſt tñ ſecundum quid ex communibus conſtare: & ſic patet corollarium, videlicet ꝙ non contingat tranſire de genere in genus. Animaduertendum ſecundum Philopon. ꝙ diuerſæ ſcientiæ genere, & oĩno abiunctæ, vt ſunt geometria, & arithmetica, vti poſſunt eiuſdẽ ꝓpoſitionibus, ſ. maioribus, vt eſt illa, quæ eidẽ ſunt æqualia, inter ſe ſunt æqualia, eiſdem

Syll. tex.

Notabile

vero

vero propoſitionibus minoribus nequaquam. Cuius cauſa eſt, quoniam ſubiecta ſunt diuerſa, & accidentia prædicata diuerſa. Et ſic minoris nõ poſſunt eædem eſſe vtriſq;, niſi ſcientiæ ſubalternę eſſent, vt poſterius dicemus. Et tunc legendus eſt textus hoc modo. Ex quibus autem demõſtratio fit, ſ. maiores propoſitiones, contingit eadem eſſe & communia diuerſis generibus ſciẽtiæ. Et licet maiores poſſunt eſſe eædem, quorum tamen, hoc eſt quarũ tamen ſcientiarum ſubiectum genus eſt alterum, minores non poſſunt eſſe eædem & communes, ſicut dicemus, niſi eſſent ſobalternæ, quarum diuerſarum ſcientiarum maiores eædem eſſe poſſunt, minores vero minime.

ARGV.

Quare ſi trãſire migrareq; debeat demõſtratio, aut idẽ genus ſimpliciter, aut aliqua ex parte, neceſſe eſt eſſe.

Quare aut ſimpliciter neceſſe eſt idem genus, aut aliquo modo, ſi debeat demonſtratio, deſcendere.

DILVCI. Deſcẽdere Migrare. Cõmen. 86 In ſubalternis ſcientijs cõibus vti poſſumus.

Cum compleuit rationẽ, per quam corollarium probauit, nunc oſtendit, quomodo licet deſcendere de genere in genus. & deducit, quod hic dicit; ex dictis. Et propterea vtitur verbo, quare, & inquit. {Quare (ſi debeat demonſtratio deſcendere) ita vt eiſdem demonſtrationibus in diuerſis ſcientijs vtamur, neceſſe eſt idem eſſe genus earum ſcientiarũ aut ſimpliciter, vt puta in eadem ſcientia, vt in geometria, vbi (vt Philoponus inquit) ſemper priora Theoremata fiunt principia, & propoſitiones poſteriorum. Quod.n. in priore Theoremate demõſtratum eſt, id ad demonſtrationes poſterioris aſſumptum eſt, & ita in omnibus. {Aut aliquo modo} hoc eſt, aut neceſſe eſt vt genus earũ idem ſit aliquo modo, veluti eſt in ſubalternis ſcientijs, quæ ſunt eiuſdem generis nõ ſimpliciter, ſed aliquo modo, quatenus genus vnius ſub genere alterius continetur: patet igitur quo modo licet deſcendere.

ARGV.

Aliter vero patet fieri non poſſe. Ex eodem enim genere, ipſa extrema & media neceſſe eſt eſſe. Nam ſi nõ ſint per ſe, accidentia erunt profecto.

Aliter vero, quoniam, impoſſibile manifeſtum eſt. ex eodem enim genere, neceſſe eſt vltima, & media eſſe. ſi enim non ſunt per ſe accidentia ſunt.

DILVCI. De vna in aliam ſciãs penitus diuerſam deſcẽdere, eſt impoſſe. Cõmẽ. 87.

Nunc oſtẽdit, ꝙ impoſſibile ſit ſecũdum alium modo demonſtrationes migrare ab alijs in alias ſcientias, quaſi rediens ad id, quod prius dixerat: dixit enim ꝙ nõ poſſunt propoſitiones eſſe vnius ſcientiæ, & cõcluſiones alterius, vt geometriæ propoſitiones, Arithmeticæ vero cõcluſiones, niſi (vt dictum eſt) ſcientiæ ſint aliquo modo eiuſdem generis, hoc eſt ſubalternæ. Probat autem hoc, vt Philoponus pulchre exponit terminis in demonſtratione tribus aſſumptis, duobus quidem extremis, vno autem medio. At hos oẽs neceſſe eſt aſſumi ex eodem genere, vtputa, In arithmetica quidem ex numeris, In geometria vero ex magnitudinibus, & in alijs eodem modo. Aſſumptum etiã eſt, ꝙ per ſe oportet & extremos terminos adinuicem prædicari, & medium huic quidem ſubijci, de illo aũt prædicari: quare, ſi nõ ex eodem genere aſſumpta hæc fuerint, non erunt per ſe adinuicem, ſed per accidens. non.n. extremitas maior de medio, nec medium de minore per ſe prædicabitur, ſed extraneę, atq; per accñs. Vnde inquit, Aliter vero, qm̃ impoſſibile ſit, Manifeſtum eſt, hoc eſt: impoſſe eſt ſecun-

E dum alium modum demonſtrationes migrare ab alijs, in alias ſcientias, ſed ſolum (vt dictum eſt) qñ ſunt ſubalternæ. Probat & inquit. Ex eodem.n. genere neceſſe eſt vltima, & media eſſe. nõ.n. poſſunt extrema eſſe de genere magnitudinum, media vero de genere numerorum, alioquin non per ſe maior extremitas de medio, nec medium de minori extremitate ꝑ ſe prædicaretur. Hoc deſtruit, & inquit. Si.n. non per ſe, ſubaudi inuicem ꝑdicarentur, eſſent ſubaudi inuicẽ accidentia. qm̃ de medio maior, & de minori mediũ per accidẽs prædicaretur, & ſic demonſtrationes nõ ex his q̃ per ſe ſunt, fierent, ſed ex his, q̃ ſunt per accidens: contra ea, quæ diximus. Quare ĩpoſsibile, vt migratio fiat de vna ſcientia in alterã penitus ac ſimpliciter diuerſam.

ARGV.

Quocirca fieri non poteſt, quo Geometria contrariorum vnam ſcientiam eſſe, vel duos cubos cubum eſſe de- F *monſtret: aut alia quæuis ſcientia, id quod ad aliã pertinet, niſi in hiſce, quæ ſic inter ſeſe habent, vt altera ſub altera collocetur, quo pacto ad Arithmeticam Muſica, ad Geometriam Perſpectiua ſe habet.*

DILVCI. Sciæ niſi ſb alternæ ſint vna ex altera non demonſtrat.

Propter hoc Geometriæ non eſt demonſtrare, quòd contrariorum vna ſit ſcientia. ſed neque quòd duo cubi ſit vnus cubus, neque alterius ſcientia quod alterius eſt, Sed aut quæcunque ſic ſe habet adinuicem, vt quòd alterum ſit ſub altero, vt Perſpectiua ad Geometriam, & Muſica ad Arithmeticam.

Cõmẽ. 88.

In ſpecie quaſi exemplo exponit quod dixerat, & ĩquit} Propter hoc geometriæ nõ eſt demonſtrare ꝙ contrariorum vna ſit ſcientia. Demonſtrare n. ꝙ contrariorum vna ſit ſcientia, non eſt proprium Geometriæ, qm̃ non ex ſubiectis geometriæ aſſumpti ſunt termini. Potius autem (vt Philoponus in- G quit.) Dialecticæ eſt illud demonſtrare, quæ quidem Primam imitans, Philoſophiam, oĩa demonſtrare tentat, tanquam oĩa ipſi ſubiecta ſint. Eſt.n. dialectica de cõmunibus, quibuſdam oĩbus ſcientijs. Aſsignat ſecundum exemplum, & inquit, Sed neq; ꝙ duo cubi ſit vnus cubus geometriæ videlicet eſt demonſtrare, ſed potius ſtereometriæ. Nã geometria quidem circa ſuperficies ſpeculationẽ habet, Stereometria vero circa ſolida ac corpora. Cubus.n. ſubiectum eſt ſtereometriæ. Quo vero ad verba attinet. cum dicit: ꝙ duo cubi ſit vnus cubus: intelligit cubum duplare, & iterum remanere cubi figuram: vt Philoponus exponit. Videtur aũt per hoc (vt Philoponus exponit) Diuulgatam obſcure loqui hiſtoriam. Delijs.n. peſte laborantibus Oracula reſpondit Apollo: liberari à peſte, ſi altare duplabunt cubicam habẽs figuram: Illi vero ere- H xerunt, addentes priori altari, alterum cubũ æqualem: ſed duorum cuborum compoſitio cubi figuram alterauit. Facta.n. eſt pro cubo trabs: Peſte vero non ceſſante, reſponſum dedit deus. Ipſos nõ feciſſe quod imperatũ fuit. Nam ipſe quidem præcepit duplare cubum, hoc eſt altare emolliri cubicum prioris duplum: Illi vero cubũ ſupra cubum poſuere. Venere igitur ad Platonem quærẽtes methodum, quo pacto vtiq; cubum duplaturi eſſent, ille vero ad eos inquit. Videtur enim vobis probro dare Deus, vtpote negligentibus geometriã. Duplatio.n. cubi inuenietur inquit, ſi duarum rectarum linearum duæ mediæ proportionales inuenientur. Et hoc problema diſcipulis propoſuit, qui

Logica eſt ſcia cõis

Verborum expoſitio.

Hiſtoria de Apollinis ara.

dem de hoc ſcripſerunt vnuſquiſque pro viribus, quorum nec quicq̄ hucuſq; ſaluatur. Non.n.geometra de hoc notauit, ſed ſtereometra, quod quō demonſtretur, Philopon. longo ſermone exponit: nobis aūt illud ſit ſatis, ꝙ huius demonſtratio ſtereometrica eſt non aūt geometrica. Demum amplificat quod dixit, & inquit. {Neq; alterius ſcientiæ eſt demonſtrare quod eſt alterius, ſed aut ſolū hoc facere poſſunt ſubalternæ, quæcunq; ſic ſe hñt adinuicem, vt ꝙ altera ſit ſub altera, vt Perſpectiua ad Geometriam, & Muſica ad arithmeticam. Vbi

Ad ſciarum ſubalternatioē tria requirunt.

aīaduerſione dignum tria requiri ad ſcientiarum ſubalternationem. primo quidem ꝙ ſubiectum ſit ſub ſubiecto, & hoc pacto geometria arithmeticæ non ſubijcitur: qm̄ altera de numero, altera de magnitudine agit. 2. loco, ꝙ ſubm̄ inferioris ſuperaddat ſubiecto ſuperioris differentiam accidētalem. F hac ratione, ſcientia, quæ eſt de ſpecie, ſciētiæ, quæ de genere eſt, non ſubalternatur. Tertio deniq; ꝙ cōcluſiones ſcientiæ ſuperioris ſiut principia conclusionem ſciæ inferiores. & hac rōne nec Phyſica: nec mathematica ſubalternatur Metaphyſicæ.

ARGY.

Neq; ſiquid lineis ineſt, non vt lineæ ſunt propriorūq; ratione principiorum geometria demonſtrat. Veluti ſi pulcherrima linearū ſit linea recta, aut ſi ſeſe habet ad circunferentiā contrario modo. Non.n. hæc ratione proprij generis ipſarum, ſed cuiuſdam communis competunt.

DILVCI.

Neq; ſi aliquid ineſt lineis non ſecundum quòd lineæ ſunt, neq; inquantum ex proprij principijs. vt ſi pulcherrima linearum recta eſt, aut ſi contrario modo ſe habet circulari. Non.n ſecundum quòd proprium ipſarum genus eſt, ſed inquantum commune quoddam eſt.

Comē. 89.

Sed quæret fortaſſe vtrū oīa q̄ lineis inſunt, geometræ ſit demonſtrare. Rñdet, ꝙ non, qm̄ non ea G demonſtrat q̄ lineis inſunt ꝑ accñs, & non inquantū lineæ ſunt. Vnde inquit. {Neq; ſi aliquid ineſt lineis non ſecundum ꝙ lineæ ſunt, neq; inquantum ex proprijs principijs linearū fluit, eſt ſubaudi geometræ demonſtrare. Vt ſi pulcherrima linearū recta eſt, hoc non eſt geometræ demōſtrare. Qm̄ pulchritudo non quatenus linea eſt, ineſt, multis etiā

Verborum expoſicio.

alijs ineſt. Quo vero ad verba attinet, Dixit rectā eſſe pulcherrimam, cū circularis pulchrior ſit: qm̄ ſimilaris eſt, & quælibet pars ipſius circularis cuilibet parti correſpōdet, & ita dixit recta eſſe pulcherrimam per modum quæſiti, non p modum determinationis. Tangit ſcd̄m & inquit. } Aut ſi contrario modo ſe habet circulari, hoc eſt nec geometræ eſt demr̄are ꝙ linea recta ſit contraria circulari. nō enim ſcd̄m ꝙ propria ipſarū genus eſt, ſ. linea: hoc eſt, non.n. lineis ſcd̄m lineæ ſunt, ineſſe contrarietas, aut pulchritudo, ſed ineſt lineis, inquantum illis cōe quoddā eſt. nam alijs etiā multis hęc inſunt. Quare geometrica ſcientia non cōſiderabit talia: non.n. ſunt ꝓpria, neq; prima ſubiecti generis. Ea.n. inſunt lineis per quādam rōnem cōem alijs multis.

quæſitū. 1.

Querunt q̄ ſcientia demr̄et illas; linea recta eſt pulcherrima: & linea recta, & circularis ſunt cōtrariæ.

Rñ. Iuniorum.

Recētiores dicunt primā ā Metaphy. demr̄ari hoc pacto, Q̄d mundum menſurat, eſt pulcherrimū: linea recta mēſurat mundū: ergo linea recta eſt pulcherrima. Cōſtat aūt hanc demrōnem eſſe Meta. Secundam vero probat Phyſicus & Metaphy. Metaphiſicus quidem hoc modo, Diſcrepans ab extremis, & æquum cum extremis ſunt contraria: recta linea eſt æqua cum extremis, & circularis diſcrepat ab extremis: ergo recta & circularis ſunt cōtrariæ. Phyſicus vero ſic, lineæ ſupra quas motus cōtrarij fiunt, ſunt cōtrariæ: linea recta, & linea circularis ſunt lineæ, ſupra quas contrarij motus fiūt: ergo ſunt contrariæ. Ego vero dicerem oēs has rationes eſſe ꝓbabiles, & oēs pertinere ad phyſicū, potius q̄ ad Metaphy. Prima.n. pertinet ad phyſicum, quia de mundo: & mundi menſura ad phyſicū pertinet. Secunda etiā, quia phyſicus cōſiderat extrema & media, vt Primo de Gñatione patet. Tertia etiā, quia motus, Phyſicus cōſiderat. Secundo dicerem, ꝙ Ariſt. vt Philopo. inquit) non dicit rectam eſſe pulchriorem circulari. Sed id, quod dixit, problematice, atq; exēplariter dixit. Secundo

Propriarū.

q̄runt, Vtrū Metaphyſica, & dialectica poſsint deſcendere in ſcientias ſpāles, vt in phyſicā & mathematicā. Recētiores dñt duo, quorum primū eſt, ꝙ metaphyſica bene pōt in illas deſcendere. ſcd̄m vero eſt, ꝙ dialectica non poſsit. Primum probant. Primo quidem, quia ſubo metaphyſicæ ſubiecta oīum ſcientiarū ſubiciuntur. Scd̄o loco, quia metaphyſica regulat oēs alias ſciētias, vt ꝓœmio metaphyſicæ dicit Ariſt. Tertio loco, qm̄ metaphyſica probat principia ſcientiæ naturalis contra Parmenidem & Meliſſum. Poſtremo Alacen libro ſecundo ſuæ ꝑſpectiuæ, probat oē totum maius eſſe ſua parte rōne metaphyſica. ſcd̄m vero probant, quia ſubm̄ dialecticæ eſt ſyllogiſmus, ſub quo cæterarū ſcientiarum ſubiecta non continentur. {ſed hæc non videntur bene dicta. Qm̄ vel loquntur, de deſcēſu ſubalternatiuo, quo ſubalternans in ſubalternatam ſcientiam deſcendit. Vel de deſcenſu diſputatiuo, quo ſcientia cōis in ſpeciales ſcientias deſcendit. Primo modo quidem, falſum eſt quod dicunt. Nam nulla ſcientia genere ab alijs diuerſa, in illas deſcendit. At metaphyſico genere differt à cęteris, vt 6. metaphy. dicit, igitur in illas non deſcendit. ſcd̄o etiam modo falſum eſt, qm̄ etiam dialectica viā habet diſputandi contra negantes principia oīum ſcientiarum, vt dicit primo topicorū lib. Quare dicendū eſt deſcenſu diſputatiuo, tā dialecticam, quam metaphyſicam deſcendere poſſe in oēs. ſunt.n. ſcientiæ cōes, Metaphyſica quidē, quia eius ſubiectum de oībus prædicatur, Dialectica vero, quia eius ſubiectum oībus applicari poteſt.

2. quæſitū. Rñ. Recen.

Cōfutatio;

T. c. 2. & 3. Cap. 2.

ARGY.

Pateat aūt ſi propoſitiones ſint vniuerſales ex quibus ſit ratiocinatio, neceſſario concluſionē quoq; perpetuam, eſſe demonſtrationis talis, & demonſtrationis omnino.

DILVCI.

H *Manifeſtum autem eſt, & ſi ſint propoſitiones vniuerſales ex quibus eſt ſyllogiſmus, quòd neceſſe eſt & concluſionem perpetuam eſſe huiuſmodi demonſtrationis, & ſimpliciter, vt eſt dicere, demonſtrationis.*

Tex. cō. 21. Corruptibiliū nō eſt demſo.

Philoponus aſſerit Ariſto. velle ex his, quæ dixit demonſtrare ꝙ nullius corruptibiliū contingat demonſtrationē eſſe. Demōſtrat aūt hoc per tale Enthymema. demōſtrationes ſunt ex his, quæ per ſe, & ex his quæ neceſſario inſunt: ergo non poſsibile eſt aliquod corruptibilium demonſtrare. Nam (vt Philoponus ſubaudit) corruptibilia non ſunt ex his, quæ ex neceſsitate inſunt, ſed ex his, quæ quandoq; quidem inſunt, qñq; vero minime. Vñ inquit: {Manifeſtum aūt eſt & ſi ſint propoſitiones vľes, hoc

Cōmē. 90. Expoſitio. Philopon.

hoc eſt neceſſariæ per ſe, & vniuerſales, ex quibus eſt ſyllogiſmus, hoc eſt demõſtratio, ꝙ neceſſe eſt & concluſionem perpetuam eſſe talis demonſtrationis, ſubaudi, quę eſt ex vniuerſalibus per ſe & neceſſarijs propoſitionibus. Et ne quis dicat, ſolũ concluſionem neceſſariam eſſe eius demonſtrationis, q̃ eſt ex vniuerſalibus, ſubſcribit, & ſimpliciter demonſtrationis, vt eſt dicere: quaſi dicat, neceſſe eſt non ſolum demonſtrationis, quæ eſt ex vniuerſalibus, concluſionem eſſe perpetuam, ſed etiam ſimpliciter cuiuslibet demonſtrationis, vt eſt dicere.

Enthymema text. Eſt ergo Entimema, Si propoſitiones demonſtrationis ſunt vniuerſales, hoc eſt per ſe & neceſſariæ, & ſecundum ꝙ ipſum, concluſio demonſtrationis eſt perpetua, ſed propoſitiones demonſtrationis ſunt neceſſariæ per ſe, & ſecundum ꝙ ipſum, vt probatum eſt: ergo concluſio demonſtrationis eſt perpetua & ſic à poſitione antecedentis ad poſitionẽ conſequentis habetur intentum.

ARGV. *Non eſt igitur eorum, quæ intereunt demonſtratio, neque ſcientia ſimpliciter, ſed tanquam per accidens. Quia non eſt ipſius vniuerſaliter, ſed aliquo in tempore, & quodam etiam modo, atque cum eſt, neceſſe eſt alteram propoſitionem non vniuerſalem eſſe, atque caducam. caducam, quoniam & ipſa concluſio talis cum illa eſt non vniuerſalem. quoniam quoddam non erit eorum quæ ſubiecti ſubeunt rationem. Quare fieri nequit vniuerſaliter ratinatio, ſed hoc in tempore tantum.*

D I LVCI. Nõ eſt corruptibiliũ demõ nec ſcia. p ſe, ſ; quaſi per accidens. *Non eſt ergo demonſtratio corruptibilium, neq; ſcientia ſimpliciter, ſed ſic eſt ſicut ſecundum accidens, quoniã non vniuerſalis ipſius eſt, ſed aliquando & ſic. Cum autem ita ſit, neceſſe eſt alteram non vniuerſalem eſſe propoſitionem, & corruptibilem. Corruptibilem quidem, qm̃ & concluſio eſt, Non vniuerſalem aũt, quoniã hoc quidem erit, hoc autem non erit, in quibus eſt: quare non eſt ſyllogizare vniuerſaliter, ſed quoniam nunc eſt.*

Cõmen. 91. Cum concluſit ꝙ nullius corruptibilium ſit demonſtratio, poſſet quis quærere. Vtrum aliquo pacto rei corruptibilis ſit demonſtratio. Ideo reſpondens inquit } Non eſt ergo demonſtratio corruptibilium, neq; ſcientia ſimpliciter. & hoc fuit cõcluſum. Tunc quaſi reſpondens ad id, quod quis quærere poſſet. iquit } Sed rei vel concluſionis corruptibilis ſic eſt demonſtratio, vel ſcientia ſimpliciter, ſicut ſecundum accidens. Et ſic concluſionis corruptibilis demonſtratio non eſt per ſe, ſed ſolũ per accidens. dixit nõ eſt demonſtratio, neq; ſcientia ſimpliciter. vt alterum alterius ſit expoſitiuũ. Idem .n. eſt demonſtratio, & ſcientia ſimpliciter: dixit hoc, qm̃ demonſtratio eſt via, ſcientia vero eſt effectus demonſtrationis. Amplius recte non dixit per accidens, ſed velut per accidens (vt Philopon. animaduertit) qm̃ huius concluſionis, Socrates eſt animal: demonſtratio quidem non erit, qm̃ Socrates corruptibilis eſt: & ſic nullo modo illius demõſtratio eſt, modo autem quodam demõſtratio eſt illius per accidens, quatenus huius eſt demonſtratio. omne aĩatum ſenſitiuum eſt animal, nam animatum ſenſitiuum per ſe & primo eſt aĩal. Sed qm̃ Socrates interdum eſt animal, & non ſemper, modo quodam per accidens eſt animal, & ita dixit velut per accidens, quatenus modo quodam per accidens eſt aĩal: eſt .n. per accidens aĩal, quia non primo, modo vero quodam, quia non ſemper, ſed interdum. Deinde probat hoc modo ſit ita ꝙ demõſtratio ſit concluſionis corruptibilis per ſe: & propriecũ ita ſit, neceſſe eſt alteram propoſitionem, ſ. minorem non vlẽm eſſe propoſitionem & corruptibilem, vt Primo Priorum declaratum eſt. Ibi .n. dictum eſt, ꝙ concluſione exiſtente particulari in prima figura minor ſit particularis. Et ſi concluſio ſit corruptibilis, etiam minor erit talis. Exponit vtrũq;, & inquit { Corruptibilẽ quidem, qm̃ & concluſio eſt ſubaudi corruptibilis, non vlẽm aũt, quoniam ſubm concluſionis hoc quidem erit hoc aũt non erit. in quibus eſt, cum .n. ſubiectum particulariter accipitur, aliqua eorum, de quibus prædicatur, erunt, aliqua non erunt. Hinc concludit ex oppoſito oppoſitum, & inquit } Quare non eſt ſyllogizare vniuerſaliter, ſed quoniam nunc eſt, hoc eſt, ſed particulariter, cum illud eſt: non enim Socrates eſt animal per accidens ſemper, ſed dum eſt.

Ratio te. Eſt ergo vis rationis. ſi demõſtratio eſt concluſionis corruptibilis, demonſtratio non erit ex minore vniuerſali, & incorruptibili, vt deductum eſt: & ſi demonſtratio non erit ex minore vli, & incorruptibili demõſtratio nõ erit ſyllogizans vniuerſaliter, ſed quoniam nunc eſt: & ita demonſtratio non erit demonſtratio.

Verborum expoſitio. Quo vero ad verba attinet. Animaduerte, ꝙ inuenitur (vt Philop. inquit) duplex ſcriptura. Altera eſt quoniã non vniuerſalis ipſius eſt. altera, quoniã non vniuerſaliter ipſius eſt, & vtraq; ſtare poteſt. Nam, cum dixiſſet, demonſtrationem eſſe corruptibilium ſic ſecundum accidens, aſſignat cauſam, quare eſt corruptibilium, ſicut ſecundum accidens, & non ſecundum accidẽs, & inquit { Quoniam nõ vlr ipſius rei corruptibilis p̃dicatum eſt, ſed aliqñ & ſic. Socrates .n. animal non vlr eſt, ſed aliqñ & ſic, vtputa ſolum dum Socrates eſt. Ergo non ſemp per accidens Socrates eſt aĩal, ſed aliqñ. Recte ergo dictũ eſt, ſicut ſcđm accidẽs. Quoniam nec Socrates ſimpliciter ſcđm accidens aĩal eſt, ſed ſolum dũ eſt. Vel aliter, dico demonſtrationem eſſe rei corruptibilis ſicut ſecundum accidens, quoniam concluſio ipſius Socratis non

Socrates eſt animal per accidens. vlis eſt. ſed aliqñ, & ſic, hoc eſt ſolum dum eſt. Et ita ſicut ſcđm accidens eſt aĩal, & non ſemper ſecundum accidens eſt aĩal. Animaduerte, ꝙ Socrates eſt aĩal per accidens, quia non primo: eſt .n. animal quia ratione qua aĩatum ſenſitiuum eſt, aĩal eſt: eſt aũt ſicut per accñs: quoniam non ſemper rõne qua aĩatum ſenſitiuũ eſt, aĩal eſt, ſed ſolum dũ eſt. Quare demr̃atio eſſe poteſt rerũ corruptibilium ſicut per accidens, quoniam non primo, neq; ſemper.

Dubium. Qui .n. demõſtrat, oẽ animatum ſenſitiuũ eſt aĩal, demonſtrat, ꝙ Socrates ſit animal: non tñ primo, neq; ſemper. & ideo ſicut per accidens. Quærũt hic quo modo vniuerſalia ſint æterna, cũ ſingularia in quibus ſunt, ſint corruptibilia,

Solutio Linconienſis. Linconienſis Groſſateſta aſſerit vniuerſalia eſſe per accidẽs corruptibilia: quatenus eſſe habent & extra aĩam & extra ſuas cauſas. Sunt aũt æterna, vel quo habẽt eſſe in cauſis, vel quo habẽt eſſe intentionale, in intellectu noſtro, vel diuino. Sed quoniam res hæc logicã facultatẽ tranſcẽdit, ideo bona frõte omittaẽ.

ARGV. *Similiter res ſeſe habet et in definitionibus ipſis: quippe cum diffinitio principium ſit demr̃onis, aut demr̃taio poſitione differens, aut quędã demonſtrationis concluſio.*

DILVCI. Text. c. 82.

Similiter autem ſe habet & de definitione: quoniam definitio eſt aut principium demonſtrationis, aut demonſtratio poſitione differens, aut concluſio quædam demonſtrationis.

Cōmē. 92. Cōtinuatio

Cum declaraſſet, ꝙ demſ͞atio non ſit corruptibilium, nunc via ſimilitudinis, & quaſi eadem ratione declarat ꝙ nec definitio ſit corruptibiliū, & ſic probat (vt Philo. exponit) vt corruptibilium eſſe poſſunt. Et hoc proponit, & inquit { Similiter aūt ſe habet, & de definitione} ſicut ſe habuit & de demonſtratione. Probat ratione, & inquit} Q͞m oīs definitio eſt aut principium demonſtrationis, aut demonſtratio poſitione differens, aut concluſio quædam demonſtrationis. ergo ſicut demonſtratio nō eſt corruptibilium, ita nec definitio quæ eſt vel demonſtratio, vel demōſtrationis principium, vel demonſtrationis concluſio, erit corruptibiliū.

F

Verborum expō ſecundū aliquot.

Quo vero ad verba attinet. Quidam non philoſophiæ ignari per definitionem, quæ eſt demſ͞onis cōcluſio, expoſuerūt eam q̃ datur per quoduis genus cauſæ, p̄ter eam, quæ datur p finem. Per eam vero, q̃ eſt demonſtrationis principium, eā expoſuerunt, q̃ datur per finem. Per eam aūt quæ demſ͞atio eſt, expoſuerunt eam, q̃ ex vtraq; conſtat.

Auer. Comē. 12.

Auer. aūt lib. de Aīa ſcd̃o, per definitionem, quæ eſt demonſtrationis cōcluſio intelligit eam, q̃ eſt definitio paſſionis, quę q̃ritur. hæc. n. quia concludi demſ͞one pōt, demſ͞ationis concluſio dicitur. Per eam vero, q̃ eſt demſ͞onis principium, intelligit, eam, q̃ ſubiecti definitio eſt, hæc. n. quia pōt eſſe mediū per quod prima demonſtratur, demſ͞onis principium dr̄. Per definitionē vero, q̃ eſt demſ͞o, aggregatum ex vtraq; intelligit.

Themiſt. & Phil. primo de aīa text. comēt. 18. Spēs definitionis ſunt tres.

Verū Philoponus, & Themiſt. clārius ex poſuerunt. & quidem ad mentē Ariſ. in lib. de Aīa. Ibi. n. dictum eſt ꝙ tres ſunt ſpēs definitionis. nam aliæ quidē ex materia ſunt. aliæ vero ex forma. aliæ ex vtroq; ſimul. Vtputa qui iram definiet ex materia, dicet feruorem eſſe ſanguinis circa cor. Ex forma vero, appetitum vindictę. Ex vtroq; ſ͞il feruorē ſanguinis circa cor pp appetitum vindictæ. Per definitionem ergo, q̃ eſt demſ͞onis principium, intellexit eā, q̃ ex forma eſt. demſ͞ones. n. ex cauſis cauſata ſyllogizant. forma vero eſt cauſa materiæ, nā pp talem formam, talis materia eſt. Vnde demſ͞o erit hoc pacto, Ille appetit vlciſci: eius, qui appetit vlciſci, feruet ſanguis circa cor: feruet igitur illius ſanguis circa cor. Vbi patet definitionē, quæ eſt à forma, eſſe vt demonſtrationis principium. Per definitionem vero, quæ eſt concluſio, intellexit definitionem, quæ eſt à materia. Hæc igitur in præcedenti demonſtratione concluſa eſt.

H

At per definitionem, quæ eſt demonſtratio, intellexit definitionem q̃ eſt ex vtraq; ſimul, q̃ ſola poſitione differt: quoniā (vt Philoponus inquit.) In definiendo quidem, à materia incipientes definimus in formam. Dicimus enim iram eſſe feruorem ſanguinis circa cor ob appetitum vindictæ. In demonſtratione vero viceuerſa vtimur. Incipimus enim à forma & definimus in materiam. Alij vero poſitione differre aſſerunt, ꝙ talis definitio non ſit in aliqua trium figurarum ſyllogiſticarum. Ad demonſtratio eſt in aliqua figurarum. quare poſitione differt.

ARGV.

Patet etiam demonſtrationes atque ſcientias eorum quæ ſæpe fiunt, vt lunæ defectiones & huiuſcemodi rerum, quo quidem ſunt tales, hoc eſſe ſemper, quo vero non ſunt ſemper, hoc eſſe particulares.

DILVCI.

Eorum autē, quæ ſæpe fiunt, demonſtrationes, & ſcientiæ ſunt, vt lunæ defectus. Manifeſtum eſt, q͞m ſecundum quòd huiuſmodi ſunt ſemper ſunt, inquantum autē non ſemper, ſecundum partem ſunt. Sicut autē defectus eſt, ſimiliter & in alijs.

Comen. 93. Expoſitio Philopon. & Themiſt.

Philoponus & Themiſtius pariter volunt, ꝙ Ariſto. remoueat dubium. Nam cū dixiſſet corruptibilium nō eſſe demonſtrationem, quærit de his quæ ſæpe fiunt, quæ non continuo, ſed tēporis interuallis diſcutiuntur. Vtputa de lunari eclipſi. Si. n. vnaquæq; eclipſis corruptibilis, eſt, deficiens. n. ruſus illuminatur, q͞uo in his dicimus demonſtrationem eſſe. Reſpondet ergo & inquit, { Eorum aūt quæ ſæpe fiunt, demſ͞ones & ſcientiæ ſunt, vt ipſius defectus Lunæ: exponit aūt q͞uo talium ſit ſcientia, & dicit } Manifeſtum eſt, q͞m ſecundum ꝙ huiōi ſunt, hoc eſt ſecūdum ꝙ ſunt vl̄es, ſcientiæ & demſ͞ones ſunt. Et vt ſic ſunt ſemper. inquantū aūt non ſemper ſunt, ſecūdum partē ſunt, hoc eſt particulares, & ſic de talibus non ſunt ſcientiæ, cū ſint corruptibiles: Eſt ergo ſolutio, q̃ ſæpe fiunt, biſariam conſiderari poſſunt, vt vl̄ia, & ſic de eis eſt ſciētia, quia, vt ſic ſemp ſunt: vt particularia, & ſic de eis non eſt ſciētia, quia nō ſunt ſemp. Vn̄ (vt Phil. inquit) vnuſquiſq; particularium defectuū, non demonſtrabilis eſt. q͞m eſt generabilis, & corruptibilis. Non. n. demonſtratio eſt in hac eclipſi, quæ ſcd̃m hoc tempus fit, ſed ſcd̃m cōem ſpēm defectuum. Non. n. huiuſce eclipſis eſt demonſtratio, ſed ſimpl̄r eclipſis, de ipſa tn̄ eclipſi, quæ ſcd̃m hoc tempus fit non eſt demſ͞o, niſi eo modo, vt in alijs etiam corruptibilibus demſ͞onem eſſe diximus.

Quæ ſæpe fiunt biſariam.

G

Addit Ariſto. ita eſſe intelligendum in ſimilibus (vt dictum eſt de eclipſi) Vtputa de tonitruo, terræ motu, & id genus. & hoc inquit. { Sicut aūt defectus eſt demonſtrabilis, non vt particularis, ſed vt vniuerſalis. ſimiliter eſt intelligendum, & in alijs, quæ etiam ſæpe fiunt.

Dubium.

Sed cōtra hæc adhuc dubitatur, q͞m eclipſis vl̄r nō ſemp eſt Cū. n. nullū ipſius eclipſis ſingulare cōtingat eſſe, etiā vl̄r eclipſis aliq͞n nō erit: ergo & vl̄r, & particulariter eclipſis eſt corruptibilis.

Solutio. Quæ ſæpe ſiue pñt cōſiderari vt i actu & vt in potētia.

Vno mō dici pōt, ꝙ hæc, quæ ſæpe fiunt, poſſunt conſiderari, vt in actu & ſic ſunt particularia, & corruptibilia, & vt ſic de eis non eſt ſcia, & poſſunt conſiderari vt in aptitudine & potentia, & vt ſic ſunt vniuerſalia, & ſemp, & ſic de eis eſt ſcientia.

Alia ſolut. Themiſt. & Philopon.

Vel melius, vt Them. & Philo. inquit, dicamus ꝙ eclipſis, & ſimilia vl̄r accepta poſſunt referri ad ſingularia, & ſic non ſemp ſunt, ſicut neq; ſingularia, & poſſunt referri ad ſuas cauſas, & ſic ſemp ſunt, q͞m cauſis p ſe poſitis ipſi⁹ eclipſis, ſp eclipſis eſt, & ſic de eclipſi, & talibus eſt demſ͞o & ſcientia. Nā, vt ſic ſunt vniuerſalia, quę relata ad ſuas per ſe cauſas, ſemp ſunt.

ARGV.

Cum aūt pateat fieri non poſſe vt demonſtretur quodque niſi ex cuiuſq; principijs, ſi id, quod demonſtratur rei competit, vt eſt illa non ſane quidpiam ſcitur ſi ex veris & indemōſtrabilibus medioq; vacantibus oſtendatur. Fit enim vt quidpiam perinde oſtendatur atq; Bryſſon quadrationem oſtendit. Huiuſcemodi namq; rationes per cōe quoddā oſtendunt quod & alij competet. Quapropter & ad alias res non propinquas ipſæ rationes accōmodantur.

DILVCI.

Quoniam aūt manifeſtū eſt, quòd demonſtrare vnumquodq;

Tex.c. 21. Non ſiunt demſones ex cõibus.

quodque nõ eſt, niſi ex vnoquoque principiorum, ſi id quod demonſtratur ſit ſecundum quod eſt illud, non eſt ſcire, hoc, ſi ex veris, & indemonſtrabilibus demonſtretur, & immediatis. Eſt enim ſic demonſtrare, ſicut Bryſſon tetragoniſmon. Secundum commune enim demonſtrant rationes huiuſmodi, quod & alteri ineſt. Vnde & in alijs conueniunt hæ rationes non congeneis. A

Comẽ. 94.

Iuxta Themiſtij paraphraſem. Videtur ꝙ Ariſt. velit oſtendere, ꝙ demonſtrationes non fiant ex communibus. nam, cum oſtendit demonſtrationes ex proprijs conſtare, hic oſtendit, quod nõ ex communibus conſtant. Et hoc quidem non iniuria oſtendit. nam, cum oſtendit demonſtrationes fieri ex dignitatibus, quæ cõmunes propoſitiones ſunt: nequis credat propter hoc demonſtrationes ex cõmunibus fieri, ex eo quia ex dignitatibus fiant, ideo oſtendit demonſtrationes non fieri ex communibus. Philo. vero ait Ariſto. his, quæ de ſcientia oſtenſa ſunt, hic addere: ꝙ non ſufficiat facere demonſtrationes ex veris, & immediatis propoſitionibus, ſed oportet vt ſint ex proprijs ſubiectis de quo demonſtrationes fiunt. Cuius cauſam Phi. explicat. Nam ſiquidem (inquit) dixero omnis lapis coloratus eſt: omne quod coloratum eſt, corpus eſt, oĩs igitur lapis corpus eſt. Accepi quidem propoſitiones veras, & immediatas. nullo. n. indigeo termino ad demonſtrandum ꝙ lapis coloratus ſit, aut ꝙ oẽ coloratum corpus ſit, non tñ medius terminus, ſ. coloratum eſſe, eſt proprius ſubiecto. coloratum enim eſſe multis & alijs ineſt: oportet autem (vt ſæpe dictum eſt demonſtrationes fieri ex proprijs vniuſcuiuſq; ſubiecti principijs: hoc eſt vt medius terminus proprius ſit extremis, & nulli alteri communis. Vnde inquit. {Q̃m autem C manifeſtum eſt, ꝙ demonſtrare vnumquodque. ſ. quęſitum de conceſſo, vel ſubiecto, non eſt: hoc eſt non contingit, niſi ex vno quoque principiorum, ſ. proprio termino vtrique extremo, & non communi: & hoc ſi id quod demonſtratur, hoc eſt, ſi quæſitum ſit ſecundum quòd eſt illud, hoc eſt, ſi quæſitum inſit per ſe ſubiecto, de quo demonſtratur. Totum hoc accepit veluti antecedens, & probatum ab ipſo. tunc dat conſequens, quod nunc probare propoſuit, & inquit {Non eſt ſcire hoc, ſ. quęſitum, ſi ex veris, & indemonſtrabilibus, & immediatis demonſtretur de ſuo ſubiecto. Dixit immediatis, vt altera vt alterius ſit expoſitiuum vt placet Philo. Vel dixit, & immediatis, q̃m aliqua propoſitio eſt indemonſtrabilis, quæ non eſt immediata, vt hæc, Nix eſt alba indemonſtrabilis enim eſt, quia ſenſu D patet immediata vero non eſt, quia habet cauſam. Quod autem demonſtratio ſit ex indemonſtrabilibus, & nõ proprijs, oſtendit per demonſtrationẽ Bryſſonis: quia probat quadrationem circulari. Quæ vt Themi. & Alexan. & Philo. expoſuerunt, eſt hæc. Illa inter ſe paria ſunt, quę eiſdem maiora minoraque habentur. Hæc enim eſt communis dignitas, in quibus maius reperitur, & minus in his & æquale dabitur. Sed datur quadrangulus maior circulo, vt quadrangulus, A B C D, & quadrangulus minor circulo, ergo dabitur quadrãgulus ęqualis circulo. Hæc ratio ex communibus eſt, q̃m (vt inquit) ſecundum commune demonſtrant rationes huiuſmodi, qđ commune & alteri ineſt. cuius cauſam affert, & inquit {Vnde, hoc eſt propterea quia hæ rationes & in alijs conueniunt nõ congeneis, hoc eſt non eiuſdem generis. Maior enim nõ modo in magnitudinibus vera eſt, ſed etiam in nu

Briſſonis demonſtratio ex communibus

Quadrangulus maior circulo.



meris & temporibus, & alijs. ecce q̃uo Bryſsonis demonſtratio ex indemonſtrabilibus eſt, non tñ ex proprijs, cum terminus medius, videlicet maius & minus communis ſit multis diuerſorum generum. Vnde Phi. inquit. Illud enim ex intermedio maioris & minoris, vt Bryſſon videbatur quadrare circulum, non proprium eſt Geometriæ, ſed eſt commune etiá plurimus alijs: & potius (vt inquit), Dialecticæ competens eſt quam geometriæ. Q̃m non ex proprijs principijs, quod propoſitum eſt demonſtrat.

ARGV.

Igitur res non vt illa eſt, ſed per accidens ſcitur. non enim & ad aliud genus demonſtratio accommodaretur, ſunt autem vnumquodque non per accidens ſcimus, cum per id cognitionem conſequimur, per quod competit ex principijs illius, qua ratione eſt illud. veluti cum duobus rectis ęquales habere rerum ei ſcimus competere, cui per ſe competit idipſum ex principijs huius

DILVCI. Siquis vel p extraneum genus vel p cõia ſciat, ſcire p accidẽs dr, p ſe vero, q oppoſito mõ demõſtrat.

Ergo non quatenus illud eſt, ſcit, ſed per accidens. Non enim correſpondebat demonſtratio, & ad aliud genus eſt. Vnumquodque aut ſcimus non per accidens, cum per illud cognoſcimus, per quod eſt principijs illius inquantum illud eſt. Vt duobus rectis æquales habere, cui ineſt per ſe quod dictum eſt, ex principijs illius. D

Cõmẽ. 95.

Cum declarauit quod demõſtratio debeat eſſe ex proprijs & hoc per exemplum acceptum à demonſtrationibus Bryſſonis; nunc oſtendit ex quibus demonſtrabat Bryſſon quadrationem, & vult, ꝙ non ex his, quæ per ſe ſunt, ſed ex his, quæ per accidens (vt enim inquit) demonſtrabat. & inquit. Ergo non quatenus illud eſt, hoc eſt ꝑ ſe ſcit Briſſon per ſuas demonſtrationes, ſed per accidens. Qui de homine ſcit eſſe diſciplinæ capax, per animal, ſcit per accidẽs, q̃m non per medium, quod homini propriæ competit, ſed per medium, quod homini, & alijs com-

Duæ ſunt cauſæ quibus aliquid ſcitur p accidens.

competit. Duæ enim ſunt cauſæ, quibus de aliquo ſubiecto aliquid ſcitur per accidens, vt de homine eſſe diſciplinę capax. Prima quidem, qñ p extraneũ medium ſciretur, vt ſi de homine ſciretur eſſe diſciplinæ capax, propter eſſe album. Secunda vero, quando per communia, vt ſi de homine illud ſciremus propter eſſe animal. Has duas cauſas ergo aſſignat, ꝙ demonſtratio Bryſſonis ſit faciens ſcire per accidens, & inquit. {Non enim correſpondebat demonſtratio: qua videlicet Briſſon probauit quadrationem, qm̃ medium, per ꝙ illam probauit, erat extraneum, & nõ proprium quadrato: hæc eſt prima cauſa. aſsignat ſecundam, & inquit: {Et ad aliud genus eſt, qm̃ eſt commune, quod nõ tm̃ quadrato & circulo ineſt, ſed numeris, & temporibus, & ſic Bryſſonis demonſtratio fecit ſcire per accidens. Deinde exponit quid ſit ſcire per ſe, & hoc ne ſit de nomine contentio, & inquit: {Vnumquodque autem ſcimus per ſe, & non per accidens, cum per illud cognoſcimus, ſubaudi quæſitum de ſubiecto, per ꝙ eſt ex principijs illius, inquantum illud eſt. Cuius rei exemplum affert, & inquit: {Vt duobus rectis æquales habere ſcimus cõpetere illi ſubiecto, cui competit per ſe illud quod dictum eſt, ex principijs illius. hoc eſt per medium proprium, vt

Scibilis de aliquo demõſtratum duabus ſulcitur cõditionibus.

longa oratione Phi. exponit: per quam dat intelligere quod duo ſunt de ratione eius quæſiti, quod per ſe ſcitur de aliquo, & quod per ſe competat ei ſubiecto, de quo quærebatur, & hac ratione candidum de Cigno non per ſe ſcitur. Et ꝙ ſciatur per id, quod ex principijs ſubiecti conficitur, quod eſt, definitio ſubiecti: ex qua te definitionem minoris, hoc eſt ſubiecti eſſe demonſtrationis medium patet. verum de hoc in Secundo. Animaduerte tñ, ꝙ quæſitum eſt illud, quod ſcitur, vt Secũdo huius dicetur. Et qm̃ ſubiectum eſt conceſſum, ideo ſubiectum in fine demonſtrationis, non eſt illud, quod ſcitur: & qm̃ paſsio, vel aliquid paſsioni ſimile quæritur, ideo paſsio ſcitur: & qm̃ non per medium extraneum, nec per medium cõe, igitur per illud medium ſcitur, ꝙ ex principijs rei exit. Hæc Ariſ. tetigit hic in ſumma.

Dubium. Quærunt Iuniores, vtrum cõe poſsit extraneum dici.

Reſpon. Reſpondent ꝙ commune extraneum dici poteſt: quatenus deſcẽdit ad aliud genus.

Quæ rñſp. Verum hæc reſponſio ambigua eſt: nam ſuperius eſt de ratione inferioris: ergo non poteſt dici extraneum ſi in illud deſcendat. Et ſic diceremus nullum commune extraneum eſſe ſuę ſpeciei, cum ſit de eius ratione, ſed bene ei, cuius non eſt genus: & hoc pacto ſapor dulci extraneus non eſt, ſed albo. Bryſſonis vero ratio peccabat dupliciter. Tum quia per communia, tum etiam quia per extranea demonſtrabat.

ARGV. *Quare ſi illud competit ei per ſe, cui competit, medium neceſſe eſt in eadem eſſe propinquitate.*

DILVCI. *Quare, & ſi per illud ineſt, cui ineſt, neceſſe eſt medium in eadem cognatione eſſe.*

Cõmen. 95

Hoc quod Ariſtote. infert hic, poteſt referri ad exemplũ proximum, quod textu proximo attulit, vt Phi. retulit. Dixit enim quod demonſtratio, qua demonſtratur quod anguli trianguli ſunt ęquales duobus rectis, non ſit per medium extraneum, ſed per medium, quod per ſe competit ſubiecto: ex hoc infert. {Quare & ſi per ſe illud ineſt, cui ineſt, hoc eſt, quare ſi medium per ſe ineſt ſubiecto, ſ. minori extremitati, cui ineſt, in ea ſubaudi demonſtratione qua probatur quod anguli trianguli duobus rectis ſunt æquales, neceſſe eſt medium, ſubaudi in tali demonſtratione, in eadem cognatione eſſe cum extremis: hoc eſt, neceſſe eſt, vt medium ſit eiuſdem generis cum extremis illius demonſtrationis, ita, vt non ſit medium, in genere geometrico; & extrema in genere arithmetico. Nam qua ratione mediũ per ſe ineſt minori extremitati, eadẽ ratione maior extremitas per ſe ineſt medio. Quare medium in tali demonſtratione erit eiuſdem generis cum extremis.

Aliæ expõ.

Vel poteſt intelligi ꝙ Ariſto. hoc inferat non in tali demonſtratione tm̃, ſed vniuerſaliter in omni demonſtratione: vt ſit dicere, ꝙ ex dictis pateat vniuerſaliter in oĩ demonſtratione medium eſſe eiuſdem generis cum extremis: qm̃ probatum eſt medium per ſe ineſſe ſubiecto, & eadem ratione, quod maior extremitas inſit per ſe medio: ergo oportet medium eſſe eiuſdem generis cum extremis, alioquin non per ſe. ſed extranee ineſſet medium ſubiecto, & primũ medio. Et vtroque modo hoc quod Ariſ. infert bene intelligitur.

ARGV. *Quod ſi non ſit ita, at perinde erit, atq; cum Muſica per Arithmeticam demonſtratur. Atque talia demonſtrantur quidem ſimiliter, differentia tamen eſt. nam ipſum quidem eſſe, ad aliam ſcientiam attinet (ſubiectum enim genus diuerſum eſt) ipſum autem propter quid, ſuperioris nimirum eſt, cuius per ſe ſunt ipſi affectus. Quare patet ex hiſce fieri non poſſe, quo demonſtretur quodque ſimpliciter, niſi ex principijs vniuſcuiuſque, ſed horum principia habent commune.*

DILVCI. *Sin autem non ſit, ſed ſicut Harmonica per Arithmeticam, huiuſmodi autem demonſtrantur quidem ſimiliter, ſed differunt, nam ipſum quidem quia alterius ſcientia eſt: ſubiectum enim genus alterum eſt. Ipſum vero propter quid, ſuperioris, cuius per ſe paſsiones ſunt. Quare & ex his eſt manifeſtum, quod non ſit demonſtrare vnumquodque ſimpliciter, aliter quam ex proprijs vniuſcuiuſque principijs. Sed horum principia habent commune.*

Semper ex proprijs eſt demonſtratio, ſiue per ea quæ eiuſdẽ, ſiue per ea quæ ſuperioris ſcientiæ ſunt demõſtretur. Comẽ. 72.

Hic locus dupliciter legi poteſt. vno modo vt dicamus, ꝙ cum Ariſto. declarauit ꝙ medium debeat eſſe eiuſdem generis cum extremis, nunc velit exponere, qua (vt ita dicam, identitate, an ſimpliciter, an ſecundum quid.

duplex idẽtitas.

Eſt enim duplex identitas, vt ita loquar: ſimpliciter quidem, qua videlicet homo & equus eadem genere ſunt, qm̃ ex equo ſub animali continentur. & ſecundũ quid, quæ ſubalternationis identitas eſt. Veluti equus & animal, quæ ideo dicuntur eiuſdem generis, quia alterum ſub altero continetur. Ergo exponit nũc quomodo medium & extrema eiuſdem generis eſſe debeant, an ſimpliciter, vt homo & equus ſub animali, an ſecundum quid, ſubalternatione, vt equus & animal. Et tunc lege verba hoc pacto. Sin autem non ſit ſubaudi medium eiuſdem generis cum extremis ſimpliciter, ſed ſicut harmonica theoremata demonſtrantur per Muſicam ſcientiam: vbi extrema & medium ſunt eiuſdem generis ſecundum quid, ſcilicet ſubalternatione, quaſi dicat, ſin autem non eſt eiuſdem generis ſimpliciter cum extremis, ſed ſecundum quid, ſcilicet ſubalternatione, ſubaudit Phi. neceſſe eſt demonſtrationem etiã fieri eiſdem principijs proprijs, ſaltem ſecundum

quid

quid, & ſubalternatione. Sunt enim verba diminuta more attico, vt videtur. Phi. vero verba hæc aliter exponit, vt referantur ad proxime dicta hoc modo. Sin autem non ſubaudi ex proprijs principijs ſubiecti demonſtratio fiat, ſed ex principijs eius ſcientiæ quæ proxime cōtinet prædictam ſciētiam, ſicut harmonica per arithmeticam: ſubandi tu (vt Philo. inquit) neceſſe eſt demonſtrationem ex eiſdem fieri, & hoc ſi vere demonſtratio eſt ex eiſdem, veluti harmonica demonſtramus per principia arithmeticæ. In talibus enim demonſtrationibus medium extremis eiuſdem generis eſt ſubalternatione: & non ſimplr̃. Et hoc exponit: & inquit: {Huiuſmodi autem demonſtrantur quidem ſimiliter, ſed differunt. Hoc eſt quæ per principia generalioris ſcientiæ demonſtrantur, ſimili quidē modo demonſtrantur, quo & illa, quę ex proprijs principijs demōſtrātur, hoc eſt quia ſcientifica eſt horū demonſtratio, veluti & illorum quæ ex proprijs principijs demonſtratur: {Sed differunt. Qm̃ in illis quidē, & ipſum quia, & ipſum propter quid ex eadem eſt ſcientia. in alijs vero, quæ ſubalternatione eadem ſunt. Ipſum quidem quia alterius ſciētiæ eſt, quia eſt ſcientiæ ſubalternatæ, ſubiectum.n. ſcientię ſubalternatę, alterum eſt à ſubiecto ſcientiæ ſubalternantis. Eſt enim alterum, qm̃ ſubalternum. Ipſum vero propter quid eſt ſcientię ſuperioris, ſ. ſubalternantis, cuius per ſe & primo paſsiones ſunt. Eſt enim ipſum quia Muſicæ; ipſum vero propter quid arithmeticæ. Ex his iterum concludit illud qđ ſuperius probauit, & inquit: {Quare & ex his eſt manifeſtum, ꝙ non ſit demonſtrare vnum quodque ſimpliciter, hoc eſt proprie, & non ſophiſtico modo quod eſt per accidens, aliter quam ex proprijs vniuſcuiuſque principijs, qm̃ qui demonſtrat in eadem ſcientia, & per ea, quæ ſunt eiuſdem ſcientiæ, & per ea quæ ſunt ſuperioris ſcientiæ ſemper ex proprijs demonſtrat. Sed dices, vtrum principia ſcientiæ inferioris, & principia ſcientiæ ſuperioris habeant commune, per quod poſſunt demōſtrari adhuc. Quaſi reſpondet, & inquit: {Sed horum principia habent commune. Hoc eſt, tam principia inferioris quàm principia ſuperioris habent commune, hoc eſt primam phyloſophiam (vt exponit Philo.) Hęc enim (vt inquit) principia cuiuſlibet ſcientię, & inuenit, & demonſtrat: ex quo artium ars, & ſcientiarum ſcientia dicta eſt. Et tu intellige hoc quod Philo. inquit. Quod prima Philoſophia demonſtret principia omnium non ſimpliciter qm̃ ſi ſubalternaret ſibi omnes alias ſcientias ſed neganti, vt Primo phyſicorum expoſuit Simplicius. Aliter etiam verbum iſtud intelligi poſſet, ſed non curo. Ex his patet. Primo, quod eadem demonſtratio eſt ex hypotheſi. & propter quid. Vt demonſtratio muſica ratione habita ad muſicum ex hypotheſi eſt, ratione vero habita ad arithmeticum eſt propter quid. Eædem enim propoſitiones muſico quidem ſuppoſitiones ſunt, arithmetico vero concluſiones: quæ propter quid ab eo demonſtrantur. Secundo patet, quod licet metaphyſica ſit communis ſcientia, quæ demonſtrat principia ſubalternatæ, & ſubalternantis ſcientiæ, non tñ ſubalternat ſibi illas, qm̃ tales propoſitiones non probantur propter quid in Metaphyſica, ſed tantum probātur neganti, & quidem eſt conceſsis ab eis: hoc autem non eſt probare propter quid, ſed potius dialecticæ. Quo vero ad verba attinet. Animaduerte quod ſubiectū ſubalternatæ, alterū eſt à ſubiecto ſubalternatis, quatenus ſubiectū ſubalternatæ ſuperaddit ſubiecto ſubalternantis accidentalem differentiam, vt numerus ſonorus, quod eſt muſicæ ſubiectum, numero addit ſonoritatem: quæ eſt differentia accidentalis, numerus vero ſubiectum eſt arithmeticæ. Hac ratione Phiſica metaphyſicæ non ſubalternatur. qm̃ ens mobile ꝙ eſt phyſicæ ſubiectū, enti, quod eſt metaphyſicæ ſubiectum, addit mobilitatē quæ enti accidens nō eſt.

Expoſitio.

Dubium.

Solutio

Metaphyſici numeris eſt aliarum ſciētiarum non ſimplr̃ ꝓbare, ſed neganti.

Nota quæ hic de ſubalternatōe dicuntur.

ARGV.

Quod ſi id conſtat, patet fieri non poſſe quo quiſquam propriorum principiorum exhibeat demonſtrationē. erūt enim illa omnium principia, & ipſorum ſcientia domina omnium erit. Etenim is ſcit magis qui ſuperioribus ex cauſis ſcit. ſcit enim tum ex prioribus, cum ea ex cauſis ſcit, quæ nō affectus ſubeunt rationem. Quare ſi magis ſcit & maxime, & ſi eſt illa ſcientia, magis profecto, maximeque ſcientia eſt. Demonſtratio vero non ad aliud genus accommodatur, niſi eo modo quo tam ad demonſtrationem facultatis machinarum extruēdarum, vel ad perſpectiuas geometricæ, quam ad muſicam arithmeticæ demonſtrationes accommodantur, vt diximus.

DILVCI.

Si autem manifeſtum eſt hoc, manifeſtum & quoniam non eſt vniuſcuiuſque propria principia demonſtrare: erūt enim illa omnium principia, & ſcientia eorum domina omnium. Etenim ſcit magis ex ſuperioribus cauſis ſciens. Ex proprijs enim ſcit, cum non ex cauſatis ſciat cauſis. Quare ſi magis ſcit, & maxime, & ſcientia illa erit & magis, & maxime. Sed demonſtratio non conuenit in aliud genus aliter quam vt dictum eſt, Geometricæ in perſpectiuas, & mechanicas, & arithmetica in harmonicas.

Aliter Si autē eſt ſciētia quæ principia vniuſcuiuſq; demonſtraret erit illa omniū principium & domina.

Cemē. 93.

Corol. 1.

Vt Philopono placet. Ariſt. hic quoddam corollarium concludit ex prædictis: & forte duo ex dictis corollaria deducit. Primum quidem dicēs. {Si autem manifeſtum eſt hoc, videlicet quod non cōtingat demonſtrare aliquid, niſi ex proprijs illius principijs. manifeſtum eſt, & qm̃ non eſt vniuſcuiuſque propria principia demonſtrare, hoc manifeſtum eſt, quod non contingat aliquam ſcientiam, propria principia demonſtrare. Nam (vt Philopo. inquit) Demonſtrationem ex proprijs oportet fieri principijs. At principiorum non eſt poſsibile eſſe principia hoc (vt mihi videtur) eſt primum corollarium. Deinde aſsignat ſecundum corollarium ex dictis: & ſecundum vnam ſcripturam, inquit. Si autem eſt ſcientia quę principia vniuſcuiuſque ſciētiæ demſtet; erit illa ſcientia, quæ principia oīum demſtrat oīum ſcientiarum principium & dña, quaſi oēs ſubalternans. Et quod ſit cæterarum principiū & domina, probat, & inqui: {Et enim ſcit magis ex ſuperioribus cauſis ſciens. Dicitur.n. Primo Metaphyſicę, ꝙ Metaphy. ſcit per altiſsimas cauſas. Exponit aūt, qui artifex ſcit ex proprijs: & inquit. Ex proprijs.n. artifex aliquis ſcit. cū ſcit ex cauſis, non cauſatis; quia vero metaphyſica ſit ex cōmunibus & altiſsimis cauſis: iō concludit, quare ſi magis ſcit, & maxime, ſcilicet per maiores & maximas cauſas & ſcientia illa erit & magis, ſ. ſcientia, & maxime ſcientia, ſubaudi talis eſſet Metaphyſica, ſi ipſa ſciret principia omniū, quare Metaphyſica eſſet ſubalternans omnes, & Regina ſcientiarum atque ars artium.

2. Corol.

In ꝓlogo.

artium. Repetit q̃uo liceat migrare de genere in genus, & inquit. } Sed demonſtratio non conuenit in aliud genus aliter quam vt dictum eſt: quaſi dicat, licet ita ſit, ꝙ Metaphyſica ſit Regina & domina, tñ demonſtratio non conuenit in aliud genus, aliter quam vt dictum eſt, videlicet ſubalternatione, vt demonſtratio geometricæ conuenit migrare in perſpectiuas, & mechanicas: & demonſtratio Arithmeticæ cõuenit migrare in harmonicas Hęc enim (vt exponit. Philop.) migratio eſt per ſubalternationem. Hæc de Corollarijs, & de modo, quo altera ſcientia in alteram migrat.

Dubõ contra ſecundũ corollar.

Sed dubitares contra ſecundum corollarium, quoniam tunc Metaphyſica ſubalternaret ſibi oẽs ſcientias, cum ſit Regina & domina aliarum.

Solutio.

Dicendum, quod Metaphyſica ſubalternat ſibi oẽs per recurſum, quoniam vbi principia cæterarum ſcientiarum negarentur, tandem per recurſum ſyllogiſmis redargutiuis ex datis ab aduerſario, illa probabit cæterarũ ſcientiarum principia. Non tñ propter hoc ſubalternat ſibi cæteras ſimpliciter, non enim probat cęterarum principia propter quid.

Dubõ contra primũ. 2. phy. 22.

Secundo dubitatur contra primum Corollarium. nam ſecũdum Auer. Scientia ſpecialis poteſt probare ſua principia, ſaltem demonſtratione ſigni.

Solutio.

Dicendum, ꝙ Auer. loquitur de principijs ſubiecti conſtitutiuis, non autem de principijs cognoſcendi, quæ Axiomata dicuntur. Hæc enim vel ſunt per ſe nota ſenſu, vel in ſuperiori ſcientia probata.

Alia dubõ.

Rurſus dubitatur cõtra modum, quo altera ſcientia in alteram migrat. Primo quidem, quoniam medium non videtur eiuſdem generis cum extremis.

Solutio.

Dicendum ꝙ licet non ſit eiuſdem generis cum extremis loquendo de genere prædicamenti, eſt tñ eiuſdem generis cum extremis, loquendo de genere ſubiecti ſcientifici, Continentur enim in eodem ſubiecto ſciẽtiæ.

G

Verborum expoſitio.

Quo ad verba attinet, animaduerte, quod vna ſcriptura legitur hoc pacto } Si autem eſt ſcientia, quæ principia vniuſcuiuſque demonſtret, erit illa omnium principium & domina: & hoc modo expoſita eſt, & tunc per principium intelligit principem: & per dominam intelligit Reginam. Nam licet ſophiſtica, dialectica, & metaphyſica ſint de omnibus, non tñ eodem modo. Nam metaphyſica eſt de omnibus ſcientifice. Dialectica probabiliter, Sophiſtica apparenter. Et quia metaphyſica eſt de omnibus ſcientifice, ideo eſt Regina & vere domina. Cæteræ vero non. Eſt vna alia ſcriptura, de qua in textu, ſic habetur. } Erunt enim illa omnium principia, ſcientia eorum domina omnium.

H

Et tunc intellige quod ſit vnum corollarium tantum hoc modo, ꝙ, ſi quæ dicta ſunt, vera ſint manifeſtum eſt, quod non eſt vniuſcuiuſque ſcientiæ ſpecialis propria principia demonſtrare, ſed demonſtrare propria cuiuſque ſcientiæ principia erit ſciẽtiæ communis ſaltem, vt dictum eſt per recurſum. Cuius cauſam affert & inquit. Erunt enim illa principia, de quibus ſcientia communis agit, omnium ſcientiarum principia, ſaltem per recurſum. Et ſciẽtia eorum principiorum domina & Regina omnium ſcientiarum: & ars artium, vt metaphyſica. Et quod ſit domina & Regina omniũ ſcientiarum, probat, & quæ dicit, ex dictis perſpicua ſunt.

ARGV.

At vero difficile admodum eſt ſeſe percipere quempiam, ſi ſciat nec ne, Eſt enim difficile cognoſcere ſi ex principijs vniuſcuiuſque ſcimus nec ne: quod quidem eſt ſcire, Putamus autem ſæpenumero ſcire, ſi ex veris quibuſdam primiſue ratiocinationem habemus. Id vero non eſt ita ſed oportet ipſis primis eſſe propinqua. Ea autem in quocunque genere principio dico, quæ fieri nequit, vt demonſtrentur eſſe.

Difficile autem eſt cognoſcere, ſciuit an non. difficile enim eſt noſcere, ſi ex principijs vniuſcuiuſque ſcimus, an non, quod quidem eſt ſcire. Opinamur enim (ſi habeamus ex veris quibuſdam ſyllogiſmum, & primis) ſcire: hoc autem non eſt, ſed congenea oportet eſſe primis. Dico autem principia in vno quoque genere illa, quæ quoniam ſint non contingit demonſtrare. DCLVCI.

Cõmen. 99. Cõtinuatio

Cum expoſuiſſet, quid proprie ſit ſcire: & demõſtraſſet, quod ſcire ſit ex proprijs cuiuſque principijs, nunc oſtendit ꝙ difficile ſit cognoſcere, ſi demonſtrator ſciat aut non, & dicit } Difficile autem eſt cognoſcere, ſubaudi ſi demonſtrator ſciuit ex proprijs cuiuſque principijs, an nõ: hoc eſt cognoſcere, (vt Phi. exponit) ſi demonſtratiue proceſsit ſyllogiſmus aut non, difficile eſt. Huius rei cauſam eſsignat: & inquit. } Putamus enim ſcire, ſi habeamus ex veris quibuſdam, & primis ſyllogiſmum. Putamus enim ſi veras capimus propoſitiones, & immediatas, quod etiã demonſtratiue cæperimus. Hoc autem vt inquit, non eſt, ſed ea principia, quæ accipimus congenea atque proxima oportet eſſe primis. Siquidem (vt Phi. ſuppleuit) demonſtratum eſt, non ſolum veras opotere eſſe propoſitiones, ſed etiam ex proprijs & proximis principijs aſſumptas. hinc Phi. deducit, quod primum Theorema, & ſecundum geometriæ propriæ demonſtratum eſt. Reliqua autem, quæ deinceps ſunt, vere quidem ſyllogizata ſunt, non tñ demonſtratiue. non enim ex proprijs propoſitionibus vnumquodque demonſtratum eſt, neque immediatis quoniã ſemper poſteriora demonſtrantur per ea, quæ iam demonſtrata ſunt.

Dubitatio.

Sed dices, vtrum ſyllogiſmus quo demonſtrantur poſteriora, qui conſtat ex iam demonſtratis, ſit ſyllogiſmus demonſtratiuus.

Solutio. Philopon.

Reſpondet ad hoc Philo. & nos reſpondimus ſuperius, quod ſyllogiſmus huiuſmodi valde abuſiue demonſtratio eſt, & non niſi quis propoſitiones, ex quibus conſtat talis ſyllogiſmus, demonſtratiuas dicat: quod quidem abuſiue, & non proprie verum eſt. Epilogando ergo patet, quod cum difficile ſit ſcire naturam rerum, & ea, quæ per ſe vnicuique naturæ inſunt. iccirco difficile eſt, & ſcire, vtrum demonſtratiuus ſit ſyllogiſmus aut non. Et ne ſit de nomine contentio, exponit, quid per principia ipſe intelligat, eſt enim principiũ multipliciter dictum, & inquit } Dico autem principia in vnoquoque genere: hoc eſt in vnaquaque ſcientia, illa, quæ, quoniam ſicut vera, non contingit demonſtrare, ſed ſunt confeſſa, atque in illa ſcientia, cuius ſunt per ſe nota ſunt. Vt puta geometriæ principia ſunt, punctum impartibile eſt, linea eſt quæ in vnum dimenſilis eſt. Hæc enim aſſumit, & non demonſtrat geometria, ſed vt exiſtentia ſupponit. hoc pacto in cæteris ſcientijs principia prima & indemõſtrabilia ſunt.

Dubitatio.

Quęrunt Iuniores quam ob cauſam Axiomata hoc eſt dignitates non faciãt ſcire.

Reſponſio. Quõ intelligi debet reſponſio.

Reſpondent per ſimile de ſolis virtutę, hoc eſt, quia ſunt

ſunt vniuerſales cau'æ.Sed ſic dicẽtes.ſi velint quod B Axiomata nullatenus faciat ſcire, errant:qm̃ cauſa vniuerſalis(vt Ariſto.inquit) magis & maxime facit ſcire. Sin autem velint ꝙ non faciant ſcire ſpecificum in certo ſciendi genere, verum dicunt.nam cum ſint communia,& tranſcendentia, ad determinatum genus nõ ſufficiunt, niſi proximis cauſis additis,quæ principia in genere propria vocat.

ARGV.

Sumitur igitur quidnam ipſa prima & quæ ex hiſce proficiſcuntur ſignificant. At principia ſumere eſſe,cætera demonſtrare neceſſe eſt.Ceu quid eſt vnitas,aut rectum aut triangulus ſumere, eſſe vero vnitatem ac magnitudinem,cætera autem demonſtrare.

DILVCI.

Pricipia & ſubm ſupponuntur i demſatio ne paſsio vero demõ ſtratur.

Quoniam quidem igitur ſignificent & prima, & quæ ex his,aßumitur, quod autem ſint,principia quidem eſt accipere,alia vero demonſtrare, vt quid vnitas, aut quid rectum, & quid triangulus. Eſſe autem, vnitatem quidem eſt accipere, & magnitudinem, altera vero demonſtrare. B

Com. 100. Sup.text ſecundo.

Cõmen. ſ. Expoſitio Philopo.

His declaratis, Ariſt.nunc declarat,quę in demõſtrationibus aſſumpta neceſſarium ſit demonſtrare quod ſint, quæ vero,non ſit neceſſe.Et vt Philo. inquit, Eadem dicit, quæ in procemijs ænigmatice dixit. Sed vnde ad hoc deuentum ſit, Philo.exponit,& dicit Ariſto.ad hoc deueniſſe,quoniam dixit ea eſſe principia in vnoquoque genere, quæ quod ſint,non contingit demonſtrare. Hinc motus, docet Philoſophus,quæ in demonſtrationibus aſſumpta ſit neceſſarium demonſtrare quod ſint, & quæ non ſit neceſſe demonſtrare. Pro declaratione vero eorum quæ hic Ariſt.repetit,Philo.præmittit,ꝙ omnia,quæ in demonſtratione aſſumuntur,ad minus duo ſunt propoſitiones videlicet, & cõcluſio. Concluſio vero,duos habet terminos, & prædicatum,& ſubiectum:quorum ſubiectum quidem cõ- C ceſſum ſiue datum Philo. vocat, Prædicatum vero, quia quæritur,vocat quęſitum. Quare quæ in demonſtrationibus aſſumuntur, in tria tandem multiplicantur, In propoſitiones, & in conceſſum, & quæſitum. Et(vt Philo. inquit) per propoſitiones intelligit Axiomata,quæ maioris locum tenet Propoſitiones vero,quę minoris locum occupãt,Ariſ. prætermittit propter cauſam aſsignatam in procemijs. His ſtantibus primo accipit conuenientiã, deinde differentiam.Et inquit. Quoniam quidem igitur ſignificent & prima, & etiam ea quę ex his ſunt,videlicet concluſiones, aſſumitur,& tanquam communiter illis competens accipitur. hæc eſt cõuenientia. Quo vero ad verba attinet, per quoniam quod græce eſt *ότι*,intelligit quid, remota litera omicron, hoc eſt dempta litera o, vt ſit ſenſus, D quid quidẽ igitur ſignificẽt & prima,hoc eſt Axiomata,quæ maioris locum occupant, & quid ſignificent ea,quę ſunt ex primis,hoc eſt cõcluſiones, aſſumitur, & ſupponitur. Deinde exponit differentiam,& inquit{Quod autem ſint,ſ.vera, principia quidem,quę locum maioris occupant,eſt accipere ac ſupponere,alia vero,ſ.concluſiones eſt demonſtrare. Quo vero ad rem attinet Animaduerte,ꝙ propoſitiones & concluſiones quid ſignificent,aſſumitur;qm̃ clarum eſt:nam & propoſitiones & cõcluſio præcognoſcuntur notitia quid nominis,ſaltem ratione terminorum,ex quibus conſtant. Deinde exemplificat, & inquit.{Vt quid vnitas, aut quid rectum,aut quid triangulus. Vnitatem quidẽ

Verborum expoſitio.

ſumit in exemplum eorum quæ dantur, ac conceduntur: in quibus & quid ſignificent, & quod ſint præſumpta eſſe opus eſt. Rectum vero & triangulum in exemplũ eorũ, quæ quæruntur, in his enim oportet communiter quid ſit horum vnumquodque aſſumere hoc eſt definitiones eorum prędexponit. Et cum declaraſſet, quod in omnibus aſſumatur quid ſignificat, demonſtrat poſtea per exempla quod in quibuſdam quidem ipſum quod ſit demonſtratur, in quibuſdam vero, quod ſumatur, & inquit{Eſſe autem, vnitatem quidem eſt accipere, & magnitudinem, altera vero demonſtrare. Alex. per magnitudinem pro recto audit & quidem non bene, qm̃ vnitatẽ & magnitudinem in exemplũ eorum quæ dantur, ac concedũtur accepit, quoniam & in his ipſum quia eſt præcognoſcitur. Altera vero vt rectum & triangulum,quę quæruntur,eſt demonſtrare. Et hoc pacto Philo. intellexit: & quidem probe,ac dilucide. Quare ex his patet.tria eſſe præcognita:duaſque præcognitiones, vt in procemijs expoſitum eſt.

Quid Alex. Refutatio.

ARGV.

Eorum autem quibus in demonſtratiuis vtuntur ſcientijs, alia cuiuſque ſcientię propria,alia cõmunia ſunt communia tamen ſimilitudine rationis: quippe cum vſus eorum tantum ſeſe extendat in quacunque ſcientia, quantum cuiuſque ſubiecto generi congruit. Propria ſunt, vt lineam eſſe talem rectumue. Communia, vt ſi ab æqualibus ęqualia demas ea quę reſtant æqualia ſunt. Atque horum vnumquodque cuique ſatisfacit ad cuiuſque genus accommodatum. Idem enim hoc faciet, & ſi non de omnibus ipſum accipiet Geometra, ſed de magnitudinibus tantum,& Arithmeticus de numeris ſolum.

DILVCI.

Sunt autem, quibus vtuntur in demonſtratiuis ſcientijs, alia quidem propria vniuſcuiuſque ſcientiæ, alia vero communia. Communia autem ſecundum analogiam, qui vtile eſt quantum eſt in eo, quod eſt ſub ſcientia, genere. Propria quidem. vt lineam eſſe talem: & rectum: Communia vero, vt ęqualia ab æqualibus ſi demas, quod æqualia reliqua ſunt. Sufficiens autem, vnumquodque horum, quantum in genere eſt. idem enim faciet, ſi non de omnibus accipiet, ſed in magnitudinibus ſolum, Arithmeticus, in numeris.

Com. 101.

Cum dixiſſet prius quod poſsibile eſt eiſdẽ Axiomatibus vti in diuerſis ſcientijs, vt illo, quæ eidem ſunt ęqualia,inter ſe ſunt æqualia,quo vti poteſt Geometra,& Arithmeticus, nunc exquiſitius hoc exponit:& vult diuerſas ſcientias eiſdem axiomatibus non vti, niſi ſecundum modum æquiuocum: Geometra enim hoc Axiomate in magnitudinibus vtitur, vt in proprijs ſubiectis, Arithmeticus vero in numeris: naturalis aũt Philoſophus in temporibus & motibus,quę ſibi ſola ſubiecta ſunt. Vnde inquit.{Sunt autem, quibus vtuntur in demõſtratiuis ſcientijs, alia quidem propria vniuſcuiuſque ſcientiæ,alia vero communia. Propria quidem axiomata ſunt, vt in geometria, quę magnitudines equales eidem ſunt,æquales ſunt inter ſe: In arithmetica, qui numeri æquales eidem ſunt, æquales ſunt inter ſe:in naturali philoſophia, quæ tempora eidem tempori æqualia ſunt, inter ſe æqualia ſunt. Communia vero ſunt, quæ omnibus vel pluribus communia ſunt, vt quæ eidẽ ęqualia inter ſe ęqualia ſunt. Exponit autem quo modo communia, & inquit.Communia autem ſubaudi dico ſecundum

ana-

analogiam,& nõ proprie. Aſsignat autem cauſam, & inquit, quõ vtile eſt in eo genere toto, & in omnibus concluſionibus illius generis, quod eſt ſub ſcientia. Aut ſaltem (vt Philo. inquit) extẽditur ad plures concluſiones illius generis, quod eſt ſub ſciẽtia. non tñ ad omnes illas ſe extendit ſcientias, quæ ſunt diuerſorum generum, niſi ſecundum analogiã. Quõ quemadmodum in magnitudinibus eſt verus ille ſermo, quæ ſunt eidẽ æqualia, ſunt inter ſe ęqualia, ita etiam in numeris: & ſic non ſecundum ſubiectum, communitas eſt, ſed ſecundum proportionis rationem. Horũ exempla exponit, & inquit: {Propria quidem, vt lineam eſſe talem, videlicet fluxum inter duo pũcta, & rectum eſſe tale, ſ. quod non diſcrepat ab extremis, quæ propria ſunt Geometrię. Communia vero, vt ęqualia ab ęqualibus ſi demas, quod æqualia reliqua ſunt. Exponit poſtea, quõ vnumquodque horum eſt commune, & quomodo proprium. Hoc enim principiũ, ſi æqualia ab ęqualibus demas, cætera ſunt æqualia: ſi in magnitudinibus accipitur, proprium eſt Geometriæ, & commune omnibus concluſionibus geometriæ: ſi vero in numeris, commune eſt omnibus cõcluſionibus arithmeticæ, & ſic eſt proprium, & commune: proprium quidem generi, ſcientiæ, cõmune vero, omnibus concluſionibus illius generis, & inquit. {Sufficiens autem vnumquodque horum Axiomatum, ad id omne, quantum in genere eſt. Et ſic eſt commune. Et quod ſufficiens ſit ad id omne, quantum in genere eſt, probat & inquit: {idem enim faciet, ſi non de omnibus ipſe geometrę illud Axioma accipiet, ſed ſolum in magnitudinibus, arithmeticus autem in numeris: faciet dico idem ſecũdum proportionis rationem: quõ vt in magnitudinibus verum eſt illud axioma, ita in numeris, & ſic eſt proprium vt enim contrahitur ad magnitudines propriũ eſt, vt vero commune eſt omnibus magnitudinibus, cõmune. Patet ergo diuerſis ſcientijs eadem axiomata communia eſſe, non proprie, ac ſimpliciter, ſed ſecundum proportionis rationẽ. {idem vero ſcientię eſſe propria, & communia, etiam ſecundum eandem rationem proportionis. Hæc Ariſto. Quo

Nota hæc.

tamen ad rem attinet. Animaduerte, ꝙ, ſi Axioma illud, ſi ab æqualibus æqualia demas, cætera ęqualia ſunt, ſumatur in ſua maxima cõmitate terminorum. nulli ſcientiæ proprium eſt, & vt ſic ſub nullius vſu cadit: ſin autem in ſpecie accipiatur, vt puta, ſi ab æqualibus magnitudinibus, æquales magnitudines demas, cæteræ magnitudines ſunt ęquales: eſt vnum axioma Geometriæ proprium, cui ſi hæc minor addatur, Anguli recti ſunt magnitudines: Dabitur hæc concluſio, quod cæteri æquales erunt. Quare hæc concluſio, anguli inciſionis ſunt æquales, non probatur per illam formaliter, ſi ab æqualibus ęqualia demas, ſed ab illa ſpecificata, ſi ab æqualibus magnitudinibus. Bene ergo dictum eſt, quod tñ Axioma ſe extendat, quantum ſubiectum eius: hoc eſt quantum ſe extendit ille terminus æquale, ꝙ eſt illius Axiomatis ſubiectũ: at quia ſe extendit ad magnitudines, numeros, & tempora non proprie quidem, ſed ſecundum rationis proportionem, Ideo Axioma ad omnes ſcientias extenderetur, quæ de illo ſunt.

ARGV.

*Sunt etiam & ea propria, circa quæ ſcientia conſidera-*E *ta ea, quæ per ſe illis inſunt. Atque hæc & eſſe & quid ſunt ſcientiæ ſumunt. Vt vnitates Aritmetica, puncta, lineas, Geometria. at horum per ſe affectuũ quid quidem quiſq; ſignificat ſumũt. Vt Arithm. quid par, quid impar quid quadratũ, quid quoq; cubus. Geometria, quid expers rationis, quid frangi, quid concurrere & huiuſmodi cætera. Demonſtrant autem ipſos eſſe, & per communia & per ea quæ demonſtrata ſunt. eadem & Aſtrologia facere ſolet. Omnis nanque demonſtratiua ſcientia circa tria verſatur, ſunt enim ea quæ ponit eſſe. hæc autem ſunt genus cuius per ſe affectum eſt contemplatrix, & ea quæ communes dignitates dicuntur, ex quibus primis demonſtrat, & tertium affectus, quorum quid quiſque ſignificat ſumit.*

DILVCI. Tex. c. 25

Sunt autem propria quidem, & quæ accipiuntur eſſe, circa quæ ſcientia ſpeculatur quæ per ſe inſunt. Vt vnitates Arithmetica, Geometria autem ſigna, et lineas. hæc F *enim aſſumunt eſſe, & hoc eſſe, Horum vero, quæ paſsiones ſunt per ſe, quid ſignificat vnaquæque aſſumunt. Vt Arithmetica quidem, quid par aut impar, aut quadratus aut cubus, Geometria vero quid irrationale, aut quid inflecti, aut concurrere, Quod autem ſint, demonſtrant & per cõmunia, & ex his, quæ demonſtrantur, & Aſtrologia ſimiliter. Omnis enim demonſtratiua ſcientia circa tria eſt, & quæcunque eſſe ponuntur: hęc autem ſunt Genus, cuius per ſe paſsionum ſpeculatiua eſt, & quæ communes dicũtur Dignitates, ex quibus primis demonſtrant & tertium Paſsiones, quarum quid ſignificat vnaquæque aſſumit.*

Cõm. 102. Cõfutatio.

Cum expoſuiſſet Axiomata, quæ communia & quæ propria, nunc exponit terminos concluſionis, quæ ſunt illius partes. Et primo exponit, quæ ſint ſubiecta propria, & quomodo præcognoſcant. G Deinde exponit quæ ſint paſsiones propriæ, & etiã quomodo præcognoſcantur, & quomodo demonſtrentur. Dicuntur autem ſubiecta à Philopono cõceſſa vel data, Paſsiones autem dicuntur quæſita. Dicit ergo. {Sunt aũt propria quidem duplicia: & quæ accipiuntur eſſe, hoc eſt data, ſiue cõceſſa, quõ præcognoſcuntur quia ſunt. Exponit autem adhuc magis hæc. & inquit: Sunt autem hæc, ſubaudi ſubiecta, circa quę ſcientia ſpeculatur paſsiones, quę per ſe inſunt illis. Hæc vero, quæ per ſe inſunt, vt Philo. exponit, dicuntur quæſita, quę de illis quæruntur. Et ſic demonſtratiuæ ſcientiæ duo ſunt ſubiecta, quæ eſſe præcognoſcuntur: & paſsiones, quæ quæruntur. Hoc quod dixit. exponit per exempla, & inquit: {Vt vnitates Arithmetica, vt data ac conceſſa & vt ſubiecta aſſumit eſſe, Geometria autem aſſumit eſſe, vt ſubiecta conceſſa & data, Lineas, & H ſigna, hoc eſt puncta. Subaudiendum vero huic, vt Philo. ſubaudit: quæ vero per ſe his accidunt, quæruntur. Et ſic duo ſunt conceſſa, ſiue data, & quæſita. Tunc inter hæc dat differentiam, iungens quãdam conuenientiam. eſt enim conuenientia, quod hæc ambo alia ratione præcognoſcantur ante demonſtratiuam ſcientiam. Differentiã vero, ſubſcribit, & inquit: {Hæc enim videlicet data, & conceſſa, ac ſubiecta Geometra & Arithmetica aſſumunt eſſe, & hoc eſſe hoc eſt præcognoſcunt quia ſunt, & quid ſignificat vnumquodque: Horum vero, quæ paſsiones ſunt per ſe, quod ſignificat vnaquęq; aſſumunt. Sic igitur de ſubiecto & eſſe, & quid ſignificat, præcognoſcitur, De paſsione vero, ſolum quid ſignificat.

ficat. Huius differentiæ exempla affert, & inquit A Vt Arithmetica quidem quid par, aut impar, aut quadratus, aut cubus. Geometria vero quid irrationale, aut quid inflecti, aut concurrere: Hæc ſunt exempla paſsionum, quod vnaquæque quid ſignificat præcognoſcatur. Quo quidem ad verba attinet, Verborum expoſitio. Comẽ. 88. quid ſit numerus quadratus, quidue cubus, ſuperius expoſuimus, non opus eſt repetere. Per irrationale vero magnitudinem intelligit (vt Philoponus inquit) quæ incommenſurabilem & non communem habet menſuram ad alteram, vtputa in diametro quadranguli & coſtæ. non eſt autem idem inflecti & concurrere. Nam (vt & iam Phil. inquit) inflecti eſt in vna linea cuius non ſunt omnes particulæ in rectitudine adinuicem: ſed (vt ſors tulit) Concurrere vero dicuntur rectæ lineæ, quæ quidẽ productæ ſecundum vnum punctum concidunt, B quemadmodum diameter ad latus. Hæc quantum ad præcognitionem. Quo vero ad demonſtrationem, inquit { Quod autem ſint, ſubaudi hæc, quæ diximus, demonſtrant & per communia, & ex his, quæ demonſtrata ſunt. non enim (vt Philoponus inquit) omnia demõſtrantur per eadem cõia Axiomata: nam ſecundum per primum, & tertium per ſecundum demonſtratur: & ſic deinceps. Addit, quod, vt dictũ eſt de Arithmetica & Geometria, & Aſtrologia ſimiliter. In hac.n. alia quidem ſecundum ſolum ipſum quid ſignificat, capiuntur, alia vero, quod ſint quæruntur. Deinde eorum, quæ dixit cauſam affert, & inquit { Omnis enim demonſtratiua ſcientia, hoc eſt omnis demonſtratio circa tria eſt, quorum prima ſunt, & quæcunq; eſſe ponuntur vt ſubiecta: & hoc exponit, & inquit { Hæc autem ſunt genus, ſ. ſubiectum, quod dicitur datum, vel conceſ- C ſum à Philopono, Cuius per ſe paſsionum ſpeculatiua eſt: Affert ſecundum & inquit { Et dignitates, quæ communes dicũtur: ex quibus primis demonſtrant, & ſic deinceps ex illis demonſtratis demonſtrantur ſecũda, & deinde tertia. Affert tertiũ, & inquit { Et tertium ſunt paſsiones, quarum quid ſignificat vnaquæq; aſſumit. Hæc enim (vt Philoponus inquit) ſunt, quæ quærimus, quæ per ſe accidunt ſubiectis, quæ ſolũ, quid ſignificat vnũquodq; ſumitur. Ex his patet hæc quæ Ariſto. dixit non eſſe intelligenda de ſciẽtia totali, & de ſubiecto totius ſcientiæ, ſed de demonſtratione: quam Ariſt. vbiq; demonſtratiuam ſcientiam vocat.

ARGY. *Nihil tamen prohibet ſcientiarum nonnullas, horum præterire nonnulla, veluti genus non ſupponere eſſe, ſi pateat eſſe, non enim æque patet numerum eſſe, et frigidum, D atque calidum: & affectus non ſumere quid ſignificat, ſi ſint clari, ſicut nec dignitates, vt quid ſignificat, æqualia ab æqualibus auferre, quia eſt notũ, ſed nihilominus hæc tria neceſſaria ſunt: Id, inquã, circa quod ſcientia demonſtrat, & ea quæ demonſtrat: atque ea ex quibus demonſtrat.*

DILVCI. Nõ omnia ſimiliter in oĩ ſcientia *Quaſdam tamen ſcientias nihil prohibet quædam horum diſpicere, vt genus non ſupponere eſſe, ſi ſit manifeſtum quoniam eſt. Non enim manifeſtum eſt ſimiliter, quoniam numerus eſt, & quoniam calidum & frigidum. & paſsiones non ſumere quid ſignificant, ſi ſint manifeſta. Sicut neque communia aſſumit quid ſignificant, quod eſt æqualia ab æqualibus demere, quoniam notum eſt. Sed nihil minus natura tria hæc ſunt, & circa quod demonſtrant, & quæ demonſtrant, & ex quibus.*

Vna expoſitio eſt, quòd, cum Ariſ. demonſtraſſet, quod tria ſint præcognita ante omnem demonſtrationem; hic oſtendat, quod licet tria ſint præcognita ante omnem demonſtrationem natura, non tñ tria ſunt præcognita doctrina. Doctrina quidem non tria ſunt præcognita ſemper. Nam, cum ſubiectum eſſe per ſenſus conſtet, & quid ſignificat paſsio, & dignitas, per doctrinam hęc præcognoſcenda non ſunt: verum licet hæc tria per doctrinam Præcognita non ſint, natura tamen ante demonſtrationem præcognita ſunt, quatenus ſemper ante demonſtrationem aſſumuntur. Hæc eſt vna expoſitio. Philoponus vero ſic exponit. nam, cum dixiſſet quod tria ſint, ex quibus eſt omnis demonſtratio: & quod ſubiectum eſſe præcognoſcatur, & quid ſignificant paſſiones & dignitates, hic demonſtrat, quod non ſemper hæc præcognoſcantur, & inquit: Quaſdam tñ ſcientias nihil prohibet quædam horum deſpicere, exponit autem quod dixerat, & inquit: { vt genus, hoc, hoc eſt ſubiectum, quod & datum, vel conceſſum dicitur: nõ ſupponere eſſe, ſubaudi tanquã probatum ex ſubalternante ſcientia. Et hoc vt inquit, ſi ſit manifeſtum, quõ eſt huius generis eſt Metaphyſica (vt Philoponus iquit) cuius ſubiectum, ſ. Expoſitio Philopon. ens ex ſenſibus patet quoniam eſt, & non probatur in altiori ſcientia. Ariſto. tamen exponit exemplis, & inquit { Non enim manifeſtum eſt ſimiliter, quõ numerus eſt, & quoniam calidum & frigidum ſunt. Quoniam numerum eſſe ſumit Arithmeticus à Phiſico, è quo ſumit continuum eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Calidum vero, & frigidum eſſe Phyſicus à nulla ſuperiori ſcientia ſumit, ſed à ſenſu, vt per ſe notum. hæc de ſubiecto. De paſsionibus vero inquit: { Et paſsiones non ſumere quid ſignificant, ſubaudi quaſdam ſcientias nihil prohibet: & hoc, ſi ſint manifeſtæ, atq; ex ſenſibus notæ: ſicut neque communia. ſup. arithmeticus, vel geometricus aſſumit qd ſignificat, vtputa illud, quod eſt, æqualia ab æqualibus demere, quoniam per ſe notum eſt, & non probatum in ſcientia ſuperiori. Alexander Aphrodiſeus aſſerit: & phyſicum, & Quæ Alex. arithmeticum ſuas paſsiones definire. Phyſicus enim definit calidum & frigidum, Arithmeticus numerum. Verum Arithmeticus definit magis quam Phyſicus. Contra obijcit Philoponus quoniam Philop. contra Alexã. calidum & frigidum apertiſsima ſunt, & nota ſenſibus, & ita non definit illa phyſicus. Dicendũ cum Defenſio. Alexandro. nã licet apertiſsima ſenſibus ſint quantum ad quia eſt, quantum vero ad quid nominis, non ſunt apertiſsima. Vnde Ariſtote. Secundo de Text. cõ. 8. Generatione illa definit definitione quid nominis. Demum Ariſto. Addit, quod licet quædam deſpiciantur propter euidentiam, nihil minus tria ſunt in omni ſcientia, natura hac: ratione naturali conſtituta. videlicet, & id circa quod demonſtrant, ſubiectum videlicet & conceſſum vel datum; & quæ demonſtrant videlicet paſsiones, quæ quæruntur. & dignitates ex quibus demonſtrant. He enim tria neceſſarium eſt aſſumere ante omnem demonſtrationem, non tamen ſemper eodem modo; vt dictũ eſt. Sed quærunt hic cur repetat præcognita, cum ſatis de his dixit in proœmio. Dicẽdum quod de præ- Dubitatio. Prima Simpl. t. 2. cognitis in proœmio per accidens dixit, vt declararet, videlicet omnem doctrinam fieri ex præexi-

ſtenti cognitione, hic autē per ſe. vtpota, tanquam demonſtrationis principia. Secūdo dubitant, quia non tm̄ dignitates ſunt præcognita, ſed ſuppoſitio petitio, & medium. Et dicendum ſuppoſitionem & petitionem enumerari inter ea præcognita, quę dignitates dicuntur. Medium vero ꝑtermiſſum eſ ſe, qm̄ cum vtroq; termino compoſitum facit dignitates, ex quibus demonſtratio conſtat. Tertio dubitant, qm̄ numerus videtur etiam ex ſenſibus euidēs, cum ſit ſenſibile commune. Dicendum, ꝙ licet ſit ſenſibile commune, tm̄ non ſentitur, niſi mediantibus ſenſibilibus proprijs, At calidum & frigidum proprie ſenſibilia ſunt, quæ nullis alijs ſenſibus mediantibus ſentiuntur.

Coment. 5. Solutio.

ſecunda dubitatio.

Solutio.

Tertia dubitatio.

Solutio.

ARGV. *Non eſt autem id ſuppoſitio neq; poſtulatio ſane quod neceſſe eſt eſſe per ſeipſum atque videri. Demonſtratio nāque non in oratione, quæ eſt extra, ſed in oratione quæ eſt* F *in mente conſiſtit. Quandoquidē neque ratiocinatio videtur in illa conſiſtere. Etenim fit vt ſemper aduerſus externam orationem per inficiationem obſtetur, at non ſemper aduerſus eam quæ eſt in mente.*

DILVCI. *Non eſt autem ſuppoſitio, neque petitio, quod neceſſe eſt per ſe eſſe aut videri neceſſe. Nō n. ad exterius orationem demonſtratio eſt, ſed ad eam, quæ eſt in aīa. quoniam neque ſyllogiſmus. Semper .n. eſt, inſtare ad exterius orationem, ſed ad interius orationem non ſemper.*

Dignitates quæ veræ & oibus accōtes ſunt, a ſuppōnib⁹, petitiōib⁹, ac definitionibus ſeiunctæ ſunt. Com. 104.

Cum loquutus eſſet de præcognitis: & meminerit Axiomatis, nunc (vt placet Phi.) vult eius proprietatem nobis aſsignare, & diſcernere ipſum, tū ab his quæ vocantur ſuppoſitiones, tum etiā à petitionibus: & adhuc etiam hæc tum abinuicem, tum etiam à definitionibus. Iam quidē enim & in principio aſsignata eſt horum differentia: ſed quoniam G nunc etiam horum meminerit, rationabile eſt, vt iterum diuiſionem, quam ſuperius aſſeruit, afferamus. Et dicamus cum Philopo ꝙ immediatarū propoſitionū, aliæ quidē per ſe omnibus crēditæ ſunt, & omnibus hominibus cōiter cōnaturatæ: aliæ vero non omnibus. quę quidē igitur oibus communiter cōnaturatæ ſunt, eo ꝙ è domo, hoc eſt ex terminis fidem habeāt vocant. Axiomata, atq; cōes notiones. Quæ vero non oibus connaturatæ ſunt, ſed quibuſdam vocantur poſitiones. Et poſitionū, hæ quidem quid ſit vnumquodq; dicunt, quæ vocātur definitiones. Illæ vero, aliud de alio prædicant, quę communi nomine vocantur ſuppoſitiones. Et ſuppoſitionū aliæ quidem veræ ſunt, & apparentes capiuntur diſcenti à ſciente, & hæ nomine ſuppoſitiones dicuntur. Aliæ autem non apparentes diſcenti H à ſciente capiuntur. & hę petitiones nuncupantur.

Sup. tex. 5. Com. 24. Diuiſio ꝑpōnum immediatarū.

Differētiæ.

Hæ differunt inter ſe, Axiomata quidem à ſuppoſitionibus, quæ ſecundum naturam ſunt, quoniam Axiomata quidem, ſuapte natura inſunt oibus, & è domo vnuſquiſq; hn̄s ipſa, non inquit an vera ſit, licet nec doctor dixerit. Suppoſitiones vero, licet quędam ob claritatē per ſe creditæ ſint, vt Axiomata, tm̄ vnuſquiſq; non poteſt è domo prę manibus habere, ſed opus eſt aliquis audire de ipſis à præceptore. A petitionibus autē differūt Axiomata & ſuppoſitiones quidē: qm̄ apparentes ſumūtur diſcenti, cū petitiones non oīno appareant, ſed petantur concedi à præceptore, verbi cā, vt ſi quis dicat concedatur mihi hoc, ſ. ab omni puncto in omnem pūctum rectam lineam ducere, ab vtriſq; etiā differūt petitiones: qm̄ ſuppoſitiones & Axiomata credibilitatem habent, petitiones vero, breui, vel plurima indigent probatione. Patet igitur, quod Petitiones à ſuppoſitionibus differunt, eo ꝙ ſuppoſitiones appareant diſcenti, petitiones vero nō apparent, ſed conceduntur: Axiomata autē ab vtriſque, eo ꝙ hæc quidē cōiter, & omnibus eſſe appareant, & è domo fidem habeant, ſuppoſitiones autem non oibus appareant, nec etiam petitiones. A definitionibus vero omnia differunt: quod ea quidem propoſitiones ſint, aliud de alio ꝑdicantes vlr aut particulariter, ac etiam aut affirmatiue aut negatiue, diffinitiōes vero, nec vniuerſaliter, nec particulariter, nec affirmatiue nec negatiue aliud de alio prædicant, ſed ſolummodo declarant, quid ſit eſſe vnicuiq;. Ariſto. ergo quod differant Axiomata à ſuppoſitionibus & petitionibus dicit, & inquit {Non eſt autem ſuppoſitio, neq; petitio, quod neceſſe eſt per ſe eſſe, aut pro & videri neceſſe eſſe} hoc eſt Axioma, quod neceſſe eſt per ſe eſſe verum & videri neceſſe eſſe verum, non eſt ſuppoſitio, nec petitio, nec ſubaudi definitio, ſed ab his omnibus differt. à ſuppoſitione quidem, quod omnibus communiter appareat eſſe verum: à petitione autem, ꝙ ſit verum, & non ſolum conceſſum à definitione denique, ꝙ dicat eſſe vel non eſſe, definitio autem, nequaquam. Denique (vt Philoponus exponit) remouet quoddam dubiū. Nam cum dixiſſet, Axioma ipſum, & eſſe neceſſe, & videri ex neceſsitate cū quiſpiam poſsit obijci, ꝙ nec oīno videatur axioma ex neceſsitate eſſe, qm̄ aliquis poſſet non concedere ꝙ in oī, aut affirmatio, aut negatio verum dicit. Ad hoc obuians reſpondet, ꝙ demonſtrationes vel oppoſitiones non ad exterius orationē extenduntur, hoc eſt in orationis prolatione, ſed ad ipſam rerū naturam, & ad internam orationem. Vnde inquit Licet contra axioma inſtari poſsit, non tamen cōtra axioma mentale. Non enim vt inquit, ad exterius orationem demonſtratio eſt, nec oppoſitio ſed ad eam, quæ eſt in anima. Et huius rei cauſam affert, & inquit: {qm̄ neque ſyllogiſmus eſt ad exterius orationem. Semper enim eſt inſtare, ad exterius orationem, hoc eſt ad axioma exterius, ſed ad interius orationem, hoc eſt axioma non ſemper. Eſt ergo ſolutio, ꝙ licet obijci poſsit contra axioma in voce, non ſequitur, ꝙ axioma nō ſit neceſſe eſſe: & oibus euidēs, qm̄ ad Axioma interius nō eſt inſtare. Et hoc aſſerit Ariſt. vbiq;, ꝙ axiomatibus, licet poſsit contradici verbis, non tm̄ corde: Et propter hanc cauſam axiomata ſunt neceſſe eſſe & apparent neceſſe eſſe. Quo vero ad verba attinet, animaduerte quod græci aliquando ſunt in verbis inopes (vt Boethius inquit in Prædicamentis,) Veluti circa illa verba, oratio & ratio, quod enim Græci dicunt exologon, nos vnico verbo orationem dicimus: quæ eſt exterior ratio, quod vero dicunt eſologen, nos rationem dicimus, quæ propriæ mētalis eſt, qua ratione fit, vt in hoc lingua noſtra gręcam excedat.

Verborum expoſitio.

ARGV. *Quod igitur demōſtrari quidem poteſt, non demonſtratum autem à ſe quiſpiam ſumit, id aut ſupponit ſi ita eſſe diſcenti videtur, atque non abſoluta quidē, ſed ad illū tantum, id eſt ſuppoſitio, aut poſtulat, ſi nulla prorſus diſcenti*

de hoc

de hoc opinio vel etiam cõtraria inſit. Atque hoc intereſt inter ſuppoſitionẽ poſtulationẽue. Etenim id eſt poſtulatio quod eſt cõtrariũ opinioni diſcentis, vel quod eſt quidẽ demonſtrabile ſumit autem quiſpiam illud atque vtitur non demoſtrato.

DILVCI. Non idem eſt indemõſtrabiliſ ſuppoſitio ac petitio.

Quæcunq; quidẽ igitur demonſtrabilia exiſtentia accipit ipſe nõ demonſtrans hęc ſiquidẽ, quæ vĩr, accipiat diſcenti ſuppoſitio, & nõ eſt ſimpliciter ſuppoſitio, ſed ad illum ſolũ. Si vero aut non eiuſdẽ ſit opinionis, aut contraria ſit, accipiat, hoc petit. Et hoc differũt ſuppoſitio, & petitio, Et enim petitio in contrarium opinioni diſcentis, aut quodcunque aliquis demonſtrabile, cum ſit accipiat, & vtatur non demonſtrans.

Alia litera quæſtio.

Com. 105.

Cum attuliſſet differentia inter axiomata ex vna, & ſuppoſitiones, & petitiones ex alia, nunc affert differentiam inter ſuppoſitiones & petitiones inter ſe quæ differentia prius aſsignata eſt propterea ſolum verba legantur. Vnde inquit. {Quæcunque quidem igitur principia demonſtrationũ demonſtabilia exiſtentia, accipit ipſe demonſtrator, non demonſtans, hæc bifariam ſunt. Nam ſiquidem hæc accipiat quę videntur, hæc principia ſuppoſitio ſunt ipſi diſcenti à præceptore: dico ipſi diſcenti, quoniam non eſt ſimpliciter & ſuppoſitio, ſed ad i lum. Per quæ dat intelligere, ꝙ ſuppoſitio ſit propoſitio euidens diſcipulo, demonſtrabilis, non tamen à pręceptore demonſtrata, Deinde affert aliud membrum, & inquit: {Si vero ſi demonſtrabilis propoſitio, nõ demonſtrata, ſic ꝙ diſcipulus vel nõ ſit eiuſdem opinionis cũ pręceptore, aut contrariæ opinionis ſit, hoc petit. Ergo petitio eſt propoſitio non euidens. demonſtrabilis non demonſtrata, ſed cõceſſa à diſcipulo, vt videatur, quidnam ex ea ſequatur. Vtraq; itaque propoſitio eſt, vtraq; demonſtrabilis, vtraque non demonſtrata, vtraq; à diſcipulo conceſſa. Verum ſuppoſitio conceditur à diſcipulo propter eius euidentiã, petitio autem cõceditur, vt videatur quid ex ea ſequatur. Repetit ergo differentiã, & inquit. {Et hoc differũt ſuppoſitio & petitio. eſt enim petitio in contrariũ opinioni diſcẽtis, & ſic non conceſſa propter eius euidentiã. Aut ſaltem petitio eſt quodcunque aliquid demonſtrabile cum ſit, accipiat, ſubaudi non propter illius euidentiã, ſed vt videatur quid ex ea infertur. & vtatur non demonſtrans. per quæ dat intelligere, quòd petitio & ſuppoſitio differant ſolum in vno, ꝙ ſuppoſitio accipiatur à diſcipulo propter eius euidentiam, petitio aũt, vt vidatur quidnam ex ea ſequitur. Philoponus autem aſſerit, falſam propoſitionem poſſe eſſe petitionem, modo concedatur. at ſuppoſitionem eſſe non poſſe, niſi ſit vera. Ego tamen hæc non dicerem, quoniam & ſuppoſitionem, & petitionem. Ariſt. demonſtrabilem aſſerit, modo demonſtratio non eſt niſi verorum. Ex his patet veterem translationem, quæ loco petitionis habet quæſtionem, non eſſe rectã. Nauμεπμα æterna græce, ſonat latine petitionem, vel poſtulationem. Præterea. Ariſtot. de quæſtione ipſa nullam mentionem fecit.

ARGV.

Diffinitiones igitur, cum affirmationes, aut negationes non ſint, ſuppoſitiones non eſſe patet, quas quidem vt genus complectitur propoſitio.

DILVCI.

Termini quidẽ igitur nõ ſunt, ſuppoſitiones. Neq; .n. eſſe, aut nõ eſſe dicũt ſed in propoſitionibus ſũt ſuppoſitiões.

Com. 106.

Hoc in loco (vt Philoponus inquit) Diſcernit terminos, hoc eſt definitiones à ſuppoſitionibus, qm̃ ſuppoſitiones quidem aliud de alio prædicant aut negant, termini vero nihil, neque affirmant de aliquo, neq; negãt, ſed ſolum quid ſit ꝙ proponitur, dicunt. quare Suppoſitiones quidem, omnino in propoſitionibus ſunt, veluti in genere, Termini vero non in propoſitionibus, inquit. {Termini quidem ig tur non ſunt ſuppoſitiones, hoc eſt, pręterea definitiones non ſunt ſuppoſitiones. Accipit enim verbum quidem igitur pro præterea, q.d. pręterea definitiones non ſunt ſuppoſitiones: & aſsignat cauſam, inquit {neq; .n. eſſe, aut non eſſe dicunt, ſed ſuppoſitiones in propoſitionibus ſunt, tã quam in genere. termini vero non in propoſitionibus, hæc eſt prima differentia. Quo vero ad verba attinet, Animaduerte quod multifariam aliquid dicitur eſſe aliquo. Verum hic intelligit ſuppoſitiones eſſe in propoſitionibus, veluti ſpecies continetur in genere, vt homo in animali.

Verborum expoſitio.

ARGV.

Diffinitiones præterea percipiantur ſolum oportet. at id non eſt ſuppoſitio, niſi quiſpiam & audire, ſuppoſitionem dixerit eſſe, Sed ea ſunt ſuppoſitiones, quæ cum ſint hoc ipſo quid ſunt emergit ipſa concluſio.

DILVCI. Autẽ præterea.

Terminis autem intelligere oportet. Hoc autem non eſt ſuppoſitio, niſi & audire aliquis ſuppoſitionem eſſe dicat. Sed quibuſcunque exiſtentibus in eo quod in illa ſunt fit concluſio.

Suppoſitio eſt ad quam ſequitur cõcluſio, definitio autẽ eſt ad ſimplices voces ſpectãs. Cõm. 107.

Aſsignat & ſecũdam differentiam inter definitiones, & ſuppoſitiones. ꝙ per definitiones res ipſæ intelligantur, ꝑ ſuppoſitiones vero cõcluſiones inſerantur: & tunc verbum autem pro præterea lègendum eſt, hoc pacto. {Præterea terminis intelligere oportet, ſ. res, quæ ſint. Hoc autem, ſ. intelligere res, quæ ſint, non eſt ſuppoſitio, niſi & audire, hoc eſt intelligere quid res ſit aliquis ſuppoſitionẽ eſſe dicat: quod falſum eſt, & improprie dictum. Aſsignat ſecundum mẽbrum differentiæ, & inquit {Sed, ſubaudi ſuppoſitiones, ſunt propoſitiones, quibuſcunq; exiſtentibus, in eo ꝙ illa ſunt, fit concluſio, ſubaudi hæc ſunt ſuppoſitiones. Ergo termini ſunt, quibus res quę ſint, intelliguntur, ſuppoſitiones vero ſunt, quibus concluſio infertur. Aliter ſecundum Philopo. legendus eſt textus, vtputa aũt aduerſatiue hoc modo, ſuppoſitiones in propoſitionibus ſunt, termini vero in vocibus, vel vocibus vel dictiõibus ſimiles, quid eſt id, quòd dicitur intelligere præbentes. Et hoc inquit. Terminis autem veluti dictionibus intelligere oportet res ipſas, quæ vocibus ſignificantur. Hoc autem non eſt ſuppoſitio, niſi & audire aliquis ſuppoſitionem eſſe dicat. Hoc eſt dicere definitionẽ eſſe ſuppoſitionem, ſimile eſt velut ſiquis dicat, & vocem ſimpliciter audire, & intelligere quod à voce ſignificatur, ſuppoſitionẽ eſſe, vtputa: homo, canis, & ſimilia. Id enim dixit audire (vt Philoponus inquit) Sed ſuppoſitio, vt exponit Philoponus, ob hoc ipſum dicitur ſuppoſitio eo ꝙ ſupponatur aliud alij ineſſe: vtputa, animam immortalem eſt, aut mortalem. Mundũ generabilẽ eſſe, aut perpetuũ. Non n. ſimpliciter ſine verbo eſt dicere animam immortalem, aut mũdum generabilem: hoc ſuppoſitio eſt ſequeretur enim (vt dixit) ꝙ omnis dictio ſit ſuppoſitio, Non igitur definitiones ſunt ſuppoſitiones.

Phil. expo.

nes. Expon t aũt quid ſuppoſitio ſit, & inquit. {Sed E propoſitiones quibuſcuuq; exiſtentibus in eo ꝙ il læ ſunt, cõcluſio fit, hæ ſunt ſuppoſitiones. Per quæ dat intelligere ꝙ nõ omnis propoſitio ſuppoſitio ſit, non enim eſſe hominem animal ſuppoſitio eſt, ſed quę ita ſe habens aliud inſert, ſuppoſitio eſt: Ergo ſuppoſitio proprie eſt propoſitio demonſtratiua, qua conceſſa, aliud neceſſario ſequitur.

ARGY.

Neque Geometria falſa ſupponit, quẽadmodum nonnulli putarunt, qui quidem inquiunt demonſtrantem falſis vti ſuppoſitionibus non oportere, geometram vero falſa ſupponere deſignatam lineam, nunc pedalem, nunc rectam eſſe dicentem, quæ quidem non recta eſt, non pedalis. Nam geometra, cum non ſit ea linea, quam deſignauit aut protulit ore cõcludere ſolet, ſed cũ ea ſint q̃ per illã ſignificantur, ac indicantur, q̃ deſignauit ac protulit ipſa.

Sed qm̃.

Neq; Geometra falſa ſupponit, ſicut quidam affirmabant, dicentes quòd non oportet falſo vti. Geometram autem mentiri, dicentem lineam eſſe vnius pedis, quæ nõ eſt vnius pedis aut rectam lineam, quæ non eſt recta. Sed Geometra nihil ſecundum hanc lineam concludit, quam ipſe poſuit, ſed quæ per hæc oſtenduntur. F

DILVCI. Geometra ſppõnes falſas nũq̃ aſſumit, vt quidam externa tãtũ cernẽtes aũtumãt, reę abſtratiões ignorãtes. Comẽ. 108. Expoſitio Philopon.

Secundum Philoponum hic remouetur dubium Nam quidam credentes, ꝙ demonſtrationes ad orationem, quæ exterius eſt, extendantur, putarũt Geometram falſa ſupponere, & non vera demonſtrare. ex falſis enim ſuppoſitionibus non poſſunt vera demonſtrari. Sumit enim Geometra in exteriori oratione, hunc eſſe circulum, qui non eſt circulus, aut hanc eſſe rectam lineam, quæ non eſt recta linea: & ex his falſis aſſumptis, q̃ deinceps ſunt, concludit. Reſpondet ergo, ꝙ, cum non ad exterius orationem ſit obuiatio, ſed ad eam, quæ in anima, iccirco Geometra non ad quam ſumit rectam G lineam, facit demonſtrationes, ſed ſecundum eius ipſius intentionem, ſecundum q̃ accipit etiam lineã, & hoc modo in omnibus. Vnde inquit {Neq; Geometra falſa ſupponit: cũ demonſtrat. Sicut quidam affirmabant dicentes, ꝙ non oportet falſo vti in demõſtrationibus, Et dicentes Geometrã mentiri, qui dicit, lineam eſſe vnius pedis, quę non eſt vnius pedis. Aut rectam lineam eſſe, quæ non eſt recta. Quo vero ad verba attinet, Cum inquit. Geometrãm aũt mentiri, verbum aũt, non aduerſatiue, ſed copulatiue legẽdum eſt, hoc pacto & affirmantes Geometram mentiri, huius, quod dixerat, aſſignat cauſam, & legatur, Sed pro quoniam, vt ſæpius notauit Philoponus in his cõmentarijs, quæ ipſe ſcripſit in libr. de Generatione, hoc modo: qm̃ geometra nihil ſecundum hanc lineam concludit, H quam ipſe poſuit in oratione exteriori, ſed concludit quæ ꝑ hæc, quæ ſunt in exteriori oratione, oſtẽduntur, hoc eſt, per mentales lineas, quæ in oratione mentali ſunt. Ex his enim demonſtrationes, & ad has obiectiones ſunt. Hæc eſt Philoponi expoſitio, quæ pulchra eſt, & verbis conſona. Aliter tamen exponi poteſt. Nam, cum dixiſſet ꝙ ſuppoſitiones ſint propoſitiones veræ, petitiones autem aliquando falſæ, poſſet obijci cõtra, qm̃ geometra ſumit falſas ſuppoſitiones. Nam accipit lineã eſſe circularem, quæ in puluere eſt, quæ non eſt circularis: & rectam. quæ nõ eſt recta, & ſic vtitur falſis. Reſpondet Ariſt. ꝙ hæc quæ in puluere, vel in materia ſenſibili ſcribit, nõ ſumit pro illis, ſed pro his, quæ abſtrahunt à materia ſenſibili: in talibus enim non eſt mendatium, vt Secundo Phyſico. habetur: & ſic non mẽtitur geometra. Quæ expoſitio conſona eſt verbis, & his quæ alibi Ariſto. dixit.

Verborum expoſitio.

Alia expoſitio.

Tex. cõ. 11.

ARGY.

Inſuper, oĩs poſtulatio ſuppoſitioq;, aut vniuerſalis eſt, aut particularis: at neutrũ iſtorũ diffinitionibus cõpetit: quare diffinitiones ſuppoſitiones, poſtulationes non ſunt.

Amplius, petitio et ſuppoſitio omnis, aut ſicut totum, aut ſicut in parte eſt: termini vero neutrum horum.

DILVCI. Diffinitio nõ eſt vlis, vel particularis, ſicut ſuppoſitio. Com. 109. Expoſitio Philopon.

Secunda differentia (vt Philoponus inquit) Inter terminos ex vna, & ſuppoſitiones, atq; petitiones ex altera, eſt hæc, ꝙ ſuppoſitiones, & petitiones, aut dicuntur ſicut in parte, aut de omni. Qm̃ & omnes propoſitio aut vniuerſalis eſt, aut particularis. Definitiones aũt nihil neq; de omni, neq; de aliquo dici poſſunt. Non. n. dicimus (vt Philoponus inquit) homini ineſſe hoc, ſ. animal rationale, F mortale, mentis atq; ſcientiæ ſuſceptiuũ, ſed hoc ipſum hominem eſſe, ſ. aĩal rationale mortale mentis ac ſcientiæ ſuſceptiuum. Vnde inquit {Amplius petitio, & ſuppoſitio oĩs, aut ſicut totum, hoc eſt vl'is eſt: aut ſicut in parte eſt, hoc eſt particularis. Tacuit aũt indefinitam, quia reducitur aut ad particularem, aut ad vl'em. Termini aũt, neutrum horum ſunt. definitiones. n. neq; vniuerſales: neq; particulares ſunt, licet vniuerſaliter inſint definitis.

ARGY.

Formas igitur aut vnum quid præter ipſa multa non neceſſe eſt eſſe ſi demonſtratio eſt, tamen verum eſt dicere neceſſario, vnum eſſe de pluribus prædicandum. Nam ſi id non ſit, vniuerſale ſane non erit: at ſi vniuerſale nõ ſit, non erit medium ipſum: quare nec demonſtratio. Eſſe igitur vnum quid oportet, idemq; pluribus non ſolum communi nomine prędicandum.

DILVCI. Nõ ſunt neceſſariæ vl'es Ideæ ad põnem demõſtrationis.

G *Spẽs quidẽ igitur eſſe, aut vnũ aliquid extra multa, nõ neceſſe eſt eſſe, ſi demonſtratio erit. Eſſe tñ vnum de multis, verum dicere neceſſe eſt. Non. n. erit vniuerſale, niſi hoc ſit. Si vero vniuerſale non ſit, medium non erit: quare neq: demonſtratio. Oportet itaq; aliquod vnum, & idem de pluribus eſſe, non æquiuocum.*

Cõmẽ. 110 Introductio text ſecundum Philopo.

Philoponus ſic textum hunc inducit, ꝙ cum ſæpius dixiſſet oportere demonſtratiuas propoſitiones vniuerſales eſſe, arbitrari quis poſſet propter hoc, ꝙ ideæ introducerentur, ſiquidem illæ valde Primæ ſunt ſecundum eos, qui ſupponunt ipſas, icirco hanc deſtruens opinionẽ hæc ponit, quod, ſ. non ſequatur demonſtrationem, ideas introduci. Nã idæ quidem abſtractæ à multis exiſtentes, nec de oĩ nec de aliquo dici vtiq; poſſunt. Demonſtratio aũt id primum de omni ſupponit. Et id eſſe vni H uerſale dicit. Quare non ideas introducit demonſtratio. Aliter põt textus induci vt dicamus, ꝙ Plato introducit ideas propter demonſtrationẽ, hoc modo argumentando, demonſtratio eſt: ergo aut ideæ ſunt, aut eſt aliquod vnum præter multa. Sic enim Plato reſpõdit ad Herculeorum rationem, qua negabant ſcientiam demonſtratiuam. Argumentabantur enim, ſi ſcientia demonſtratiua eſt: ergo oportet vt ſit, aut de corruptibilibus, aut de æternis. Reſpondet Plato, ꝙ eſt de ideis, quæ ſunt ſpecies præter ſingularia Ariſt. ergo refutat hæc q̃ Plato aſſerit ad argumentum Herculeorum, & inquit, {Spẽs quidem igitur eſſe aut vnũ aliquid extra multa, hoc eſt, extra ſingularia, nõ neceſſe eſt eſſe, ſi demõſtratio erit: quoniam non valet argumentum demon-

Alia introductio.

demõſtratio eſt: ergo ſpecies ſunt, aut eſt vnum aliquid extra multa. Quo vero ad verba attinet, animaduerte, ꝙ Plato de ideis loquens in Parmenide, aſſeruit ideas eſſe vniuerſalia ac ſpecies præter ſingularia ſecundum eſſentiam ſeparatas. In Simpoſio vero & in Timæo, ideas aſſerit eſſe notiones in mente Dei conſtitutas, quæ nihil aliud ſunt, niſi ipſe Deus multipliciter res concipiens, quas producturus eſt. Propterea inquit {Species quidem igitur eſſe extra multa, vt in Parmenide, aut vnum aliquid præter multa, vt Deum, Sicut in Timæo & in Simpoſio, non neceſſe eſt eſſe, ſi demonſtratio eſt. Et ſic vſus eſt diſiunctione, propter Platonis varietatem de ideis. Vnde horum verborum intellectus eſt (vt Philoponus inquit) ꝙ nõ neceſſe ſit in prædictis in de demonſtratione ſermonibus ſimul introduci ideas. Nam, ſi dicimus oportere eſſe vniuerſale in demonſtrationibus, non tamen dicimus eſſe tale ipſum, vt dicimus ſpeciem fere eſſe multorum animalium. Deinde exponit quid dicere oporteat eum, qui demonſtrationem aſſerit, & inquit. {Eſſe tamen vnum de multis, verum dicere neceſſe eſt: quaſi dicat, demõſtratio eſt: ideas neceſſe eſt non eſſe, vnum tñ de multis neceſſe eſt. Qm̃, ſi (vt diximus) neceſſe, eſt in demõſtrationibus vniuerſale aſſumi: vſe aũt omni ſubiecto, ineſt. qm̃ & ſemp, & prima, & per ſe: neceſſe eſt his, quibus demonſtratio ineſt, eſſe vnum quid de multis exiſtẽs: Hoc enim non exiſtente, nec demonſtratio erit. Et hoc inquit. Si vero vniuerſale non ſit, medium erit: quare nec demonſtratio erit. Declaratur prima conſequentia (vt Philoponus inquit) hoc pacto. nam, ſi vniuerſale nõ ſit, maior extremitas nec primo, nec ſecundum ꝙ ipſum, ineſt medio, & ſic medium non erit proprie medium, ſed indigebit adhuc altero medio termino, cui primum ineſt maior. Ex hoc ſequitur ſecunda conſequentia, videlicet ꝙ nec demonſtratio erit. Qm̃ demonſtratio per immediatas propoſitiones eſt. quare, ſi non eſt medius terminus proprie medius, neq; propoſitio erit immediata: hac autem non exiſtente, neq; demonſtratio erit. Ex his concludit intentum de vniuerſale, & inquit {Oportet itaq; aliquod vnum & idem de pluribus eſſe, ſ. vniuerſale, non quidem ſecundum eſſentiam ſeparatum, ſi demonſtratio eſt, non eſt æquiuocum, ſed vniuocum his omnibus, de quibus prædicatur. Recte aũt (vt Philoponus inquit) Additum eſt verbum illud, non æquiuocum. Et.n. cancer nomen vnum de pluribus dicetur, ſed æquiuoce. Vtputa de ſtella, & de animali, & de inſtrumento. Et canis etiam pari modo, & de ſtella, & de animali, tum terreſtri, tum marino, & de quibuſdam Philoſophis ſectæ Diogenis. Aequiuocis autẽ, nec dialectica ipſa indeterminate vtetur, nec demonſtratiua. Sed circa hæc, quæ diximus, emergunt dubitationes nõ paruæ. Prima quidem, quia videtur, ꝙ Axioma nõ ſit per ſe neceſſarium, qm̃ habet cauſam. Nam (vt Plato inquit) nihil eſt, ante quod non præceſsit legitima cauſa. Et ita ante Axioma præceſsit cauſa. Quare per ſe non eſt neceſſaria. Præterea. Si Axioma ſit per ſe neceſſarium, idem eius ſui ipſius cauſa. Deinde argumento, ꝙ Axioma per ſe euidens non ſit, quoniam eſſet ſemper euidens, & ſic ſemper intellectui perſpicua: quod eſt contra experientiam. Iuniores dixerunt ꝙ Axioma ſit per ſe neceſſarium, & per ſe euidẽs, quoniam ſit ex tranſcendentibus, quibus nec eſt cauſa prior, nec eſt aliquid notius. Tranſcendentia enim ſunt & prima, & primo cognita. Quod non placet. Nam hæc propoſitio ens eſt vnũ & hæc, ens & res eſſet Axioma, quod Ariſt. non diceret. Pręterea, Ariſtoteles dicit hanc propoſitionem, ſi ab æqualibus æqualia demas: eſſe Axioma: quæ tamen ex tranſcendentibus non ſit. Dicamus igitur aliquid eſſe per ſe tale biſariam contingere, aut priuatiua, hoc eſt non per aliud, aut poſitiue, quando idem eſſet ſui ipſius cauſa. Et priuatiue: biſariam, aut ſimpliciter, aut ſecundum quid. Axioma ergo eſt per ſe neceſſariũ, quoniam caret cauſa ſuæ neceſsitatis, non quidem ſimpliciter, ſed exteriori. habet enim terminos, quorum habitudine ſortitur neceſsitatem. Eſt ergo axioma per ſe neceſſarium, hoc eſt non externa cauſa, ſed terminorum habitudine. Eſt etiam per ſe euidens, quoniam caret propoſitione priori ex qua euidens fiat. etiam caret medio, quo demõſtretur. Ex his ſequitur, quòd non ſemper euidens ſit. Eſt enim per ſe euidens, non quidem quòd ſemper pateat nobis, ſed quoniam per nihil prius euidẽs ſit.

Verborum expoſitio.

Dubõnes. & prima.

Sol. Iuniorum.

Refutatio

Secundo quęrunt, Vtrum ſit differentia inter demonſtrationem, & inſtantiam. Et videtur ꝙ non: quoniam vtraq; eſt ad verba: quòd vtraque ad rationem. Dicerem eſſe differentiam: quatenus demonſtratio eſt per ſe ad rationem, per accidens vero ad orationem, vt rationi ſubordinatur. Inſtare vero per ſe eſt ad verba, per accidens autem ad rationem, vt per verba ipſa ſignificatur. Tertio videtur inter ea, quæ Ariſt. dixit, contradictio. Nam Ariſto. in principio libri voluit ſuppoſitionem eſſe principium, principium autem propoſitionem immediatam, & hic vult illam eſſe demonſtrabilem. Ariſtot. reſpondet: quòd ſuppoſitio ſit indemonſtrabilis, non ſimpliciter, ſed ad illum. Hinc ſit, vt duplex ſit ſuppoſitio, ſimpliciter, & in genere. Simpliciter quidem eſt immediata propoſitio ſimpliciter, In genere vero, eſt immediata in genere.

2. dubõ.

Reſpon.

3. dubõ.

Reſpon.

Suppoſitio Duplex eſt.

Nulla autem demonſtratio ſumit fieri non poſſe vt ſimul idem affirmetur atq; negetur, niſi fuerit opus, vt hoc etiam pacto concluſio demonſtretur. Quod quidem fuerit, ſi ſumpſerimus affirmare quidem primum de medio eſſe verum, negare autem verum non eſſe.

ARGV.

Non contingere autem, idem ſimul affirmare, & negare nulla accipit demonſtratio, niſi opus ſit demonſtrare concluſionem ſic. Oſtenditur autem accipiẽtibus primum de medio quòd verum negare autem non verum.

DILVCI. Tex. ca. 16.

Cum dixiſſet, quæ differẽtia ſit inter omnia principia demonſtratiua, hic docet quomodo demonſtratio vtatur axiomate contradictionis. Et primo hoc oſtendit in recta demõſtratione, deinde in demonſtratione ducente ad impoſsibile. Verum animaduerte quòd axioma duplex eſt. alterum cõtradictionis, & hoc (vt Philoponus inquit) eſt quod diuidit verum & falſum in omnibus entibus: Alterum eſt axioma ſimplex. vt quę ſunt æqualia vni tertio, ſunt æqualia inter ſe. Docet ergo Ariſtotel. quomodo axioma contradictionis ponatur in demonſtratione. Nam, cum ſit principium demonſtrationis, videtur quòd debeant ex eo conſtare

Suſcipitur ĩ demſone primũ principium contradictionis, cum qđ de aliquo verum ſimpliciter demonſtrat. Com. 111. Cõtinuatio Axioma duplex.

demonſtrationes, propterea cogitur oſtendere, quomodo poſsit poni in demonſtratione. De illo principio ſimpliei non eſt dubitatio, quoniam recta oſtenſione ingreditur demonſtrationem hoc modo, quæ eidem æqualia, & inter ſe ſunt æqualia: A B ipſi C ſunt æquali, igitur. A & B inter ſe ſunt æqualia. Ergo dubitatio erit ſolum de axiomate cõtradictionis. Ariſtoteles ergo reſpondens duo dicit. Primum, ꝙ demonſtratio tunc accipit axioma contradictionis, quando concluſio accipit illud, ſecundum ꝙ tale principium in maiori termino accipiendum eſt, & nõ ad medium, nec ad tertium. Vnde inquit. {Non contingere autem idem ſimul affirmare & negare, quod eſt axioma cõtradictionis, nulla accipit demonſtratio, niſi opus ſit demõſtrare concluſionem ſic, hoc eſt cum axiomate contradictionis, hoc eſt primum. Deinde exponit ſecundum, & inquit. {Oſtenditur aũt accipientibus primum de medio, ꝙ verum, negare autem nõ verum, hoc eſt ſecundum. Et ſic vult, ꝙ demonſtratio tunc accipiat axioma contradictionis, cum concluſio accipit illud. Amplius, ꝙ debeat addi ad maiorẽ propoſitionem, & ad illius prædicatum. Hæc ſunt quæ propoſuit. Dixit autem, cum primum de medio eſt verum: negare autem, non verum. Quoniam (vt Philoponus exponit) de quibuſdam ſecũdum quid affirmatio & negatio vera eſt. vt de anima immortale & non immortale vera ſunt, ſaltem ſecundum quid. Anima enim ſubſtantia immortalis eſt, operationibus non immortalis. vt de elementis, ingenerabilia, & non ingenerabilia. quoniam ſecundum totalitatem quidem ingenerabilia ſunt, ſecundum partes vero, non ingenerabilia. vt de cœlo, moueri, & non moueri: non enim ſecundum totum mo- G uetur, mouetur autem ſecundum partes. Ergo tũc demonſtratio accipit axioma cõtradictionis, cum ſimpliciter affirmare eſt verum, negare autem non verum de medio ipſo. Hæc ſunt, quæ Ariſtoteles intelligit.

ARGY. *Nihil autem refert medium eſſe, atque non eſſe ſumere & tertium pari modo. Nam ſi datum eſt id de quo hominem dicere verum eſt, dabitur & id ei quo non hominẽ dicere verum eſt. Sed ſi tantum hoc totum ſumatur, hominem inquam animal. non autem non animal eſſe, erit etiam verum Calliam dicere & non Calliam animal, non autem animal.*


DI LVCI. Nihil refert ad medium uel minorẽ ſeu tertium addatur cõ tradictio. Comẽ. 113.

Medium autem, nihil differt eſſe & non eſſe accipere, ſimiliter autem & tertium. Si enim aſsignetur de aliquo homine, verum eſt dicere, & ſi non hominem, verum, niſi ſolum homo animal ſit, non animal autem non. Erit enim verum dicere Calliam ſiue non Calliam, ſimiliter H *animal, non animal autem, non.*

Quæret quiſpiam, Vtrum contradictio poſsit addi ad medium. Dictũ eſt enim ꝙ additur ad maiorem, ideo quæritur, vtrum poſsit addi ad mediũ. Et videtur ꝙ ſic, qm̃ hic eſt bonus ſyllogiſmus. Omnis homo, & quod non eſt homo, eſt animal, & non non animal: Callias eſt homo, & non non homo: Ergo Callias eſt animal, & non non animal. Iterum quæritur, vtrum poſsit addi ad minorem, & videtur ꝙ ſic. Hic.n.eſt bonus ſyllogiſmus. Oĩs homo & quod non eſt homo, eſt aĩal, & non, nõ animal: Callias, & non Callias eſt homo, & nõ, non homo. Ergo Callias, & non Callias eſt aĩal, & non nõ E aĩal. Reſpondet Ariſt. ad hæc, & primo ad primum, ꝙ licet ad medium poſsit addi, tñ non eſt neceſſarium addi, qm̃ cum illa additione, & ſine illa ſemper concluſio ſequitur, vt prius, videlicet ꝙ Callias ſit aĩal, & non non aĩal: Ad ſecundum iterum concedit, ꝙ ad minorem addi poſsit contradictio, ſed ad concludendum concluſionem prædictam nulla videtur neceſsitas. Qm̃ tam cum illa additione, q̃ ſine, ſemper ſequitur ꝙ Callias ſit aĩal, & non non aĩal Nam ſi ſequitur ꝙ Callias, & quod non Callias ſit, aĩal, & non non aĩal, ſequitur ꝙ Callias ſit aĩal, & non non aĩal. Vñ inquit. {Medium aũt nihil differt eſſe, & non eſſe accipere quãtum ad illam conditionem. Qm̃ tm̃ illa additione, q̃ ſine, ſequitur, ꝙ Callias ſit aĩal, & nõ non aĩal: hæc ad primam dubitationem. Deinde ſoluit ſecundam, & inquit {Similiter autem & tertium, ſubaudi nihil differt eſſe, & non eſſe ſumere quo ad cõcluſionem inferendam (vt Alexander expoſuit) exponit primam ſolum, & inquit. {Nam, ſi contradictio accipitur de aliquo hominum, hoc eſt ſi contradictio addatur ad medium, verum eſt dicere, videlicet ꝙ Callias ſit aĩal, & non non aĩal. Et ſi non hominem aſsignetur, ita vt ſine contradictione ſumatur mediũ, etiã verum eſt, ꝙ Callias ſit animal, & non non animal. Quare ſiue addatur ſiue non addatur ad medium contradictio, nihil refert ad conditionem. Niſi (vt inquit) Solum homo animal ſit, nõ animal aũt nõ. Tunc.n. quia termini conuertuntur, non põt prædicatum de medio prędicari cum contradictione. vt dato ꝙ nihil ſit aĩal niſi homo, hæc erit falſa, omnis homo, & non homo eſt animal: quia tantum homo eſt animal: Deinde exponit ſolutionem ſecundam, & lege ſic. {Similiter autẽ & tertium non differt eſſe, & non eſſe ſumere, quantum ad conditionem ſyllogiſmi, vt exponit Alexander. Qm̃ erit verum dicere Calliam, ſiue non Calliam eſſe animal, non animal autem, non. & ſi ſic, tunc verum erit dicere Calliam eſſe aĩal, & non animal. Si enim Callias & non Callias eſt animal, & non non animal, ergo Callias eſt animal, & non non animal. Quare (vt Alexander inquit) fruſtra additur hæc contradictio ad tertium terminum.

Aĩal & nõ non aĩal. Homo & qđ eſt non homo Callias

Aĩal & non nõ. Animal | Homo & quod eſt non homo | Callias & quod eſt non Callias



Syllogiſmi qui cõtradictionis principio vel ad mediũ vel ad minorẽ propõnuntur.

Cauſa aũt eſt, quia primũ non ſolũ de medio ſed etiã de alio dicitur, propterea quòd ad plura ſeſe extẽdit. Quare nihil ad concluſionem refert, & ſi mediũ & ipſum eſt. ARGY.

Cauſa autem, quoniam primum non ſolum de medio dicitur ſed etiam de alio, propter id quod eſt in pluribus. Quare, ſi medium & ipſum eſt, quòd non ipſum, ad concluſionem nihil differt. DI LVCI.

Com. 113.

Cum accepiſſet, quod addere contradictionem ad medium, nihil referat ad ſyllogiſmum inferentem dictam concluſionem, hic aſsignat cauſam, & inquit {Cauſa autem, ſubaudi, cur additio contradictonis ad medium nihil refert, eſt qm̃ primum non ſolum de medio dicitur, ſed etiam de alio, à medio. Propter id quod primum eſt in pluribus, quam ſit medium: & ideo animal dicitur, tam de homine quam de non homine. Quare, vt inquit, } Si medium, & ipſum eſt, & non ipſum { hoc eſt, quare ſi medium ſumatur cum contradictione, ad concluſionem ſyllogiſmi, nihil differt: qm̃ etiam ſine illa ſequitur quod Callias ſit animal, & nõ non animal. Hæc eadem cauſa eſſe poteſt, quod nec ad minorem addi debeat. Ex his patet, quod in demonſtratione recta axioma contradictionis addi poteſt, qñ concluſio accipitur cum illo. Non tñ in omni propoſitione, ſed ſolum in maiori propoſitione, ex parte prædicati, vt expoſuerunt Alex. & Philo. Quærunt vtrum ſemper prædicato maioris debeat addi contradictio. Egidius aſſerit, quod ſolum tunc contradictio debet addi prædicato maioris, cũ primum ſit in plus quam medium, & medium in plus quam tertium. Iuniores contra obijciunt. Primo, qm̃ poſito q̃ Callias ſit oẽ animal, tunc antecedẽs eſt verum, & conſequens falſum. Secundo, qm̃ dato quod tñ Callias ſit animal, adhuc animal eſſet quid communius Callia, veluti communius eſt inſtans, quàm hoc inſtans: & fenix quam hæc fenix. ſed nos dicimus cum Alexandro, Philo, & Egidio, quo tunc contradictio prædicato maioris addenda eſt, cum primum, medium, & tertium non fuerint conuertibilia. Medio enim fruſtra adderetur, quoniam nec medium, nec aliquid, quod cum medio ſe tenet, concluſionem ingreditur. Iterum tertio fruſtra additur, qm̃ cum ſit in minus quam primum, primum de ipſo prædicabitur tam abſolute, quam cum contradictione ipſi tertio addita. Quare ſolum prædicato maioris, quod eſt primum, vniuerſali et addenda eſt. Quæ vero Iuniores obijciunt, non cogunt, qm̃ ſi Callias ſit omne animal, termini nõ eſſent ſubordinati. Præterea dato quod Callias ſit tñ animal ratione animal eſſet communis, non autem re: quinimmo re conuerterentur.

Dubiũ primum. Rñ. Egidij.

Iuniores cõtra Egid. Solo ppria cum Egidio &c.

Ad argumentum. Iuniorum.

Dubium ſecundum.

Solutio.

Secundo dubitant, quia fruſtra videtur axioma cõtradictionis debere addi in aliqua demonſtratione, qm̃ ſi habetur quod Callias ſit animal, habebitur, quod Callias ſit animal, & non animal. Dicendum, tales demonſtrationes inuentas eſſe propter veterum ignorãtiam, qui contradictoria concedebant. Plures enim veterum aſſerebant mundum eſſe finitum, & non finitum. Propterea contra hos argumentamur. De nullo corpore ſimul finitudo poteſt affirmari, & negari: mundus eſt corpus: igitur non eſt finitus, & non finitus. Quæ igitur fuerit neceſſaria talium demonſtrationum, ex hiſce patet.

ARGY.

Hoc autem, omne, inquam, affirmandum aut negandũ eſſe ea demonſtratio ſumit, qua deducitur ad id quod fieri nequit. nec tamen ſemper vniuerſaliter, ſed quod ſatis eſt generi, circa quod genus demonſtrationes afferuntur, ſicut & prius eſt dictum.

DILVCI.

Omne autem affirmare, aut negare, demonſtratio, quę eſt ad impoſsibile accipit. Et hæc non ſemper vniuerſaliter, ſed quantum ſufficiens eſt. Sufficiens autem eſt in genere. dico autem in genere, vt circa quod genus demonſtrationes fert, ſicut dictum eſt prius.


Vtitur primo principio ſciæ ſpeciales ipſũ contrahendo ad ſubm genus.

Com. 114.

Cum dixiſſet quo pacto in recta demonſtratione, atque oſtenſiua vtimur axiomate contradictionis, & quando nunc dicit quod etiam in demonſtratione ducente ad impoſsibile vtimur illo. Et hoc proponit, & inquit. {Omne autem affirmare, aut negare, demonſtratio, quæ eſt ad impoſsibile accipit. Quo vero ad verba attinet. Verbum illud autem, non aduerſatiue, ſed coniunctiue tenetur. Propterea, quaſi dicat, præterea demonſtratio, quæ eſt ad impoſsibile, ſumit illud axioma, quod eſt, omne aut eſt affirmare, aut negare. Sed quomodo illud ſumat, nec Alexander, nec Philo. exponit. Quare Animaduertendum, quod demonſtratio quę ducit ad impoſsibile eſt tres proceſſus. Verbi cauſa, ſit demonſtratio hoc, Omne natans eſt homo: Piſcis oĩs natat: Piſcis omnis eſt homo.

Verborum expoſitio.

Demrõ ad impoſſe tres habet proceſſus.



Hic eſt primus proceſſus, & ſyllogiſticus. Secundo vero, hoc pacto. Concluſio, hæc, videlicet omnis piſcis eſt homo, eſt impoſsibilis: & non per ſuam naturam: ergo propter propoſitiones: non propter minorem ſed propter maiorem: ergo maior eſt impoſsibilis. Hic eſt ſecundus proceſſus. Tertius vero erit, maior eſt falſa: igitur ſua contradictoria eſt vera, quia duorum contradictoriorum ſi vnum eſt verum; alterum eſt falſum. Ecce quo modo demonſtratio hæc ſumit axioma contradictionis in tertio proceſſu. Vtrum vero demonſtratio ducens ad impoſsibile ſit duo ſyllogiſmi, an tres, in ſecundo Priorum viſum eſt. Et, cum dixiſſet, quod demonſtratio ad impoſsibile axioma contradictionis accipiat exponit quomodo ipſum accipiat, & inquit {Et hæc, ſ. demonſtratio, quæ ducit ad impoſsibile, non vniuerſaliter, hoc eſt ſecundum tranſcendentiam accipit, ſed quantum ſufficiens eſt. Quia vero duplex eſt ſufficiens, ſimpliciter, & in genere, exponit quomodo ſufficiens, & inquit } Sufficiens autem in genere, nõ autem ſimpliciter. Et quia genus duplex eſt, videlicet genus ſcientiæ, & genus prædicamenti, exponit quomodo in genere, & inquit } Dico autem in genere, vt circa quod genus demonſtraret, demonſtrationes fert: quod eſt genus ſcientię. Vt puta, geometra quidem (vt Philo. exponit) in magnitudinibus, Arithmeticus autem in numeris, & reliqui etiam in proprijs ſubiectis. Solus autem primus Philoſophus, & dialecticus vti poſſunt ipſo, & vt communi, & vt diſcurrentes per omnia entia, & non entia. Dubitant neoterici, quoniam demonſtratio animali in communi, hæc eſt vera, Animal eſt homo, & illa ſimiliter animal eſt nõ homo. Ad hoc reſpondent, quòd duo contradictoria poſſunt eſſe vera ſimul de

Tres ſunt pceſſus demonſtrationis ad impoſsibile.

Duplex ſufficiens.

Genus duplex.

Dubitatio neotericorum.

Reſponſio.

Cõfutatio.

de eodem genere, vel ſpecie, non tñ eodem de nu- mero. Sed pace horum dixerim, hæ logicam non ſapiunt. Primo, qm̃ hæ non ſunt contradictoriæ. Animal eſt homo, Animal eſt non homo. quoniam vtraque eſt affirmatiua, vt patet Primo priorum, & Secundo de Interpretatione. Prima quidem de prædicato finito, ſecunda vero de prædicato infinito. Secundo etiam, qm̃ nec hæ ſunt contradictoriæ, Animal eſt homo, Animal non eſt homo. Vtraque eſt indefinita. Dicamus ergo, quod propoſitiones contradictoriæ nunquam poſſunt eſſe ſimul veræ, nec ſimul falſæ, ſed ſemper neceſſario, ſi altera ſit vera, altera eſt falſa. Qm̃ (vt Philop. inquit) ens & non ens diuidunt quodlibet. Argumentum vero quod adducebatur ad oppoſitum, ſupponit falſum, vt intelligenti patet.

Capi. viii. Capi. pri.

Proprie. rũ Lex cõtradictoriarũ.

ARGY. *Conueniunt autem inter ſeſe ſcientiæ omnes in hiſce, quæ communia ſunt, non in hiſce de quibus demonſtrant nec in his etiam quæ demonſtrant. Communia autem eo dico, quibus ſic vtuntur, vt ex ipſis demonſtrant.*

DILVCI. Text. c. 27. Sciæ oẽs cõmunicãt in cõiſsimis principijs, differũt aũt in ſubo de quo, & ſdicato, qđ de aliquo demonſtrant. Com. 115.

Communicant autem omnes ſcientiæ adinuicem ſecundum communia, Communia autem dico quibus vtuntur tanquam ex eis demonſtrantes, non autem de quibus demonſtrant, neque quod demonſtrant.

Cum dixiſſet, quòd axiomatum alia quidem cõmuniſsima ſunt, quæ in oĩ ſcientia quadrant, Alia vero, quæ quadrant in pluribus, Alia autẽ quæ quadrant in vna: nunc dicit, quòd ſecundum communiſsima axiomata omnes ſcientiæ communicant. Nam ſecundum ea, quæ dantur, hoc eſt ſecundum conceſſa, & ſecundum ea, quæ quæruntur, nulla ſciẽtia communicat cum altera, niſi eſſent ſubalternæ (vt Phi. exponit) Vnde inquit. ❡ Communicant autem omnes ſcientiæ adinuicem ſecundum communia hoc eſt, ſecundum communiſsima axiomata. Vtputa, in illo, non contingit idem ſimul affirmare, & negare. Et hoc exponit, & inquit: ❡ Communia autem dico, quibus vtuntur tanquam ex eis demõſtrantes, hoc eſt communia dico axiomata contra dictionis, ex quibus conſtant demonſtrationes, & oſtenſiuæ, & ducẽtes ad impoſsibile ſecundum modum prius expoſitum, non autem communicant his, de quibus demonſtrant, hoc eſt in his, quæ dantur atque conceduntur. Neque communicant in eo, quod demonſtrant, hoc eſt in ipſo quæſito. Nam (Vt Philo. inquit) tria ſunt in omni demonſtratione, propoſitiones: & conceſſa, & quæſita: & propoſitiones triplices ſunt communiſsimæ, quæ omnibus ſcientijs quadrant, quæ pluribus, & quæ vni ſolum. Omnes ergo ſcientiæ communicant in propoſitionibus, non quidem omnibus, ſed communiſsimis. Differunt aũt in conceſsis, & quæſitis, quatenus hæc non poſſunt eſſe niſi propria, & in diuerſis ſcientis diuerſa. Niſi vt Philo. inquit ſcientiæ eſſent ſubalternæ: nam in talibus ſubiecta ſubalterna ſunt etiam.

In oĩ demõſtratione tria ſunt, Propoſitio cõceſſũ, & quæſitum.

ARGY. *Differendi quoque facultas cum omnibus conuenit, & ſi qua vltra ipſa communia oſtendere nitatur, velut omne quoduis affirmetur aut negetur oportet, vel ab æqualibus, demptis æqualibus æqualia ſunt ea quæ reſtant, vel talium aliqua. Atque ipſa diſſerendi facultas non eſt ſic deffinitorum quorundam, neque generis cuiuſdam: non enim interrogaret. Demonſtrati nanque, non licet interrogare, propterea quod ex oppoſitis non oſtenditur idem*

Hoc autem demonſtrandum eſt in hiſce, quæ de ratiocinatione ſunt pertractata.

DILVCI. Dialectica eſt cõis ſcia neq; determinati ac certi generis eſt.

Et dialectica quidem de omnibus, & ſi aliqua vniuerſaliter tentet demonſtrare communia, vt quod eſſe affirmare omne, aut negare, aut quod eſt, æqualia ab æqualibus demere, aut talium quædam. Verum dialectica non eſt definitorum ſic quorundam, neque generis alicuius vnius non enim interrogaret. Demonſtrantem enim non eſt interrogare, propter id quod oppoſitorum eſſe non demonſtrat idem. Oſtenſum eſt autem, hoc in his, quæ de ſyllogiſmo.

Cum dixiſſet, quòd omnes ſcientiæ vtuntur communibus, quamuis ante omnia, & dialectica, & Prima Philoſophia, nunc diſcernit Dialecticam, & ab alijs omnibus, & à Prima Philoſophia. ab alijs quidem omnibus, qm̃ vnaquæque aliarum circa vnum aliquod genus verſatur, hæc autem circa omnia, & de omnibus eſt. à Prima vero Philoſophia differt, ſicut à cæteris ſcientijs, qm̃ dialectica quidẽ interrogat conditionem: vt ex datis ab ipſo ſyllogizet ſuum propoſitum, ſcientiæ vero aliæ, atque ipſa Metaphyſica, cũ demonſtrant, non interrogant, quoniam demonſtrant ex neceſſarijs. & ex his, quæ per ſe, & ſecundum ꝙ ipſum, vt dictum eſt. hoc autem Secundo Priorum Analyticorum oſtẽſum eſt. Vnde inquit: ❡ Et Dialectica quidem eſt de omnibus entibus, & ſi aliqua vltra tenet demonſtrare cõmunia, eſt de omnibus: hoc eſt & Dialectica & Metaphyſica ſunt de omnibus. & dixit ❡ Et ſi aliqua vniuerſaliter tentet demonſtrare communia: qm̃ (vt Philoponus exponit) Metaphyſica tentat demonſtrare illud axioma, omne autem affirmare, aut negare. & illud, æqualia ab æqualibus demere: & quædam alia id genus, vt patet Quarto Metaphyſi. contra eos, qui negant comprehenſibilitatem, & dicunt nihil ſciri. Quo vero modo Metaphyſicus, & Dialecticus, hæc axiomata probent, Philoponus exponit, & Quarto Metaphyſi. patet Et hoc Ariſ. ſubſcribit, & inquit. ❡ Et ſi aliqua alia tẽtet demonſtrare cõia, ſcilicet axiomata, vt illud, videlicet oẽ eſt affirmare, aut negare: aut illud, æqualia ab æqualibus demere, aut talium quædã, de quibus quarto Metaphyſi. Quælibet enim talis cõmunis ſcientia eſt de omnibus entibus. Et per hęc patet quomodo dialectica differat à ſcientijs cæteris: & quomodo cum metaphyſica conueniat. Deinde ſimul exponit quomodo differat à Metaphyſica, & ab alijs ſcientijs, & ſupponit, quòd Dialectica interrogat, vt libro de ſyllogiſmo dictum eſt, tunc aſsignans differentiam, inquit. ❡ Verum dialectica non eſt definitorum ſic quorundam, neque generis alicuius vnius. Vt enim T hemiſtius inquit. Dialectica genus certum non habet, in quo verſetur, non lineas, non numeros, non proportiones, Et aſsignat cauſam, quoniam, ſi genus certum haberet, nõ interrogaret. ſi enim Dialectica certum genus haberet, vteretur his, quæ per ſe inſunt, quæque ab omnibus conceduntur. Bene ergo dictum eſt, quod Dialectica certum genus non habet, & per hoc differt à cæteris ſcientijs: & quia ſuppoſuit, quòd dialectica non ſit certi generis, & hoc probauit, quia aliter non interrogaret, probat hoc quod dixit, & inquit. ❡ Demonſtrantem enim non eſt interrogare, hoc eſt dialectica non eſt certi generis, quia demonſtraret: vteretur enim his

Com. 116.

T. c. 28. & 96

Prio prior. cap. primo.

his, quæ ſunt per ſe. & ſi demonſtraret, non interro A
garet. Demonſtrantem enim non eſt interrogare,
propter id, quod non demonſtrat idem eſſe oppo
ſitorum. Nam (vt Themiſtius inqnit) impoſsibile
eſt de eodem probari contraria, cum demonſtra-
tio non ſit niſi ex his, quę per ſe inſunt, qua non poſ
ſunt demonſtrare contraria. Sed qm̃ hæc ſatis abun
de expoſita ſunt in libro de ſyllogiſmo. ideo inquit
{Oſtēſum eſt autem hoc in his, quæ de ſyllogimo,
Ex quibus latenter innuit differentiam Dialecticæ
à Metaphyſica. Q m̃ Dialectica interrogat, Meta-
phyſica non, cum Metaphyſica ſyllogizet ex his,
quæ ſunt per ſe, Dialectica ex his, quę videntur reſ-
Verborum expoſitio. pondenti, vt ex probabilibus. Quo vero ad verba
attinet. Phi. animaduertit verbum, illud enim cum
inquit, demonſtrantem enim non eſt & reliqua: &
vult quod non referatur ad proxime dicta, ſed ad B
vnum quod debit ſubaudiri hoc pacto, verum Dia-
lectica non eſt definitorum ſic quorundam, neque
generis alicuius vnius, ſicut ſubaudi ſunt ſcientię cę
teræ particulares. Et quod cæteræ particulares ſciē
tiæ ſint definitorum qnorūdam, & vniuſcuiuſdam
generis, aſsignat cauſam, & inquit. {Demonſtran-
tem enim non eſt interrogare, propter id quod op
poſitorum eſſe non demonſtrant idem. Ergo ſcien
tiæ particulares ſunt definitorum quorundam, &
vnius certi generis: ecce quomodo verbū enim red
dit cauſam eius, quod ſubintelligitur. Aliter au-
tem exponi poteſt, vt fuit per nos expoſitum, ſed
Alia verborum expó. non curo. Alij autem intelligunt ſic, Verum Diale
ctica non eſt definirotū ſic quorundam, & hoc quo
ad accidentia, que quæruntur: neq; generis alicuius
vnius, & hoc, quo ad datum, ſeu conceſſum. Et aſ-
ſignat cauſam, & inquit {Non enim interrogare. C
Scientia enim quæ verſatur, circà propria quæſita,
& de certo ſubiecto, non interrogat, qm̃ agit ex
his, quæ per ſe ſunt. hęc de differentia ab alijs ſcien
tijs. De differentia vero à Metaphyſica, ita inquit
{Demonſtrantenm vero, hoc eſt Metaphyſicum
autem, non eſt interrogare, propter id quod non
demonſtrat idem eſſe oppoſitorum. Et ſic habe-
tur differentia Dialecticæ à Metaphyſica. Verum
iſti in eorum libris habent autem, & non enim. Et
Dubitatio. An Dialectica ſit certi generis. propterea legunt aduerſatiue. Sed quærunt Neo
terici, Verum dialectica ſit certi generis: Et vide-
Rñ Arabū tur quod ſic, quia eſt de ſyllogiſmo, & de his, quæ il
li inſunt per ſe. Modo ſyllogiſmus eſt res anima-
ſtica, cum ſit tertia operatio animæ, quę eſt diſcur-
Obiectio. ſus. Ergo dialectica eſt certi generis. Reſpondent
Arabes (vt Auicen, Algazeles, & Alpharabius) q̃ D
dialectica, vt vtens, nullius certi generis eſt, vt do-
cens eſt de ſyllogiſmo, & de certo genere. Sed di-
ces, ſi Dialectica vt vtens. eſſet certi generis, & de
certo genere, tunc dialectia eſſet particularis ſcien
tia. & quæritur an naturalis, an mathematica, an me
taphyſica. Probabiliter dicerem, quod dialectica
quatenus docet ſyllogiſmum, & quæ de ſyllogiſmo
quærūtur, eſt animaſtica. quoniam ſyllogiſmus eſt
operatio animæ, de qua agitur Tertio de Anima.
Et licet ſcientia hæc, quæ de ſyllogimo eſt, dicatur
animaſtica, tamen ſecundum vulgarem appellatio-
nem dialectica dicitur. Sed reuera animaſtica eſt.
Hæc volui probabiliter eſſe dicta quoniam veritas
alias dilucidabitur.

Quod ſi eadem eſt interrogatio ratiocinatiua & pro- ARGV.
poſitio contradictionis, ſunt autem in vnaquaque ſcien-
tia propſitiones ex quibus vniuſcuiuſque propria conficî-
tur ratiocinatio, erunt porro quædam interrogationes ad
ſingulas ſcientias attinentes, ex quibus ſit cuiuſque pro-
pria ratiocinatio.

Si autem idem eſt interrogatio ſyllogiſtica & propo- DILVCI.
ſitio contradictionis. Propoſitiones autem ſunt ſecundum Propriæ ſūt
vnamquanque ſcientiam, ex quibus eſt ſyllogiſmus ſecun ſingularū
dum vnamquanque. Erunt vtique aliquæ interrogationes ſcientiarū
ſcientificæ ex quibus, qui eſt ſecundum vnamquanq; pro interrogationes & reſpōſiones.
prius ſit ſyllogiſmus Com. 117.

Philoponus vult, quòd Ariſto. velit demonſtra- Phil. expo.
re hic, quod non omnem interrogationem inter- Themiſt.
rogabit vnaquæque particularium ſciētiarum, ſed
ſolum quæ interrogat proprie vnaquæque ſcientia
vtputa geometra, geometrica, arithmeticus, arith
metica: neque quod ad omnem interrogationem
reſpondere debeat ſed ſolum ad quæcunque inter-
rogantur in vnaquaque ſcientia. Themiſtius autem
(vt mihi videtur) vult quod Ariſtote. velit oſten-
dere qnod quælibet ſcientia particularis proprias
habeat & interrogationes, & concluſiones, & reſ-
ponſiones, ſed vnde ad hoc deuenerit, Themiſtius
velle videtur Ariſtot. ad hoc deueniſſe, vt perſol-
uat, an qui demonſtrat, poſsit interrogare, & an
interrogatio ſcientiam pariat. Nam proxime di-
xit, quod non: quia ſcientię particulares circa idem
per oppoſita non verſantur. Solnit itaqne Ariſtot.
(vt Themiſtius innuit) quod interrogationes erūt
propriæ proprijs ſcientijs, & aliarum ſcientiarum
aliæ. Et ſyllogiʒat hoc modo. Propoſitiones con- Syllogiſ. text.
tradictionis propriarum ſcientiarum ſunt propriæ
& aliarum ſcientiarum aliæ: Interrogationes ſyllo-
giſticæ ſunt propoſitiones contradictionis: ergo in
terrogationes ſyllogiſticæ ſunt propriarum ſcien-
tiarum propriæ, & aliarum ſcientiarum aliæ. De ſyl
logiſmo ponit primo minorem, & inquit. {Si au-
tem idem eſt interrogatio ſyllogiſtica, & propoſi-
tio contradictionis. hæc eſt minor. Deinde accepit
maiorem, & inquit: {Propoſitiones, ſcilicet contra-
dictionis ſunt ſecundum vnamquamque ſcientiam
ex quibus eſt ſyllogiſmus ſecundum vnamquamq;
hæc eſt maior. Ex his infert concluſionem, & in-
quit: {Erunt vtiqne aliqnæ interrogationes ſcienti
ficę, ex quibus ſit ſyllogiſmns, qni eſt ſecūdnm vnā-
quamq; proprius Hæc eſt concluſio. Sed quo ad
verba attinet. Quæritur qnid per interrogatio- Verborum expoſitio.
nem ſyllogiſticam intelligit. Præterea quid per in Dubitationes text. & prim Scda
terrogationem. an propoſitionem. an concluſio- Tertio.
nem. Et ſi propoſitionem, an propoſitionem, pro
vtraque parte probabilem, & ſic non erit ſcienti-
fica, ſed dialectica. Aut propoſitionem alterins par
tis contradictionis: & ſic interrogatio non erit pro
poſitio hoc modo. Secundo dubitatur quoniam Aliæ dubitationes.
demonſtratiua ſcientia non videtur interrogare, Prima
quoniam enunciat, & non interrogat. Præterea in Secunda
terrogatio vt ſic non eſt pars ſyllogiſmi, quoniam Tertia.
nulla propoſitio eſt pars ſyllogiſmi, quæ componi
nitur ex nota interrogationis. Inſuper nullum du-
biū eſt pars demonſtrationis: at interrogatio pro-
poſitio dubia eſt. Ad has dubitationes per ordinē Solutiones
reſpondendum eſt, & ad primam Philopo. ſolutio- Ad primā
nem innuit, & intelligit per ſyllogiſticum idem q̃
dia-

dialecticum. Vnde interrogatio ſyllogiſtica & interrogatio dialectica idem ſunt. Et tunc verba Ariſto. legenda ſunt cōparatiue hoc modo. Si autem idem eſt interrogatio dialectica, & propoſitio contradictionis: ita ſubaudi, idem eſt interrogatio ſciētifica, & propoſitio contradictionis. Tunc reliqua

Ad ſcdam.

legantur (vt prius. Et cum quæritur, quid per interrogationem intelligat.) Dicendum, quod interrogare poſſumus aut in materia neceſſaria, aut in materia probabili, aut in materia impoſsibili, apparenti tñ. Si interrogatio fiat in materia impoſsibili, apparenti tñ, ſic interrogatio eſt ſophiſtica. Si in materia neceſſaria, & per ſe, vel interrogamus de propoſitione, & ſic eſt petitio, vel ſuppoſitio: vel de concluſione, & ſic eſt quæſtio. At ſi interrogamus in materia dialectica, vel de propoſitione & ſic eſt propoſitio dialectica, vel concluſione, & ſic eſt problema. Simili ratione, cū interrogamus in materia ſophiſtica, atque apparenti, aut interrogamus de propoſitione, & ſic eſt propoſitio ſophiſtica, vel de concluſione, & ſic eſt ſophiſma. Secundum tñ Philopo. Ariſt. per interrogationem, propoſitione intelligit, & non quæſtionem, quæ erit concluſio. Et per propoſitionem contradictionis intelligit propoſitionem, quæ eſt altera pars con-

Ad tertiã. Solutiones aliarum dubitationū. Ad primã Ad ſcdam.

tradictionis, quæ vera eſt, & neceſſaria, vt Philo. exponit. Et cum dicitur, quod tunc non erit interrogatio. Dicendum, quod non erit interrogatio ad conſenſum reſpondentis, captãdum, ſed vt ſentiat diſcipulus, quæ præceptor dicit. Per idem concedo quod demonſtratiua ſcientia non interrogat de conſenſu, vt ex illo ſyllogizet, ſed ad aſſenſum,

Ad tertiam.

vt ex illo diſcat diſcipulus. Præterea per idem concedo quod interrogatio, quæ eſt propoſitio compoſita ex nota interrogationis non eſt pars ſyllogiſmi ſed pro altera contradictionis parte ſumpta eſt ſyllogiſmi pars. Inſuper concedo quod nullum dubium, quod pēdet probabilibus rationibus pro vtraque parte probantibus eſt pars demonſtrationis, ſed dubiam, cuius dubietas pendet ex ignorantia terminorum, poteſt eſſe ſyllogiſmi & demonſtrationis pars. hæc pro Ariſt. defenſione.

ARGV.

Patet ergo non omnem interrogationem geometricam eſſe, nec ad medendi artem omnem accommodari, & pari modo de cæteris. Sed aut ea ex quibus aliquid oſtenditur, de quibus eſt ipſa Geometria, aut ea quæ ex eidem demonſtrantur, ex quibus Geometria demonſtrat, qualia ſunt Perſpectiua. Idem eſt & in cæteris intelligendum.

DILVCI. Interrogationes geometriæ ſūt ex his quæ ſunt Geometriæ, vl ex his, quæ illi ſubalterna ſunt. Com. 118.

Manifeſtum itaque quod non omnis interrogatio geometrica erit neque medicinalis, ſimiliter autem et in alijs. Sed ex quibus aut demonſtratur aliquid, de quibus Geometria eſt, aut quod ex eiſdem demonſtratur Geometriæ, vt viſibilia, ſimiliter autem & in alijs.

H

Cum declaraſſet, particulares ſciētias proprias & particulares habere interrogationes, nunc declarat quod nec omnis interrogatio geometrica eſt, nec omnis medicinalis, & inquit: Manifeſtum itaque, quod non omnis interrogatio geometrica erit, neque omnis interrogatio erit medicinalis. Et vt dico de geometria, & Medicina, ſimiliter autem & in alijs dicendum eſt facultatibus. Exponit autem, quæ interrogatio geometrica eſt: & vult, quod ea ſit geomtrica interrogatio, quæ vel eſt propoſitio geometrica, è qua aliquid immediate in ipſa Geometria demonſtratur, vel è qua deſcendimus ad ſubalternas ſcientias, quæ pro principia geometrica habentur, vt de Perſpectiua dicit. Vnde inquit, Sed interrogationes geometricæ eæ ſunt, ex quibus demonſtratur aliquid de numero eorum, de quibus Geometria eſt. Vt propoſitiones, ex quibus demonſtratur, quod ſuper datam lineam contingit triangulum æquilaterum collocare. Siquis autem interrogaret, an circulus ſit linea pulchrior recta, nō tenetur geometra (vt Phi. inquit) reſpondere. Aut interrogatio geometrica eſt id, quod demonſtratur ex eiſdem ipſi geometriæ. Vt propoſitiones viſibiles, ac perſpectiuæ, quæ demonſtrantur ex geometricis principijs, ſunt propoſitiones ad Theoremata perſpectiua. Ergo geometrica interrogatio vel eſt propoſitio, per quam demonſtratur concluſio geometrica, vel eſt

F

concluſio geometrica, & propoſitio per quam demonſtratur concluſio perſpectiua. Ex quibus velle videtur Ariſt. ꝙ vnamet propoſitio ſit concluſio, & interrogatio: vt concluſio in Geometria, pro quanto demonſtratur ex eis, quæ ſunt eadem ipſi Geometriæ, & interrogatio reſpectu concluſionis Perſpectiuæ, quæ per illam demonſtratur. Vnde quemadmodum problema eſt id quod ſyllogizat dialecticus, ita quæſtio eſt id, quod demonſtrat ſciētificus. Et vt propoſitio dialectica eſt interrogatio qua problema ſyllogizatur, ſic petitio eſt erotema hoc eſt interrogatio, qua demonſtratur quæſtio. Hinc ſit, vt vnamet propoſitio poſsit eſt in ſubalternantur quæſtio: & in ſubalterna petitio, ſiue interrogatio. Ex his patet error Iuniorum, qui credi-

Error Iuniorum.

derunt ſcientificum ſolum de concluſione interro-

G

gare, nō autem de principijs, dialecticum vero de vtriſque. Nam, ſi ipſi per interrogationem velint proprie dubitabilem propoſitionem, per diſputationem determinabilem, ſic ſcientificus nec de cōcluſionibus, nec de principijs interrogat. Si autē velint per interrogationem demonſtratiuam propoſitionem, ſic de principijs dumtaxat interrogationes fiunt. Ariſtote. enim voluit hic per Erotema propoſitionem petitoriam aut in eadem, aut in ſuperiori ſcientia determinabilem. Quam expoſitionem Philo. approbauit

ARGV.

Atq; de his ipſis reddenda quoque ratio eſt ex geometricis principijs, concluſionibusne, ſed de principijs non eſt reddenda ratio geometra vt eſt profeſſor geometriæ. Eadem ſunt & in cæteris ſcientijs obſeruanda.

DILVCI.

Et de his quidem, & ratio ſubhabenda eſt ex geometricis principijs, & concluſionibus. De principijs aūt ratio, non ſubhabenda eſt geometræ (vt geometra eſt).

Com. 119.

Cum dixiſſet, quod duplex eſt geometrica interrogatio, aut per quam demōſtratur aliquod Theorema geometricum, aut per quam demonſtratur aliquod Theorema perſpectiuum, Nunc aſsignat inter hæc differentiam, & vult, quod de interrogatione, per q̄ demonſtratur Theorema perſpectiuū, ſubhabenda eſt ratio ex geometricis principijs. Nā vt diximus, ꝗ eſt interrogatio perſpectiua, eſt concluſio geometriæ. At de principijs, quę ſunt interrogationes geometricæ, quibus demonſtrantur concluſiones geometricæ, non eſt ſubhabenda ratio geometræ, quatenus geometra eſt. Hæc enim eſt geometrica interrogatio, continuum eſt diui-

ſibi-

ſibile in infinitum : at huius non geometra rationem aſsignat, quatenus Geometra, ſed quatenus Phyſicus. Vnde inquit. } Et de ijs, quidem, ſcilicet interrogationibus, quę ſunt propoſitiones ad perſpectiua Theoremata, & ratio ſubhabenda eſt ex geometricis principijs, & ex geometricis concluſionibus. nã interrogatio perſpectiua eſt cõcluſio geometriæ. De principijs autem geometricis, quæ ſunt interrogationes geometricæ, quibus demonſtrantur concluſiones geometricæ, ratio non ſubhabēda eſt geometre vt geometra eſt, ſed alterius ſuperioris, vel ex ſenſibus. Verum (vt Philoponus inquit) Oportet ſcientes ſcire, quæ ſunt proximæ ſcientiæ ſuper vnamquanque ſcientiam, vtputa muſicum quæ arithmeticus. Illius enim Theorematibus vtitur. Et mechanicum, quæ geometricæ: pari autem pacto & perſpectiuum. Ex Theorematibus enim ſcientiæ ſuperpoſitæ demonſtrantur ea, quæ ſunt vniuſcuiuſque ſuppoſitæ, atque ſubiectæ ſcientiæ. Si igitur ſciens debet eſſe muſicus, debet ſcire ea, quæ in arithmetica probantur. pari autem modo & perſpectiuus & mechanicus, quæ ſunt geometriæ. De principijs autem ſuiſmet, vt inquit, nulla ſcientia rationem habebit. Geometra enim nullam rationē habet de proprijs principijs, nec alius quiuis Sed ſunt aut ſenſu perſpicua, aut ex terminis euidentia, hęc ex Philopono.

Philopo.

ARGY.

Nec igitur artificem quemque quauis percontari, nec ad quamuis interrogationem de ſingulis reſpondere oportet, ſed ea tantum qua in ſcientia ſua determinata.

DILVCI.

Neq; igitur oẽm eſt vnuſquiſq; ſciens interrogandus interrogationem, neq; ad oẽ interrogatum eſt de vnoquoq; reſpondendũ, ſed q̃ ſunt ſecundũ ſciẽtiã determinata ſunt.

Com. 120. Verba. te. duplicē habent expō. nē. Prima.

Hæc verba poſſunt dupliciter intelligi, vno modo vt Ariſto. velit per hæc ſoluere quandam dubitationem, qm̃ poſſet dici, quod interrogationes geometriæ demonſtrari poſſunt, qm̃ concluſio primæ demonſtrationis eſt ſuppoſitio ſeu petitio ſecundæ demonſtrationis: igitur poteſt eſſe interrogatio. Et ſic geometra poteſt habere rationem ſaltem de aliquibus ſuis interrogationibus. Reſpondet ergo Ariſ. ſecundum hanc expoſitionem, & inquit. { Neque igitur omnem interrogationem eſt: hoc eſt oportet vnumquemque ſcientem interrogandum: hoc eſt, neque igitur oportet vnumquenque ſcientem interrogare omnem interrogationem. Neque ſecundum omne interrogatum, eſt de vnoquoque reſpondendum. quia eſt deuenire ad primas petitiones, quæ ſunt primæ. Sed quæ determinata ſunt ſecundum ſcientiam ſuam, hæc debet interrogare, & ad hæc reſpondere. Et ſic, cum diximus geometram nullam habere rationem de ſuis petitionibus ſiue interrogationibus volumus intelligere de omnibus: quia de aliquibus nihil prohibet. vt de illis, quæ ſupponũt primas petitiones.

2. expoſitio & eſt Philopo.

Aliter poſſunt exponi, vt nũc Ariſ. velit ex dictis concludere quod & interrogationes, & reſponſiones ſint propriæ vnicuique ſcientiæ, vt Themiſtius & Philopo. expoſuerunt. Hi enim ſunt, qui verba Ariſ. correctiora habent, Vnde Ariſt. inquit } Neq; igitur oẽm interrogationem vnuſque ſciẽs interrogandus eſt: neque ad oẽ interrogatum rñdendum eſt de vno quoque. Nam { vt Philopon. inquit. } Si Geometra quidem de Peripheria interrogetur an

A quadret rectilineæ, necne? Aut quæ figurarum Iſoperimetrarum ſit multi loci capacior: & an æquales ſint inter ſeſe, quæ à centro circuli cõcidunt rectilineæ: ad omnes has reſpondēdum eſt. ſunt enim geometricę interrogationes. ſiquis tñ interoget, quæ linearum ſit pulcherrima. rectilinea an circularis, ad hoc non reſpondendum eſt. Non enim geometrica interrogatio eſt, non igitur ad omnem interrogationem reſpondendum eſt. Non enim de muſica reſpondet geometra, ſed (vt inquit), ad ea reſpondet & ea interrogat, quæ ſunt determinata in propria ſcientia. Hæc eſt expoſitio Philo. quæ (vt mihi videtur,) & planior eſt, & verior.

ARGY. Autē prætereа.

Quod ſi quiſpiam cum geometra vt geometra eſt, ſic diſſeruit, patet & bene, illum eſſe diſceptaturum, ſi ex his oſtenderit aliquid. Quia ſi non hoc diſſeruerit modo, non B *bene ſine dubio diſceptabit.*

DILVCI.

Si autem diſputabit cum geometra, quatenus eſt geometra, ſic manifeſtum eſt, quod & bene, ſi ex his aliquid demonſtrat. ſi vero non, non bene.

Com. 121.

Cum declaraſſet, ꝙ in vnaquaque ſcientia ſit tũ propria interrogatio, tum propria reſponſio, nunc concludit in vnaquaque ſcientia eſſe propriam diſputationem: quæ ex interrogatione ex parte opponentis, & reſponſione ex partis reſpondentis conficitur: & hoc per exemplum in geometria concludit, & inquit. { Si autem ſubaudi geometra, quatenus eſt ſic geometra, diſputabit cum geometra, manifeſtum eſt quod & bene diſputabit: & hoc ſi ex his aliquid demonſtrauerit, q̃ geometrica ſunt. Si vero non, ſupple geomętra ſic diſputauerit, ſed cum muſico ex principijs geometricis, is non bene diſputat. Per quæ patet proprias cuiuſque ſcientiæ C diſputationes eſſe, quæ ex proprijs illius ſcientiæ interrogationibus, atque proprijs reſponſionibus conſtat. Et cum dixit. Sic autem, verbum autem non aduerſatiue, ſed potius coniunctiue legendum eſt, vt pro prærerea, vel pro aliquo tali.

Philopo.

Exponit autem hæc Philo. per exempla. vtputa ſi quærat à geometris circuli tetragoniſmum, quem Antiphon & Bryſſon opinati ſunt inueniſſe, cum petant ſibijpſis dari, quæ non concederent geometræ, hic quidem rectam lineam adaptare circulari ille vero, maius & minus circulo deſcribens quadrangulum, vt in alijs diximus, per intermedium maioris & minoris deſcripti quadranguli, æqualem circulo quadrangulum putat demonſtrare. Sed ſic quidem male aduerſus geometras diſputabant, non vtentes geometricis principijs. Hip-

Hippocra.

D pocrates vero quatuor lunulas demonſtrãs, ęquales eſſe quadrangulo, non male: ex geometricis nãque principijs hæc demonſtrat. Vt & nos prius demonſtrauimus vnã lunullam æqualē eſſe triãgulo, eorum quatuor, qui ex diuiſione quadranguli, putat & alio modo circulum quadrare. Peccat aũt is, quatenus quod in parte eſt, cenſebat & in oĩ eſſe.

ARGY.

Patet etiam illum non redarguere geometram niſi per accidens. Quamobrem inter ignaros geometrię de geometra diſſerendum non eſt: Latebit enim is qui dixerit praue. In cęteris etiam ſcientijs res ſeſe habet ſimiliter.

DILVCI.

Manifeſtum autem eſt quod, nõ redarguit geometram niſi per accidens. Quare non vtique erit in non geometricis de geometria diſputandũ, latebit. n. praue diſputans. Similiter autem ſe habet & in alijs ſcientijs.

Tertio

Com. 122. Finis diſputationis eſt victoria.

Tertio oſtendit in vnaquaque ſcientia fieri in diſputationibus illius propriam victoriam, quæ eſt finis diſputationis. nam, ſi in vnaquaque propriæ diſputationes fiunt, etiam in vnaquaque fient propriæ victorię. Vnde inquit: § Manifeſtum autem eſt ꝙ qui per extranea redarguit geometram, non redarguit geometram, niſi per accidens. Igitur qui p. r propria geometræ geometram redarguit, per ſe vincit, ac redarguit. Vt redarguere arithmeticus poteſt per numeros geometram, ſed per accidens: quatenus redargutus geometram inducit formam atque habitum arithmetici. Hæc oſtendit Phi. per exemplum. vt ſiquis non geometricus cum interrogauerit geometram, vtrum pulcherrima linearum, recta an circularis Si aliquis reſponderet ꝙ recta, & aliqu s hunc redargueret non geometram redargueret. Non enim de his, quæ competunt geometriæ; redargueret, ſed per accidens, qm̃ accidit redargutum geometram eſſe: non enim quatenus geometra redarguitur. Neque quatenus medicus redarguitur immedicus in muſicis Theorematibus redarguitur. Ex his omnibus concludit vnum preceptũ vtile ad diſciplinæ adeptionem, & inquit: § Quare non vtique erit in nõ geometricis de geometria diſputandum. Cuius cauſam aſſignat, & inquit. Latebit enim praue diſputans. Nam (vt philo. inquit). Quemadmodum vnumquemque de proprijs ac peculiaribus oportet diſputare, & ita & geometram, & non ingeometricus de geometria diſputaturus eſt. Non enim ſciunt ignari iudicare ſcientias. Quo circa ſæpe ſepius prauus melior putabitur eſſe quàm ſciens. Propter hæc Ariſto: aſſignans cauſam, dicit. Latebit enim praue diſputans. Qm̃ nec opponens, nec reſpõdens poterit iudicare an bene: an male diſputetur Et addit id quod de geometria dictum eſt, Similiter ſe habere & in alijs ſcientijs. Ex his patet in omni ſcientia eſſe propriam interrogationem: quæ quidem ſi eſt de con-

Dubõ. 1.

cluſione, eſt quæſtio. ſi de principio, eſt petitio. Secundo patet in omni ſcientia eſſe propriam reſpõſionem, quæ ſi eſt ad propoſitionem, eſt ſuppoſi-

Rñ. Them.

tio, ſi ad quæſtionem, eſt concluſio Tertio apparet in omni ſcientia eſſe propriam diſputationem: quæ ex interrogatione, & reſponſione conficitur.

Quarto patet in omni ſcientia eſſe propriam victoriam atque redarguitionem, quæ eſt finis diſputationis. Sed circa hæc dubitatur: quia non videtur in ſcientij poſſe eſſe diſputationem. qm̃ diſpu-

Obiectio. Cap. 2.

tatio eſt actus dialectici. Reſpondet Themiſtius in ſcientia fieri interrogationem, & reſponſionem, & diſputationem non gratia conſenſus à reſpondente captandi, ſed gratia prætentãdi aliquos eiuſdem profeſſionis. Sed adhuc dices, quia Primo Elenchorum diſputationes ſunt quatuor. doctrinali, quæ pertinet ad ſcientiam: dialectica, & tentatiua, quæ ambe attinent ad dialecticum: & quarta eſt ſophiſtica. Igitur tentatiua non attinet ad demon-

Solutio.

ſtrationem. Dicendum, ꝙ tentare eſt duobus mo-

Tentare duob⁹ modis.

dis Vno modo, cuius finis eſſe habere conſenſum à reſpondente, vt inde proficiſcatur ad diſputationem, & hæc attinet ad dialecticũ: alio modo, cuius finis eſt diſponere diſcipulum, vt docet Plato in Menone. Et hęc tentatio eſt doctrinalis diſputatio,

2. dubõ.

& de hac loquitur Themiſtius. Secundo dubitatur, quia muſicus poteſt cum arithmetico diſputare, & tñ muſicus non eſt arithmeticus. Præterea.

Solutio.

Omnis diſputator, ſaltem opponens, debet latere: aliter non eſſet diſputatio. Dicendum primo, ꝙ Ariſt. per non geometram intelligit eum, qui nec principaliter, nec ſubalternatę eſt geometra. muſicus autem ſaltem ſubalternate eſt arithmeticus.

Latere bifariam.

Secundo dicendum, quod latere eſt bifariam: aut conueniendo in terminis, & ſic licet latere in demonſtrationibus, vt perueniatur in finem: aut diſconueniendo in terminis: & ſic non licet latere in demonſtrationibus: qm̃ hoc latere eſſet per extranea latere.

ARGY.

Cum autem interrogationes ſint geometricæ, ſunt & ingeometricæ. & interrogationum hæ quæ ab ea prodeunt ignoratione quæ eſt diſpoſitio, geometricæ ne ſunt, & in quacunque facultatum ſimiliter. Præterea vtra ratiocinationum ab ignoratione proficiſcitur, vtrum ea quæ oppoſitis conſtat, an ea quæ conſtructa eſt vitioſe?

DI LVCI. Tex. c. 28. Quæſtiões tres. An ſicut. Geometricæ, ita ingeometricæ interrogationes ſunt. An ingeometricæ ſit ſecũ negationis vel diſpoſitionis ignorãtiam. An ignorãtia diſpõnẽ inducẽs peccat, ex ſyllo peccãte in forma vl' materia. Prima quæ mota i tex.

Quoniam autẽ ſunt geometricæ interrogationes, nõne ſunt, & ingeometricæ & ſecundum vnamquanque ſcientiam quæ ſecundum ignorantiam qualem ſecundum ſunt geometricæ. Et vtrum qui ſecundum ignorantiam ſyllogiſmus eſt, ſit qui eſt ex oppoſitis ſyllogiſmus, an paralogiſmus?

Cum dixiſſet, quod non omnem interrogationem interrogãdus eſt geometra, aut medicus, aut quiſpiam aliorum ſciens, ſed ſola ea, quæ propriæ peculiarique ſcientiæ conueniunt, competuntque. Et ꝙ non ad omnem interrogationem reſpondere debet ſciens, ſed ad ſolas proprias, familiareſq;. vt puta, geometra ad geometrica. & medicus ad medicinalia. Quærit in his (vt Philo: exponit) Nũ, quemadmodum ſunt geometricæ interrogationes, ſint etiam ingeometricæ, & in alijs ſcientijs ſimiliter. Hanc proponit, & inquit. § Qm̃ aũt ſunt geometricæ interrogationes, nonne ſunt & ingeometricæ. & vt mouit queſtionem de geometricis, ita & in alijs ſimpliciter intelligẽdum eſt. vt vtrum ſicut ſunt phyſicę interrogationes, ſint & innaturales? Vnde ſenſus eſt. Vtrum in eadem ſcientia, vt puta in geometria, ſint geometricæ & ingeometricæ interrogationes? Et in phyſica, ſint naturales & innaturales interrogationes: & in alijs ſcientijs ſimiliter. Et per interrogationes intelligi poteſt de principijs, & ſunt petitiones: & de concluſionibus, & ſunt queſtiones. de vtriſque enim queſtio eſt, an in eadem ſcientia, ſint vt in geometria geometricę & ingeometricæ: hæc prima quæſtio. Deinde mo-

2. quæſtio.

net ſecundam queſtionem, quę ſic ad primam continuatur. Et ſiquidem in eadem geometria ſint interrogationes geometricæ, & ingeometricæ, quæ ſint hæ, & ſecũdum qualem ignorantia vtique fuerint? & vt intelligatur hæc quæſtio, animaduerte vt poſterius patebit, ꝙ duplex eſt ignorantia: hæc quidem ſecundum negationem, illa vero ſecundũ

Cõmenta. ſequenti. Duplex ignorantia.

diſpoſitionem. Ignorantia negationis eſt, quæ nullam notionem habet de re, ſed fallacem, & non exquiſitam. Qui enim non ſcit parallelas concurrere is ignorantiam habet, quæ ſecundum negationem eſt. ſiquis vero putauerit parallelas concidere, is ignorãtiam habet, quæ eſt ſecundum diſpoſitionẽ: quoniam male de re diſpoſitus. Eſt ergo ſecunda queſtio, cũ in eadem geometria ſint geometricę, & ingeometricæ interrogationes, & ingeometricę

inter-

rogationes ſint, quæ ſunt ſecundum ignorantiam: Ideo quæritur ſecundum qualem ignorantiam hæ interrogationes ſint ingeometricæ, an diſpoſitionis, an negationis. § Et hoc inquit. Et ſecundũ vnãquãq; ſcientiam, quæ ſecundum ignorantiam: hoc eſt & dato ꝙ interrogationes, quæ ſunt ſecundum ignorantiam, vtputa ingeometricæ ſunt ſecundum ſcientiam geometriæ, ſecundum qualẽ ignorantiã ſunt geometricæ, an ſecundũ ignorantiam diſpoſitionis, an ſecundum ignorantiam negationis. Hæc expoſitio Philoponi eſt, qui verba græca optime perlibrauit. vnde ſenſus eſt ſecundæ quæſtionis: cũ ingeometricæ interrogationes, quæ ſunt in eadem geometria, ſint ſecundum ignoratiam, ſecundum quam ignorantiam hæ ſunt, an diſpoſitionis, an ne gationis. Deinde mouet tertiã quæſtionem: Nam cum ignorantiam quæ ſecundũ diſpoſitionem eſt, tritariam diuidant Platonici, aut ſecundum materiam, aut ſecundum formam ſyllogiſmorum, aut ſecundum vtrunq;, vtrum interrogationes, quæ ſunt ſecundũ ignorantiam ſint ſecundum ignorantiam proficiſcentem à ſyllogiſmis peccantibus in materia, aut peccantibus in forma, aut peccantibus in vtroq;. Vbi animaduerte ꝙ ſyllogiſmus ſophiſticus triplex eſt, aut qui ex falſis ſyllogizans ſeruat formam, aut qui ex veris, non ſeruat formam, aut qui ex falſis, non ſeruat formam. Primus quidem peccat in materia. Secundus peccat in forma. tertius peccat in vtroque. Quærit ergo ſecundo loco, cum triplex ſit ignorantia, aut quæ proficiſcitur à ſyllogiſmo peccãte in forma, aut in materia, aut in vtroque, vtrum interrogationes, quæ ſunt ſecundum ignorantiam, ſint ſecundum ignorantiam proficiſcentam à ſyllogiſmis peccantibus in materia: aut peccantibus in forma, aut peccantibus in vtroque. Vnde inquit. Et vtrum qui ſecundũ ignorantiam ſyllogiſmus, qui eſt ex oppoſitis ſyllogiſmus, an paralogiſmus.} Hoc eſt vtrum interrogatio ingeometrica ſit ſyllogiſmus ſecundum ignorãtiam, quæ ex oppoſitis, hoc eſt ſecundũ ignorantiam diſpoſitionis: ex falſis videlicet propoſitionibus factus ſyllogiſmus: hę enim oppoſitę ſunt veris. an paralogiſmus, hoc eſt, qui ob peccatum ſecundum figuram fit: quem neque ſyllogiſmum dixir, ſed paralogiſmum, propterea quia non ſeruatur figura. Et verbum illud ſecundum ignorantiã, in communi accipiendum eſt, tam in ſyllogiſmo quàm in paralogiſmo.

At enim ingeometricæ interrogationes, aut ex geometria ſunt, aut ex alia facultate. Nam muſica quidem interrogatio, ſi de geometria fiat, ingeometrica eſt. At æque diſtantes putare concurrere, tum geometrica, tum ingeometrica eſt. Duplex eſt enim ingeometricum, & perinde atque informe, atque alterum ex eo quia nihil habet geometriæ, vt informe, quod vacat forma: alterum ex eo quia aliquid eius praue complectitur, vt informe, quod turpem habet formam fœdamque.

Secundum geometriã aũt, aut ex alia arte, vt muſica interrogatio ingeometrica eſt. de Geometria aũt, ut adinuicẽ parallelas cõcurrere opinari, geometrica quodã modo eſt, & ingeometrica alio modo. Duplex .n. hoc eſt. Sicut Arrythmon, & alterum quidẽ ingeometricũ eſt in nõ habendo, ſicut Arrythmon alterum vero in praue habendo.

Rñdet nunc ad queſtiones. Et (vt Philo. inquit) Ariſt diuidit ignorantiam. qm̃ altera eſt ſecundum negationem, altera ſecundum diſpoñem: quæ quidem ex alia arte interrogationes ſunt, ſecundum negationem ignorantiæ ſunt, quę vero ab ipſa falſæ ſunt, hæ ſecundum diſpoſitionem ſunt. Tũc vult, ꝙ interrogationes, quæ ingeometricæ ſunt, ſecundum ignorantiam diſpoſitionis geometricæ ſunt aliquo modo, & non geometricæ alio modo. Nam quatenus ex geometria terminos habent, geometricæ ſunt, quatenus vero falſa capiunt, nõ geometricæ. Vnde dicit. § Secundum geometriam aũt interrogatio duplex eſt: aut ex alia arte, & hoc pacto ignorantia negationis eſt, vt muſica interrogatio in geometrica eſt. hęc enim eſt ſecundum ignorantiam negationis. De geometria aũt, alia interrogatio eſt ingeometrica quæ falſa capit. vtputa, quę eſt, ſecundum ignorantiam diſpoſitionis, vt adinuicem parallelas concurre opinari, Geometrica quodam modo eſt & ingeometrica alio modo. Ergo interrogatio ingeometrica ſecundum geometriam, duplex eſt: aut ſecundum ignorantiam negationis, & ſic muſica interrogatio eſt igeometrica: aut ſecundum ignorantiam diſpoſionis, & ſic contrariũ primorum principiorũ eſt interrogatio ingeometrica. Nam vtraq; eſt ignorare ſecundũ geometriam, licet altera ſit ſecundum diſpoſitionem, altera ſecũdum negationem. Huius diuiſionis ponit exemplum, & inquit: {Duplex .n. hoc eſt: Sicut Arrythmon: hoc eſt ſicut inconſonãs. nã vt ĩ conſonans duplex, alterum in non conſonando, alterum in praue conſonando, ita quoq; duplex ingeometricum: alterum quidem: ingeometricum eſt in nõ habendo, ſicut Arrythmon, dicitur incõſonans in non habendo, hoc eſt per negationem: alterum vero in praue habendo. Pro euidẽtia dictorum animaduẽtte, vt Philoponus exponit, ꝙ quemadmodum Arrythmũ duplex eſt. Aliud quidẽ, quod nullo pacto per naturam aptum eſt habere Rythmũ, vt ſi quis dicat punctum arrythmon, qm̃ ſuapte natura Rythmon non habet. aliud vero quod habet quidem, ſed male, vt carmen dicimus Arrythmon, ꝙ praui Rythmi ſit. Eodem modo & ingeometricum, aut quod penitus eſt ĩ negatione geometrię, aut quod male, & in ſcienter complexum ſit. Talia autem ſunt, quæ ſecundum alias ſcientias ſunt. vtputa, ſi quis interrogabit geometram muſicum Theorema, aut medicinale: Hoc enim eſt eius ignorantiæ, quæ eſt ſecundum negationem: & ita hoc ingeometricum eſt, quemadmodum punctum Arrythmon: Si quis vero dicat parallelas concidere: quatenus quidam de parallelis, & de concurſu ipſarum dicit, Geometrica eſt interrogatio, quatenus vero dicit concidere parallelas non geometrica eſt interrogatio, hoc eſt cacogeometricon, hoc eſt praue geometricum. Ex his patet ſolutio ad primam. Nam declaratum eſt eſſe geometricas interrogationes & ingeometricas: & eas iterrogationes ingeometricas, quæ ſunt ſecundum ignorantiam diſpoſitionis, quæ vero ſunt ſecundum ignorantiam negationis, licet ſint ſecundum geometriam, tamen ſunt non gẽometricæ, quoniam altetius artis ſunt ab ipſa geometria.

At hæc ignoratio, & quæ ex talibus eſt principiis geometriæ contraria eſt.

Margin notes:
3. Quæſtio. Ignorantia diſpõnis trifariã ſcdm Platonicos.
Syllis ſophiſticus triplex.
ARGT.
DILVCI. Ingeometricæ interrogationes ſunt ſcdm ignorantiã prauæ diſpoſitionis. Com. 124
Notandũ Arrythmũ duplex.
Ingeometricum duplex.
Solutio ad primã quæſtionem.
ARGT.

Et ignorantia hæc quæ ex eius principijs contraria eſt.

DILVCI. Com. 125.

Secundo quærebatur, cum ingeometricæ interrogationes, quæ ſunt ſecundum ignorantiam, ſint geometricæ, ſecundũ qualem ignorãtiam ſunt geometricæ. Reſpondet ꝙ interrogationes ingeomettricæ quę ſunt ſecundum ignorantiam geometricæ, ſunt interrogationes ſecundum ignorantiam diſpoſitionis, quæ ex principijs contraria eſt: Vtpura, ex falſis, quę ſunt oppoſita primis principijs. Vnde inquit. {Et ignorantia hæc, qua interrogationes ingeometricæ ſunt Geometricæ, ea eſt, quæ ex eius principijs contraria eſt. Hoc eſt ęa ignorantia eſt, quæ diſpoſitionis dicitur. vtputa, quæ eſt ſyllogiſmus ex oppoſitis primis. Nã (vt Philoponus inquit) Hæc ignorantia eſt in praue habendo, praue autẽ habere eſt quod eſt ex principijs, hoc eſt ex propoſitionibus non veris. Falſæ enim veris contrariæ ſunt. Ergo continuatur hoc modo, ꝙ, cũ duplex ſit ingeometrica interrogatio, aut quæ nullam habet cum geometria proprietatem. aut quæ deprauate habet, hanc diſtinctionem cum poſuiſſet, mox, vt Philopo. inquit: {Exponit quid ſit deprauate habere, & vult, ꝙ ſit ex propoſitionibus contrarijs veris. Alterum vero modum qui eſt ob peccatum in figura, omnino ſeiunxit à geometria, qm̃ (vt diximus) nihil in geometria concludi poteſt ob peccatum in figura. Ex hoc patet ſolutio ad ſecundam, ꝙ ingeometrica interrogatio quæ eſt ſecundum ignorantiam geometricam, ea eſt, quę eſt ſecundum ignorantiam diſpoſitionis.

Solutio ad ſecundam.

ARGV.

In mathematicis autem non ſimiliter. fraus fit cũ diſſeritur, quia medium eſt ſemper duplex, nam alter extremorum de hoc omni, & hoc rurſus identidem de altero dicitur. atq; prædicatum non dicitur omne.

In mathematibus aũt non eſt ſimiliter paralogiſmus, quoniam medium ſemper duplex eſt. Et enim de hoc omni, & hoc iterum de alio dicitur omni. Quod autem prædicatur, non dicitur omne.

DILVCI. Tex. cõ. 29. In ſcientijs demõſtratiuis non fiũt paralogiſmi. Com. 126. Introdu. Iuniorum. Philopon.

Secundum Iuniorum expoſitionem Ariſt. hic ſoluit tertiam quæſtionem At, vt ex cõmentarijs Philoponi mihi videtur, Ariſt. voluit ad tertiam quæſtionem ſolutionem eſſe manifeſtam ex his, quæ dixit ad præcedentes quæſtiones. Ex dictis. n. patet ignorantiam diſpoſitionis eſſe ſyllogiſmum ex falſis, qui tñ ſeruat figuram, non autem paralogiſmum: qui peccat in figura. Et quoniã dixit in ſcientijs accidere paralogiſmum, in hoc loco (vt Philoponus inquit) vult dicere, ꝙ nõ ita paralogiſmi in ſcientijs fiunt, ſicut in dialecticis methodis. Quoniam in ſcientijs ſyllogiſmi fiunt circa determinatas res, in quibus non accidit multiplicatas: in dialecticis vero cum ſyllogiſmi fiant circa ſermones, accidere poteſt multiplicatas. Vnde inquit {In mathematibus aũt, hoc eſt in ſcientijs, non eſt ſimiliter paralogiſmus, veluti in dialecticis. Et aſsignat cauſam, qm̃ in ſcientijs ſemper medium eſt vnum & determinatum, duplex tñ, hoc eſt bis ante cõcluſionem aſſumptum. etenim de hoc omni, ſ. maior de medio omni, & hoc ſcilicet medium iterum de alio dicitur omni, ſ. minori. Et ne quis dicat pdicatum poſſe diſtribui. addit obiter. Quod aũt prædicatur, non dr̃ oẽ. Et ſic nec maior de medio poteſt vniuerſaliter accipi, nec medium de minori põt di- E ſtribui. Per q̃ vult habere in ſcĩetijs ſemper mediũ eſſe vnum & determinatum, licet bis aſſumptũ, vt ſubm, & vt prędicatum. vnum tñ ſemper. In dialecticis vero non ſemp vnum & idẽ eſt. v g. ſapiẽs diſcunt Qui diſcunt. non ſciunt. Sapientes igit non ſciunt. Diſcere. n. æquiuocum eſt: & in ipſo intelligere, & in ipſo doceri dictũ. latet aũt deceptio pp æquiuocationem. Et rurſus, Homo aĩal: aĩal triſyllabũ homo triſyllabũ igitur. Dupliciter. n. homo & ĩ ſubſtantia, & in nomine. Etenim & res dr̃ homo, & nomen etiã. Et iterum Olera excedũt terrã: quod excedit eo quod exceditur maius eſt: Olera igitur terra maiora ſunt. Excedere. n. aut ſecundum magnitudinem excedere dicitur, aut ſupra ſuperficiẽ eſſe. Quia igitur nõ circa determinatos, multas deceptionis cauſas habent. In ſcientijs vero non ita, F determinatę. n. ſunt res, quę ſcd'm vnamquanque ſcientiam, & nunquã ob ęquiuocationẽ error in ipſis accidit. Quo fit, vt paralogiſmi in ſcientijs non accidant, ſicut in dialecticis. nam neq; accidere poſſunt propter æquiuocationẽ medij, neque propter illius multiplicitatẽ in dialecticis aũt poſſunt accidere paralogiſmi in dictione, vt viſum eſt.

Diſcere æquiuocum eſt.

Quæſtio.

Quærunt Iuniores. Vtrum prædicatũ ſit forma ſubiecti. Et licet hæc quæſtio ſit obiter quæſita, tñ argumentantur ꝙ non, qm̃ nec genus nec differẽtia eſt forma ſpecies, cũ ſint illius partes. prӕterea in hac propoſitionem, hõ eſt homo: hõ nõ eſt forma ſui. Neoterici aſſerunt prædicatũ eſſe ſemper ſubiecti formam, præterquã in propoſitione, in qua idem prædicatur de ſeipſo. Sed contra, qm̃ in hac propoſitione, album eſt lignum, potius ſubiectũ eſt forma prædicati q̃ contra, vt Boetius dicit. Propterea dicendum. G ꝙ in prædicatione naturali, ſemper prædicatum eſt forma ſubiecti, aut inhærens, quæ ineſt, aut declarans, q̃ dicitur de alio. In ea autem enuntiatione, in qua idem de ſe enuntiatur. nihil prædicatur, cum non ſit propoſitio, vt alibi diximus, ſed enuntiatio, quæ ex nomine conſtat, & verbo.

Sol. Neotericorum. Cõfutatio.

Propria ſolutio.

ARGV.

Hæc autem licet quaſi cernere mentis perceptione, in diſſerendi vero facultatis diſceptationibus latent. Eſt ne omnis circulus figura, ſi deſignauerit patet. ſed quidnam vltra Carmina ne ſunt circulus? continuo patet non eſſe.

DILVCI.

Hęc autẽ ſunt, vt eſt videre intellectu. In orationibus autem, latent. Vtrum oĩs circulus figura ſit, ſi autem ſeribatur, manifeſtum eſt. Quid autem ſint ne carmina circulus, manifeſtum, quoniam non ſunt.

Com. 127

Cũ dixiſſet, ꝙ in mathematicis ſciẽtijs non accidãt paralogiſmi indictione, ſed ĩ dialecticis metho- H dis, nunc p exẽpla hæc oſtendit, & inquit. Hæc aũt ſunt terminos dicit, vt eſt videre ĩtellectu videlicet in mathematibus: nã de his eſt ſermo. q. d. ĩ mathematibus aũt, non eſt ſimil'r paralogiſmus pp duplicitatẽ termini, veluti in dialecticis. vnuſquiſq;. n. terminis eorũ, qui in mathematibus ſunt, eo qd determinatus ſit, vult oſtẽſio eſt. Et ſimul cum audit circulus aut tale qd, ſtatim ſciens videt quod dictum eſt, in ſeipſo depictũ. & non fertur in aliud quoddã ſignificatum, ſed in hoc ſolũ cuius & definitionem intra ſe continet. Ergo, quaſi dicat, hæc aũt, ſ. termini & terminorum ſignificata ſunt eo modo, vt eſt videre intellectu in ipſis mathematibus. Nam, vt Philoponus exponit, ſiquis interrogaret geometram,

metram,

metram, ſi circulus ſit figura, ſtatim phantaſiam ad A uerteret ad deſcriptum circulum, & non determinaret de quo circulo ſermo eſt: aut quod modis circulus dicitur, quoniam ex deſcriptione patet eius determinatio. Propterea inquit. {Hæc autem, ſ. termini & terminorum ſignificata in mathematibus ſunt eo modo, vt eſt videre intellectu a ſenſib' atq; phantaſia terminorum ſignificato accipiente vel intellectu, in quo ſunt depictæ figuræ & circuli, vt ſunt in abaco, vt recte Philoponus exponit. In orationibus autem: hoc eſt in dialecticis connentibus, latent nomina, propterea ꝙ non ſint determinata, vtrum omnis circulus ſit figura. Nam in voce circulus eſt multiplex, qm̃ dicitur de figura, & dicitur de carminibus. Si autem ſcribatur, ſcilicet aut in phantaſia, aut in abaco, manifeſtum eſt: & ſic tollitur æquiuocatio. Rurſus autem ſiquis te interrogaret B quid ſint, hoc eſt, vtrum ſint ne carmina circulus. Iterũ manifeſtum eſt, qm̃ non ſunt circulns, ex deſcriptione enim in abaco, aut in phantaſia, patet ꝙ carmina non ſint circulns. Ex his ſequitur, ꝙ, cũ determinata ſint, quæ ſubiecta ſunt geometriæ, & nulla æquiuocatio eſt in ſcientijs, minns ac raro eſt paralogizari ipſis: determinata. n. eſt, (vt Philoponus inquit,) vniuſcuiuſq; termini ſignificatio, vtputa quid eſt circulns, & quid linea, & quid ęquipedum, & quid concidere, & vnumquodq; cæterorum eodem modo, & ſunt quaſi conſtitutæ, diſpoſitæq; in anima figuræ. Vnde ſimul eſt eum audire circulũ, & circulum, qui in anima eſt figuratus, ac diſpoſitus eſt intelligere. Sic autem non eſt in dialecticis, non enim determinata ſunt, quæ ſunt ſubiecta dialecticæ. Quo vero ad verba attinet, animanuerte

Verborum expoſitio.

(vt Philoponus perpulchre expouit,) ꝙ Ariſtote- C les vocat carmina circulum, hoc eſt epigrammata, eo modo confecta, non, vt dictionem finalem primi verſus conſequatur principium finalem dictionem ſecundi conſequatur principium tertij & ſic deinceps ordinate. ſed vt poſsit idem verſus, & principium & finis fieri. Huius rei affert exẽplum ex epigrammatæ, quod Homerus, vt Herodotus inquit in vita Homeri, confecit in Midam Regem Phrygum. Exponit & Philoponns hæc alio modo, ſed non curo, quoniam exemplorum non veritas, ſed manifeſtatio requiritur.

ı. de aïa. Comẽ. 67.

ARCY.

Atq; non oportet inficiationem ad ipſum afferre, ſi ſit propoſitio inductiua. Vt enim neq; propoſitio eſt ea, quæ non ad plura ſeſe extendit: (non enim erit de omnibus, vniuerſalibus autem extruitur ratiocinatio) Sic patet nec eam inficiationem eſſe, quæ vniuerſalis nõ eſt. Etenim D *eædem ſunt propoſitiones, inficiacionesue. Nam quam affert quiſpiam inficiationem, ea vel diſſerendi vel demonſtrandi propoſitio fieri poteſt.*

DILVCI. Inſtantia in ſcientijs de inſtatiuis ſp vl̃is eſt, ſec° in Dialecticis.

Non oportet autem inſtantiam in ipſum ferre, ſi ſit propoſitio inductiua. ſicut. n. neq; propoſitio eſt, quæ nõ eſt in pluribus. (Non enim erit in omnibus: ex vniuerſalibus autem ſyllogiſmus) Manifeſtum eſt. quòd neque inſtantia eſt. Eadem enim ſunt propoſitiones, & inſtantia. Quam enim fert inſtantiam, hæc vtique fiet propoſitio demonſtratiua aut dialectica.

Quid velit facere hic Ariſt. Philopo. dubitat, nec bene ipſe exponit. Quidam vero (quorum expoſitionem narrat Philoponus) dixerunt, ꝙ, cum Ariſt. Declaraſſet differentiam inter paralogiſmos dialecticos, & doctrinales, hic velit declarare qualis ſit inſtantia, quæ ſit in paralogiſmis, qui ſiunt in mathematibus. Dato ꝙ aliquis paralogiſmus, in illis fiat. veluti eſſet iſte, Circulus omnis figura, carmen circulus, igitur carmen figura. dico dato ꝙ in mathematicis fieret: quia reuera nullus ſit paralogiſmus in dictione. vt in dialecticis. Sic igitur vult declarare qualis inſtantia fiat in paralogiſmos mathematicos, ſi aliquis in mathematicis paralogiſmus fieret. Et vnlt ꝙ inſtantia contra paralogiſmos mathematicos non ſit per inductionem, hoc modo inducendo contra minorem, & hæc, & illa carmina non ſunt circulus, ſed oportet vniuerſaliter inſtare, vtputa ꝙ nullum carmẽ ſit circulus. Nã ſicut propoſitio non eſt demonſtratiua, quæ non eſt vniuerſalis, qm̃ ex vl̃ibus eſt ſyllogiſmus, ita nec inſtantia eſt ſcientifica, quæ nõ eſt vniuerſalis. Cauſa aũt, qm̃ inſtantia ſit aliquando ſyllogiſmi pars, Vtputa, ſi aliquis inſtaret ad propoſitionem dicentem carmina circulus, & diceret, nullnm carmẽ eſt circulus. Inſtantia nnnc fieret ſyllogiſmi concluſio dicentibus nobis hoc modo. Nullnm carmen eſt figura: omnis autem circulus figura eſt nullnm igitur carmen circulus eſt. Si vero ad concluſionem fertur inſtantia, dicentem, ꝙ carmina circulus, dicet hoc modo, Nullum carmẽ circulus eſt: circulns autem figura eſt: nullum igitur carmẽ figura eſt. Hæc eſt vna expoſitio, quam Philoponus narrat, & non approbat. Primo, qm̃ ſemper inſtantia eſt ſyllogiſmi concluſio. hanc. n. oportet demonſtrare, vt oppoſitum ipſi demonſtrabimus non recte eſſe. Amplius, hæc expoſitio non conſonat verbis Ariſtotelis, vt dicit. Tamen ipſe exquiſitam huius loci expoſitionem transfert ad tempus, donec perquirat alios expoſitores. Sed ſi liceat ponere os in cœlum, dicerem ꝙ Ariſtoteles hic velit ponere differentiam inter inſtãtiam dialecticam, & doctrinalẽ, ſiue ſcientificam, Nam, poſtquã poſuit differentiã vnam inter paralogiſmos dialecticos & mathematicos, hic obiter iuterponit differentiam inter inſtantiam dialecticam, & ſcientificam. Et vult, ꝙ dialectica inſtantia ſit particularis, vel inductiua, hoc eſt ſingularis. Sciẽtifica vero ſit vniuerſalis, qm̃ eſt propoſitio de omni & per ſe. Vnde inquit. } Non oportet aũt inſtantiam ferre in ipſum, quod volumus deſtruere in mathematicis, ſi illa inſtantia ſit propoſitio indnctiua, hoc eſt ſingularis. ſic enim inſtamus in dialecticis. Affert cauſam, cur non ſic inſtamus in mathematicis, & inquit { Sicnt. n. neque propoſitio eſt in mathematicis, quæ non eſt in pluribus: hoc eſt vniuerſalis, contra quam inſtamus, ita nec inſtantia eſt, quæ non eſt vnuiuerſalis. Nam (vt inquit) ſi propoſitio non ſit in pluribus, & vniuerſalis, non erit in omnibns. Sed (vt inquit). Syllogiſmus eſt vniuerſalibus eſt. Et ita nec propoſitio poteſt eſſe niſi vniuerſalis: quare & inſtãtia vniuerſalis eſt. Per hæc autem verba vult inuenire cõſequẽs deſtructionem. hoc paſto, ſi propoſitio nõ ſit vl̃is, propoſitio non erit in omnibus. Et ſi propoſitio non ſit in omnibus, ſyllogiſmus non erit ex vniuerſalibus. Deſtruit tunc vltimum conſequens dicẽtes Sed ex vniuerſalibus eſt ſyl̃s. Et ſic vult habere ꝙ propoſitio ſit vniuerſalis, quare & inſtantia. Et hoc infert: & inquit. } Manifeſtum eſt quòd

Propria expoſitio.

Com. 128. Quæ Philo.

neque inſtantia eſt vniuerſalis, ſubaudi ſi propoſi- E
tio non ſit vniuerſalis. Cuius cauſam affert, & in-
quit. § Eædem.n.ſunt propoſitiones, & inſtantiæ.
cuius cauſam affert, dicẽs. Quam.n.fert inſtantiã,
hæc vtiq; fier propoſitio demonſtratiua in ſcien-
tijs, aut dialectica in problematibus. Recte ergo di
ctum eſt, ꝙ inſtantia in ſcientificis ſit vniuerſalis.
Verborum expoſitio. Quo vero ad verba attinet. Quidam & recte dixe
runt, ꝙ inſtantia, quando fit ad propoſitionem, vt
ſi fieret ad propoſitionem, non dicentem carmina
circulus, diceremus nullum carmẽ figura eſt. Om
nis autem circulus figura: nullum igitur carmen cir
culus eſt. Sin autem fieret ad concluſionem, inſtan
tia fiet propoſitio, vt ad illam concluſionem car-
mina circulus, dicemus hoc pacto. Nullum carmẽ
circulus eſt: circulus autem figura eſt. nullum igitur
carmen figura eſt. Et ita quouis modo ſemper in-
ſtantia eſt vniuerſalis. At in dialecticis poteſt eſſe
Dubiõ contra expoſitionem. inductiua, hoc eſt ſingularis. ſed circa hanc noſtrã
expoſitionẽ, ſunt dubitationes, & prima quidem:
Prima. quia inſtare eſt officium opponentis: ſed in mathe
maticis non licet opponere & reſpondere, non.n.
Secunda. in illis diſputationes fiunt: igitur non ſunt inſtan-
Tertia. tiæ: Secundo, quia propoſitiones demonſtrationis
ſunt veræ: Inſtantiæ autem falſæ. Igitur inſtantię nõ
ſunt propoſitiones per ſe. Tertio, inſtantia eſſe po
teſt ad vniuerſalem propoſitionem: ſed inſtare ad
vniuerſalem non fit niſi per contradictionem, &
omnis contradictio eſt inter vniuerſalem & parti-
cularem. Igitur omnis inſtantia eſt propoſitio par
Solutiones ad primã: & ſecundã; inſtantiã in mathematicis bifariã fieri poteſt. ticularis. Pro ſolutione animaduerte ꝙ in mathe
maticis bifariam fieri poteſt, aut tentatiue, qualis
à præceptore fit erga diſcipulum. & hæc ſemper
eſt vniuerſalis, & vera: eo quia imperitus diſcipu
lus ſemper profert falſam & impoſsibilem propo
ſitionem. Aut litigioſe, & hæc fit ab imperito atq;
contraria affecto, vt de Bryſſone fertur. Et quan-
do fit ex parte imperiti, poteſt eſſe impoſsibilis.
Ariſtoteles loquitur de inſtantia tentatiua, quæ fit
à præceptore erga diſcipulum. Et per hoc patet ſo
lutio ad duas primas diſputationes. Ad tertiam
Ad tertiam dico quòd in his quæ ſunt per ſe, idem eſt vniuerſa
lis, & particularis ſecundum rem. Et ita in demon-
ſtratiuis inſtantia particularis ſecundum rem eſt
vniuerſalis, ſecus eſt in dialecticis.

Fit autem vt quidam vitioſe concludant, propterea
ARGV. *quod eos medios ſumunt, qui terminos vtroſque ſequun-*
tur. Quale quidem facit & Cæneus ignem gigni multi-
plicata ratione concludens hoc pacto, Ignis (vt dicit)
celerrime gignitur: quod multiplicata gignitur ratione, H
id celerrime gignitur. Hoc aũt modo conſtare ratiocina-
tio nequit. Sed ſi celerrimam generationem multiplicata
ſequatur ratio, & ignem celerrima generatio. Interdum
igitur fieri nequit, vt ex his quæ ſumuntur ratiocinatio
conſtruatur, interdum vero fieri poteſt, ſed non cernitur.

DILVCI. *Contingit autem quoſdam non ſyllogiſtice dicere, pro*
Ex affirmatiuis i ſcda figura, non fit bon⁹ ſyllogiſmus. *pter id quod accipiunt ad vtraq; conſequentia. Vt & Cæ*
neus facit quòd ignis in multiplicata analogia fit. Etenim
ignis cito generatur, ſicut dicit, & hæc eſt analogia: Sic
autem non eſt ſyllogiſmus. Sed ſi velociſsimam analogia
ſequitur multiplicata. Et ignem velociſsima in mutatione
analogia. Aliquãdo quidem.n.non contingit ſyllogizare
ex acceptis, aliquando vero contingit, ſed non videtur.



Syllogiſm⁹ in ſcda figura, ex oibus affirmatiuis cõuertibilibus, ꝙ ꝑ cõuerſionem maioris reducitur ad primam.

In multiplicata proportione generatur. Ignis

Cum dixiſſet ꝙ ob medium terminum æquiuo-
F cum exiſtentem. ſepenumero in diſputationibus Com. 115.
fiunt multi paralogiſmi, quod quidem in ſcientijs
nõ accidit, nũc vult demonſtrare (vt Philo. inquit)
Parologiſmos, qui ob figuram fiunt in diſputatio-
nibus, vt oſtendat, ꝙ ſecundum hos, differunt ſcien
tiæ à diſputationibus dialecticis, quatenus in dia-
lecticis diſputationibus paralogiſmi fiunt ob figu-
ram. In ſcientijs aũt non fiunt. Nõ fiunt aũt in ſcien
tijs, quoniam ſyllogiſmi ſcientiarum ſunt ex his, quæ per
ſe, & conuertibilia ſunt, at ſyllogiſmi in dialecticis
non ex conuertibilius ſunt. Hic igitur vult, ꝙ in
dialecticis ob figuram paralogiſmi fiant, propte-
rea, ꝙ idem mediũ ad duo extrema ſequatur: hoc
eſt eo ꝙ capiant in ſecunda figura duas affirmati-
uas. Putant.n. ꝙ ſi idem ſequatur ad duo, & ea in-
ter ſe ſequantur: hoc aũt non eſt, niſi illa cõuertibi
G lia fuerint. Nam & ad hoĩem, & ad lapidem ſubſtan
tia ſequitur, non tamen alterum ad alterum ſequi-
tur, hoc eſt lapis ad hoĩem, aut homo ad lapidem:
non.n.ſunt cõuertibilia, ſicut faciebat ſophiſta Cæ
neus. Syllogizabat.n. ꝙ ignis in multiplicata analo
gia fit, hoc modo, Ignis velociſsime fit: quæ in mul
tiplicata analogia fiunt, citiſsime fiunt: ignis igitur
in multiplicata analogia fit. Circa quæ Ariſtoteles
inquit, Interdum in talibus ſanam fieri rationem,
hoc eſt ſyllogiſmum, vtputa, cum propoſitiones
conuertuntur. Diſputat hic Philopon. cum Ale-
xand. de multiplicata analogia quid ſit. Ad quod Diſputatio Philo. cum Alexan de multiplicata analogia
Alex. reſpondet, ꝙ Ariſto. per multiplicatam ana-
logiam intelligit proportionẽ qualis eſt duorum
ad tria, & ducentorum ad trecenta. Contra quem
aſſerit, eum non habere multam in mathematicis Alex. Phil. contra Ale.
peritiam. Quoniam ignorabat proportionem duorum
ad tria, & ducentorum ad tricenta eſſe multipli- Ale. nõ fuit perit⁹ i mathematicis.
cem, cum reuera ſit ſuperparticularis. Non.n. tria
ad duo ſunt multiplicia, nec trecenta ad ducenta.
non.n. maior numerus continet minorem bis aut
ter, aut ſæpius, ſed ſemel cum aliqua eius particu-
la. Ergo eorum proportio non eſt multiplex. Pro-
portio enim multiplicans ſiue multiplex eſt: quan
do in numeris maior bis, aut ter, aut ſæpius præci-
ſe continet minorem. Vtputa, in duplis duo ad qua
tuor, & quatuor ad octo, aut in triplis. 3. ad. 9. & 9.
ad. 27. & alijs eodem modo. Superparticularis ve-
ro eſt, quando maior numerus habet totum mino
rem, & particulam aliquã, quamuis ipſius, aut quar
tam, aut quintam, aut deincipitem. Vtputa, numeri
ternarij

ternatij ad binarium ſuper particularis eſt proportio. Habet.n.totum ipſum,& dimidium: quocirca proportio hęc Hæmiolia vocata eſt propter dimidium, latine à Boetho dicitur ſexquialtera. Proportio vero quatuor ad.3. Epitrita. habet.n.totũ & tertiam eius: Ideo Boethus eam vocat ſexquitertiam, hoc eſt ſemel continens,& tertiam. Numeri ergo ab Alexandro aſſumpti ad demonſtrationẽ, vtputa, duo & tria, & ducenta & tricenta non ſunt in ratione multiplicata, ſed ĩ ſuperparticulari, hoc eſt in Hæmiolio, In quibus auctio non fit ſicut in multiplicatis vel multiplicibus. Propter hæc Philoponus cum Proculo exponit per multiplicatos numeros eorum, quorum adinuicem eſt proportio multiplex. vt.1.2.4.& 8.16.32.64.128.266.& ordine deinceps. Poſsibile.n.eſt in infinitum progredi, nec ſolũ in duplis hoc accidit, ſed in triplis, & quatruplis & reliquis omnibus. In ſuperparticularibus vero, quos Alex. ſuppoſuit, nullo modo ſic velociter proportionẽ eſt inuenire. Non.n.vt duo ad.3. Ita deinceps: &.2.eſt ĩuenire ad aliquẽ alium eorũ: qui poſt ipſum eãdem rationem habere. quo vero modo ſit inuenire plures ſuper particulares proportiones deinceps, methodo opus eſt arithmetica: q̃ Nicomachus in ĩtroductione aſsignauerat. Sic igitur Ariſ. per generari in multiplicata analogia intelligit generari in proportione multiplici, vt qñ genitum eſt multiplex ad id, ex quo generatur. Qm̃ velociter eſt inuenire hanc proportionem. Proportionẽ vero ſuperparticularem, nõ ſic facile eſt inuenire. Vnde dicit. Contingit aũt quoſdam nõ ſyllogiſtice dicere. Subaudi in dialecticis, pp id quod accipiunt ad vtraq; conſequẽtia. vt in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis. In dialecticis.n.(propterea ꝙ propoſitiones non conuertantur) contingit ſyllogizari ex duabus affirmatiuis. Et ponit exẽplum,& inquit. Vt Cęneus ſophiſta ſacit, Syllogizans ꝙ ignis in multiplicata analogia ſit, hoc pacto, Ignis cito generatur, hęc eſt minor. Hęc eſt ſubaudi multiplicata analogia: hæc eſt maior, vt ſit ſyllogiſmus hoc pacto. Quod in multiplicata proportione generatur, celeriter fit: Ignis celeriter fit: ergo ignis in multiplicata ꝓportione generatur. Tunc exponit qualis hic ſyllogiſmus ſit,& dicit. Sic aũt non eſt ſyllogiſmus, qm̃ eſt in ſecunda figura eſt duabus affirmatiuis. Sed ſubaudi erit ſyllogiſmus, ſi velociſsimam ſ. generationem, ſequitur multiplicata analogia, Hoc eſt, ſi maior conuertatur hoc pacto, quod celeriter fit in multiplicata proportione generatur. Et ignem ſubaudi ſequatur analogia in velociſsima mutatione: ita vt minor ſit, & ignis velociter fit. Nam tunc ſequitur ꝙ ignis in multiplicata analogia generetur. Quo vero, ad verba attinet, Per ignẽ eſſe ĩ velociſsima mutatione intelligitur ignem eſſe in velociſsima generatione. Addit aũt Ariſt. cauſam differentiæ, & inquit} Aliqñ quidem.n.non contingit ſyllogizare ex acceptis aliquando aũt contingit, ſed non vi detur. Diximus ꝙ duas affirmatiuas in ſecunda figura poſsibile eſt introducere ad ſyllogiſticam figuram: qñ termini ſunt conuertibiles, vt poſsit cõuerti maior, vt reducamus ipſam ad primam figuram: qñ vero non conuertuntur, non reducitur. Et addit: ſed non videtur. quia licet ſit in quibuſdam

Sua põ.

Sillogiſm. Cæneí.

Verborum expoſitio.

A talibus concludere concluſionem pp propoſitiones, ſicut diximus in conuertibilibus vtentes conuerſione maioris, non tñ videtur neceſſarium, propter inſyllogizabilitatem complicationis propoſitionum. Nõ.n.complicatio cauſa eſt, ſed eo ꝙ termini conuertuntur vt poſsit & recte cõplicari. Ergo addit, ſed non videtur, quia licet contingat ſyllogizari, non tñ videtur, quia non apparet neceſſarium, niſi facta conuerſione. Sed dices, tunc oĩs ſyllogiſmus in ſecunda,& tertia figura erit paralogiſmus, quoniam nullus apparet neceſſarius, niſi facta conuerſione. Dicendum ꝙ in alijs figuris ſeruatis qualitate & quantitate ſyllogiſmi non ſunt paralogiſmi: qm̃ ſemper poſſunt reduci in primam figuram. At ſyllogiſmus ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura, eſt paralogiſmus: qm̃ non ſemper poteſt reduci, ſed ſolum, cum termini conuertuntur. B Propterea addit, Aliquando enim non contingit ſyllogizari ex acceptis, Aliquando vero contingit, ſed non videtur. At ſyllogiſmi ſecundæ & tertiæ ſeruatis qualitate, & quantitate ſemper poſſunt reduci:& hac ratione non ſunt paralogiſmi. Patet ergo ꝙ in dialecticis paralogiſmi contingunt propter figuram, quoniam non ſunt ſyllogiſmi ex conuertibilibus. In doctrinis autem talis ſyllogiſmi non accidunt qm̃ propoſitiones ſunt ſemper per ſe, & conuertibiles, & ita ſemper maior cõuerti poteſt.

Obiectio.

Solutio.

Quia ſi fieri non poſſet, vt verum oſtendatur ex falſis, facile eßet reſoluere. Conuerſio nanque neceßario fieret. Si enim A verum, quod cum ſit, hæc ſunt quę quidem eſſe ſcio, veluti B. ex his igitur illud eſſe oſtendam. Conuertuntur autem ea magis, quæ in mathematicis ſunt, quia nullum accidens ſed definitiones accipiunt, atq; hoc C *etiam ipſo à diſſerendi differunt facultate.*

ARGV.

Si autem eſſet impoſsibile ex falſis verum demonſtrare, facile vtiq; eſſet reſoluere. Conuertuntur enim ex neceſsitate. Si enim A, ens, hoc autem cum ſit. ea vtiq; ſunt, quæ nom, quoniam ſunt, vt, B, Ex his igitur demonſtrabo, quoniam illud eſt, Conuertuntur autem magis, quę ſunt in mathomaticis, quoniam nullum reſpiciunt accidens. (Et in his differunt ab his, quæ ſunt in dialogis) ſed definitiones.

D ℇ LVCI. Facilor eſt reſolutio in ſcientificis, q̃ in dialecticis.

Hic (vt Philoponus autumat) iterum Ariſto. aſſignat aliam differentiam inter demonſtratiuos ſyllogiſmos & dialecticos:& ait, ꝙ facilior ſit reſolutio in demonſtrationibus q̃ in dialecticis. Vocant autem geometrę reſolutionem, inuentionem propoſitionum: per quas concluſa ſit vera concluſio. Vtputa, ſi proponatur nobis aliqua concluſio vera, ꝙ hic triangulus ſit æquilaterus, per D propoſitiones inuenimus cõcluſionem, à quibuſdam confeſsis ſumentes initium, & definentes in id quod quæritur: & hoc tale vocatur compoſitio. Reſolutio autem, viceuerſa ſe habet cum compoſitione. Capientes enim prius id, quod quæritur, vt cõfeſsũ. vtputa ꝙ hic triangulus eſt æquilaterus, quærimus quęnam fuerunt propoſitiones, per quas id probatum ſuit, vt reſoluentes inueniamus ipſas quouſq; veniamus ad aliqua confeſſa, & principia geometriæ. Vnde Themiſtius hic dicit, ꝙ reſolutio ſit retroceſſus à cõcluſione vera ad principia, ex quibus deducta eſt. Vult igitur, ꝙ ſi ex veris ſolis propoſitionibus veræ concluſiones concluderentur, facilis vtique eſſet reſolutio: & huius cauſa eſt,

Com. 130.

Cap. 26.

quoniam propoſitiones concluſionis concluſiuæ eſſent determinatæ. Quia vero ex falſis concluditur concluſio vera: & hæ ſunt quodam modo indeterminatæ, difficilior ipſarum reſolutio eſt. Quare hac ratione differunt demonſtratiui ſyllogiſmi à dialecticis. Concluditur. n. ſyllogiſmo dialectico ꝙ homo ſit animal, & ex eo ꝙ moueatur, & ex eo ꝙ ambulet, & ex eo ꝙ diſputet, & ex alijs īfinitis. Amplius, ſyllogiſmo dialectico ex falſis concluditur vera concluſio, modo falſa illa concedantur. Quare in dialecticis ſiquis voluerit omnes propoſitiones concluſionis concluſiuas inuenire, non facile nanciſcetur, propter ipſarum indefinitatem. At in ſciētijs uō hoc modo. nec. n. ex falſis propoſitionibus, neq; ex his, quæ per accidens rebus inſunt, ſed ex his, quę primo & per ſe concludunt ſcientiales concluſiones: hęc autem determinata ſunt. Facilior autem eſt reſolutio ad determinata quam ad indeterminata. Et ideo facilior in ſcientijs reſolutio eſt, q̃ in dialecticis. Quo vero ad verba attinet, Ariſto. vult hunc ſyllogiſmum, Quibus cōuerſio facilior, is & reſolutio facilior eſt: in mathematicis cōuerſio facilior eſt: ergo & reſolutio facilior. De ratione ergo primo affert maiorē cū eius probatione, & inquit. {Si autem eſſet impoſsibile ex falſis verū demōſtrare, ita vt ex ſolis veris demōſtrationes ſint, facile vtique eſſet reſoluere concluſionem ad propoſitiones, Affert cauſam, & dicit. Conuertuntur enim ex neceſsitate à propoſitionibus ad concluſionem: & viceuerſa à concluſione ad propoſitiones. Cuius rationem aſsignauimus ex his, q̃ Philoponus inquit { Qm̃ propoſitiones tales ſunt determinatæ. Hæc exponit per exemplum: & inquit. {Sit enim A ens, hoc eſt cōcluſio exiſtens vera: hoc autem. ſ. A, cum ſit, ea vtiq; ſunt, quæ nouit quoniā ſunt, vt B, hoc eſt propoſitiones: aſſumit. n. B pro duabus propoſitionibus. Ex is igitur demonſtrabo, ſcilicet propoſitionibus, quę ſunt B, demonſtrabo, quoniam illud, ſ. A. eſt: & ſic ex A, cōcluſio eſt B, & ex B A ſequitur. Quia igitur B exiſtente, ex neceſsitate eſt A, & A exiſtente, rurſus ex neceſsitate eſt B: ideo facilis eſt propoſitionum inuentio. Secus in dialecticis, quoniā in illis, B exiſtente ſequitur A, non tamen contra: quoniam A poteſt ſequi ex infinitis. Et per hæc patet maior & eius probatio. Tūc aſsignat quaſi minorem ſyllogiſmi, quem in textu intelligit: & inquit. } Conuertuntur autem magis, quæ ſunt in mathematicis: quoniam ſyllogiſmi nullum recipiunt accidens, neque falſum: ſed definitiones recipiunt. Tunc quaſi concluſionem interponit, & inquit { Et mathematicis ſyllogiſmi in his differunt ab his quę ſunt in dialogis. Quia igitur in mathematicis ſyllogiſmis conuertuntur magis & concluſiones ad propoſitiones, & propoſitiones ad concluſiones: ideo in illis facilis eſt reſolutio. Quia vero in dialecticis non conuertuntur, ideo in eis difficilis reſolutio eſt. Eſt igitur ſyllogiſmus textus hic, quibus conuerſio facilior in his reſolutio eſt leuior: in mathematicis conuerſio eſt facilior: ergo & reſolutio. De hoc ſyllogiſmo, vt dixi, Primo vult habere maiorem, cum eius probatione. ſecunda ibi, Conuertuntur autem magis, vult habere minore etiam cum ſua probatione. Et interponit differentiam ſyllogiſmorum dialecticorum à demonſtratiuis, vt ſyllogiſmi cōcluſionem: hæc de textu. Quo autem ad differentiam attinet, animaduerte, ꝙ propter tria reſolutio in mathematicis facilis eſt. primo, quia ſemper vera concluſio ex veris ſyllogizatur. ſecundo, quoniam ex per ſe, & ſecundum ꝙ ipſum, hoc eſt conuertibilibus. Tertiam cauſam aſsignat Auer. quoniam concluſiones mathematicæ non ſyllogizantur niſi ex proportionatis concluſionibus. At dialecticæ concluſiones ſyllogizant̃ ex falſis, & ex probabilibus, q̃ poſſunt eſſe infinita, & concluſioni īproportionata. Quare ad hæc difficilis eſt reſolutio, ad illa autem facilis.

Dfia ſyllorum demſtratiuorum a dialecticis.

Verborum expoſitio.

Syllis text.

E

F

G

H

Reſolutio in mathematicis eſt facilis pp tria in huius paraphra.

Comē. 21.

Accreſcit etiam ratiocinatio non per media, ſed aſſumendo. nam A de B, ſumitur, & hoc de C, & hoc rurſus de D. Atque hoc in infinitum procedit. Verſus quoque latus eius ſit incrementum. A nanque de C atque de E concluditur. Sit enim A quidem numerus abſolute, B vero ſimpliciter numerus impar. Et C. definitus numerus impar. A igitur de C. cōcludetur. Altera rurſus in parte D quidem ſit impar numerus ſimpliciter ſumptus, E vero definitus numerut par: A igitur de E concludetur.

ARGV.

Augentur autem non per media, ſed in aſſumendo, vt A de B, hoc autem de C. Rurſus hoc de D, & hoc in infinitum, Et in latus, vt A & de C & de E. Vt eſt numerus quantus vel infinitus, hoc autem ſit in quo eſt A. Numerus impar quantus, in quo B, Numerus impar in quo C. Et ergo A de C, & ſit par quantus numerus in quo D, par numerus in quo E: Ergo A de E.

DILVCI.

Hic iterum inter demonſtratiuos ſyllogiſmos, & dialecticos (vt Philop. inquit) aliam affert differentiam: ꝙ dialectici ſyllogiſmi augentur per media, mathematici ac demonſtratiui in aſſumendo, & in latus. Vbi animaduerſione dignum, auctionē ſyllogiſticam bifariam eſſe. alteram quidem per media, alteram vero in aſſumendo. Et per media, bifariam. aut per interpoſitionem termini, aut per extrinſecus acceptionē: per interpoſitionem termini, vt ſi concluſio ſit, quòd homo ſit animal. nam hæc ſyllogizatur per hoc, quòd homo loquatur: quoniam quod loquitur, eſt animal: homo loquitur: igitur homo eſt animal: & per hoc ꝙ homo mouetur à ſe, quod enim mouetur à ſe, eſt animal: homo mouetur à ſe: homo igitur animal. Hæc ergo auctio eſt per termini interpoſitionem. Per extrinſecus vero acceptionem. quando ſyllogizamus eandem concluſionem per diuerſa extranea media, vt hanc, homo eſt animal, per media extranea. vt quoniam hō eſt lapis, & lapis eſt aīal, ergo homo eſt aīal. & qm̃ homo eſt lignum, & lignum eſt animal: ergo homo eſt animal. Et ſic eodem modo per alia multa media extranea, immo quaſi per infinita eadem concluſio ſyllogizari poteſt. Hæc de ſyllogiſtica auctione per media. In aſſumendo vero bifariam, aut in poſt aſſumendo, aut in latus. In poſt aſſumendo quidem, quando ſubiectum concluſionis primi ſyllogiſmi, fit medium ad ſyllogizandum ſecundam concluſionem: & ſubiectum ſecundæ fit medium ad ſyllogizandum tertiam: & ſic deinceps. Et hoc modo fit in geometra: quoniam primum Theorema demonſtratur per axiomata, ſecundum vero, per primum, & tertium per ſecundum, & ſic ordine deinceps augmentatio fit, nūquam medio termino ſuper-

Com. 131.

Argumentatio ſyllogiſtica duplex eſt.


Auctio per media ſecū duplex.

Auctio ī aſſumēdo duplex aut in poſtaſſumēdo aut in latus.

perpoſito ſed ſemp ad primos coordinato. Huius rei cau am affert Philopo. quĩ ex his, quæ per ſe & primo inſunt, demonſtrationes ſunt:& non contingit per mediatam propoſitionem demonſtrare aliquid. Aut enim ex axiomatibus demonſtrantur theoremata in ſcientijs, aut ex his quæ demonſtrata ſunt ex axiomatibus. In latus autem auctio fit, quoties idẽ prædicatum de pluribus lateribus ſubiectis per media lateraliter interpoſita ſyllogizatur, vt ſi ſit prædicatũ numerus. Nam numerus poteſt demonſtrari de C trinario, per B impar:& de E, quaternario per D par. His ergo modis mathematicæ demonſtrationes augentur. Per quę patet, ꝙ ſi libri geometriæ eſſent ſic ordinati, vt demonſtrationes creſcere ſolẽt, faciles eſſent cognitu, & quia libri Euclidis non hoc pacto fuerunt ordinati, ideo non fuerunt faciles. Vnde, ſi eum Ariſto. librum haberemus, quem in mathematica ſcripſit, omnes facile eſſe poſſent Summi Mathematici. Ibi enim demonſtrationes ordinauit aut in poſt aſſumendo, aut in latus: inquit ergo. Augentur autem, ſcilicet demonſtrationes non per media, vt dialectici ſyllogiſmi, qui augentur per media, aut interpoſitione termini, aut extrinſecus acceptione. Sed augentur in aſſumendo, & hæc dupliciter, aut in poſt aſſumẽdo, vt A de B hæc autem, ſ. B de C. Rurſus hoc, ſ. C de D. Et hoc in infinitum. ſ. quo ad nos (vt Philo. exponit.) Qm̃ nõ ita comprehendimus ſcientias, vt non poſsit alterum quodiam inueniri theorema: ſed ſemper poſsibile eſt per prædemonſtrata, alteram inuenire. Hæc de auctione in poſtaſſumendo.

Cũ difficultatis in mathematicis.

Exemplum auctionis demonſtrationis in aſſumendo, vel poſtaſſumendo.




Deinde de auctione ad latus, & inquit. Et in latus, vt A, ſ. nnmerus prædicatus, & de C ſubiecto, & de E ſubiecto, vt eſt numerus quantus, vel infinitus, hoc eſt per in differentiam indeterminatus. Hoc autem fit, in qno eſt A, Vtputa numerus communis, communiter prædicatus de E, & de C. At numerus impar quantus, ſ. communis omnibus imparibus, fit in quo eſt B, numerus impar, ſcilicet nomine determinatus, fit in quo eſt C. Vtputa tria, vel quinque, vel ſeptem, aut id genus. Eſt ergo A, numerus communis de C ſubiecto numero trinario, vt puta per medium B, qm̃ tria ſunt impar: omne impar numerus, tria igitur numerus. Et iterum fit par quantus numerus, ſ. communis omnibus paribus, in quo D, Par numerus, ſ. nomine determinatus, fit in quo eſt, E. Eſt ergo A numerus de E, ſ. demonſtratus, vt de quatuor, vel ſex, vel de aliquo id genus: & per medium D, Hoc modo, omne D, A: omne E D: igitur E eſt A. Hæc de auctione in latus.

ARGY. *Differt autem ſcire eſſe & propter quid eſt, primo quidem in eadem ſcientia, atque in hac dupliciter, vno quidem modo, ſi ratiocinatio non per ea quæ vacant medio* A *fiat. non enim prima ſumitur cauſa, ſcientia autem eius propter quid eſt per primam fit cauſam. Alio vero modo ſi per ea quidem, quæ vacant medio, non tamen per cauſam, ſed per notius eorum, quę conuertuntur efficitur.*

Differt autem quia, & propter quid ſcire. Primo quidem in eadem ſcientia. Et in hac dupliciter. Vno quidem modo, ſi non per immediata fiat ſyllogiſmus. Non enim accipitur prima cauſa. Quæ vero eſt ſcientia propter quid, per primam cauſam eſt. Alio autem, per immediate quidem, non autem per cauſam, ſed per notius eorum, quę conuertuntur.

DILVCI. Tex. co. 30. Differẽt demõnes q a & pp qd in diuerſis & i eadẽ ſcia.

Exemplum in latus.



Propoſitum Ariſt. (vt Philop. inquit) eſt oſtendere, in quo differant ſyllogiſmi, qui probant ipſum quia, ab his qui probant ipſum propter quid. Et dicit primo, ꝙ vno modo differant, ꝙ ſyllogiſmus probans ipſum quia, alterius ſit ſcientiæ, qui vero probat ipſum propter quid, alterius: hæc autem quomodo ſe habeant, poſtea dicemus. Alio vero modo, in eadem ſcientia differunt: dico in eadem ſcientia, qm̃ in eadem ſcientia eſt inuenire & ſyllogiſmum, qui probat ipſum quia, & ſyllogiſmũ, qui probat ipſum propter quid. Verum differunt hi, qui in eadem ſcientia ſunt, ſecundum duos modos. Secundum vnum quidem, qm̃ qui probat ipſum propter quid, per propoſitiones immediatas concluditur. cauſa enim debet per ſe ineſſe, & proxime. Qui vero probat ipſum quia, per propoſitiones mediatas ſyllogizat. Ille dicitur ſyllogiſmus probans ipſum propter quid, qm̃ non tm̃ dicit eſſe, ſed propter quid res eſt. alius autem dicitur ipſum quia probans, qm̃ non cur eſt, dicit, ſed ſimpliciter eſſe. Probat enim ſolum ꝙ his exiſtentibus, illud eſt, non tamen ꝙ hoc ſit huius cauſa. Secundum alterum vero, qm̃ qui probat ipſum quia, ex cauſato ad cauſam procedit, qui vero ipſum propter quid, ex cauſa ad cauſatum, vnde inquit { Differt autem, quia & propter quid ſcire, hoc eſt ſyllogiſmi, qui probãt ipſum quia, & ſyllogiſmi, qui probant ipſum propter quid, differũt. Primo quidem in eadem ſcientia: & cum dixit, Primo in eadem ſcientia, innuit etiam ꝙ differant in alia atque alia. Et propterea cũ dixerit quo pacto differant in eadem ſcientia, dicet poſt multa, quo pacto differant ſecundum aliam, atque aliam. De primo inquit. {Et in hac differunt dupliciter. Vno quidem modo, ſi non per immediata fiat ſyllogiſmus, hoc eſt, ſi non immediatæ ſint propoſitiones. ipſius .n. quia tunc erit ſyllogiſmus. nõ enim accipitur prima cauſa. Quæ vero eſt ſcientia propter qnid, per primã cauſam eſt. Syllogiſmus enim qui probat propter quid cauſam primam vult habere in medio termino,

Com. 132. Philopon. expoſitio.

no, hic eſt prim us modus. Deinde aſsignat ſecundum modum: & inquit. Alio autem, ſ. modo, ſyllogizat ipſum quia per immediata quidem, non autem per cauſam. Sed per notius eorum, quæ conuertuntur cum cauſa. Eſt enim hic modus propoſitionibus immediatis exiſtentibus, conuertentibus autem cauſa, & cauſato: quando notius ſit cauſatum quam cauſa. Propterea addit, ſed per notius eorum, quæ conuertuntur: hoc eſt ſed per notiorem eorum effectuum, qui cum cauſa conuertuntur. vt ſi Cinis eſt, ignis eſt. hoc enim immediatum eſt. q̃m nullo alio medio termino indigemus ad finem. Sic igitur ſyllogiſmi probantes quia eſt, & ſyllogiſmi probantes propter quid eſt, differunt in diuerſis, & in eadem ſcientia. In diuerſis quidem quoniam ſyllogiſmi propter quid eſt probantes in ſubalternãte, & ſyllogiſmi quia eſt ſyllogizantes in ſubalternata habentur. In eadem vero dupliciter, aut, quoniã probantes quia eſt, procedunt per propoſitiones mediatas, vtputa per cauſam remotam, aut p̃ propoſitiones ĩmediatas, hoc eſt per effectum eorum, quæ cum cauſa conuertuntur, notiorem, & immediatum. Et hæc eſt expoſitio Philop.

Expoſitio alıorum.

Alij vero volunt, Ariſt. hic afferre differentiam inter ſcientias. Vtputa inter ſcire quia, & ſcire propter quid: verum, q̃m non ſcimus niſi per ſyllogiſmos, ideo non poſſumus habere differentiam inter ſcientias quin habemus differentiam inter ſyllogiſmos ſcientiam generantes. Nec poſſumus habere differentiam inter ſyllogiſmos, quin habeamus differentiam inter ſcientias. Quare ex poſitiones hæ parum differunt. Verum ſyllogiſmi facientes ſcire quia ſint demonſtrationes, an ſyllogiſmi demonſtratiui, vel dialectici, ſuperius eſt diſputatum, & Philoponus hic eos vult eſſe coniecturas: verum de his ſuperius,

Comõ. 21. & 34.

ARGY.

Atque nihil prohibet vt eorum quæ de ſeſe mutuo prædicantur, notius interdum ſit id quod non eſt cauſa.

DILVCI.

Prohibet enim nihil ęquæ prædicantium notius aliquã do eſſe non cauſam. Quare per hanc erit demonſtratio.

Côuertibiliũ alterum altero notius, & non cãm cã notiorem, nihil eſſe prohibet.

Sed contra prædicta biſariam obijci poteſt. Primo, q̃m cõuertibilium non videtur altero alterum notius eſſe poſſe propter conuertibilitatem atque æqualitatem. Secundo, quia non videtur, q̃ effectus, atque non cauſa eſſe poſsit notior cauſa. Ad hæc ergo reſpondet, & inquit. {Prohibet enim nihil æquæ prædicantium atque conuertibilium notius aliq̃n eſſe non cauſam ipſa cauſa. Et ſic non eſt abſurdum alterum conuertibilium altero eſſe notius, & ſic ſoluitur prima obiectio. Amplus nihil prohibet non cauſam, hoc eſt effectum eſſe notiorem cauſa: & ſic deletur ſecũda obiectio. Et ideo concludit. {Quare per hanc. ſ. non cauſam, quæ eſt conuertibilis, & notior ipſa cã, erit demonſtratio.


ARGY.

Quare demonſtratio per idipſum efficietur, veluti vagas ſtellas eſſe prope, quia non micant. Vagæ ſtellæ ſunt E, non micare B, prope eſſe collocetur in A: Vere igitur B dicetur de C, vagę nanque ſtellæ non micant. At vere etiã A de ipſo dicetur B: quod enim non micat, id eſt propinquum. Hoc autem per inductionem vel ſenſum ſumatur, A, igitur neceſſe eſt ipſi competere C. Quare demonſtratum eſt vagas eſſe propinquas. Hæc igitur ratiocinatio nõ eſt ipſius propter q̃d eſt. nõ. n. quia non micant, vagãtes ſtellæ ideo ſunt prope, ſed q̃a ſunt prope, ideo nõ micant,

E *Vt quod prope ſint planetæ per illud, quod non ſcintillent, ſit in quo C planetæ, In quo B non ſcintillare, in quo A prope eſſe. Verum igitur eſt, B de C dicere: planetæ. n. non ſcintillant. Sed & A de B, non ſcintillans enim prope eſt. Hoc autem accipitur per inductionem, aut per ſenſum. Neceſſe igitur eſt, A ipſi C ineſſe. Quare demonſtratum eſt, quod planetæ prope ſint. Hic igitur ſyllogiſmus non eſt eius, quod eſt propter quid, ſed ipſius quia eſt. Non enim ex eo quod prope ſunt, ſed propter illud quod prope ſunt non ſcintillant.*

DILVCI.

Exẽpla demonſtrationum quia & p̃p̃ quid.



F

Cõm. 134.

Cum dixiſſet differentias ſyllogiſmorum, hic eorum quæ dixit, exempla affert: & prius ſecundi modi eorum, qui in eadem ſcientia, ipſius quia, & ipſius propter quid ſyllogiſmorum exemplo facit, & inquit. Vt quod prope ſint planetæ, propter illud quod non ſcintillant. In quibus tetigit concluſionem, videlicet planetæ prope ſunt. & medium atque propoſitiones, videlicet planetæ non ſcintillant. Deinde diſponit ſyllogiſmum in propoſitionibus & terminis ex duabus affirmatiuis in prima figura hoc modo, planetæ non ſcintillant. quæcunque non ſcintillant, prope ſunt: planetæ igitur prope ſunt. Vnde inquit {Sit in quo C planetę, ita vt minor propoſitio ſit, B C, hoc eſt planetæ non ſcintillant. in quo B, ſit non ſcintillare, hoc eſt non micare. vel non vibrare: & hoc, vt medius terminus, & effectus eius, quod eſt prope eſſe. In quo A ſit prope eſſe. vtputa cauſa, & maior extremitas, ita vt maior propoſitio ſit A B, hoc eſt, quæcunque non ſcintillant, prope ſunt. Tunc colligit ſyllogiſmum, & inquit. (Verũ igitur eſt, B de C, dicere, planetæ enim non ſcintillant: hæc fuit minor. ſed & A de B etiam verum eſt: non ſcintillans enim prope eſt. & ſic habetur maior. Et quia hæc maior eſſet forte dubia, quaſi affert probationem, & inquit. {Hoc autem, ſ. quod non ſcintillans ſit prope, accipitur per inductionem, aut per ſenſum: verbum illud aut, non diſiunctiue, ſed copulatiue (vt Philo. inquit) accipit, pro & nam argentum prope poſitum non ſcintillat, procul vero ſcintillat: ſimili modo lucernarium lumen, procul ſcintillat, prope vero exiſtens, non ſcintillat: & ſic de ſingulis: ergo non ſcintillans prope eſt, & ſic maior perſpicua eſt, & ex ſenſibus manifeſta. Huius cauſam aſsignat Philopon. q̃m in longum tracti intuitus, debiliores efficiuntur. Et ideo magis patientes à lumine habent ſcintillationis phantaſiam. Propinquioribus vero exiſtentibus lucidis corporibus validiores ſeſe illis adijciẽtes aſpectus, minus ab ipſis patiuntur. Et hanc ob cauſam, qui debiliores intuitus habent, etiam propinquo lucida corpora ſcintillare putant, lucernarium lumen, aut aliquid tale. Si vero quam plurimum

G

H

Cã cur aliq a longe videmus ſcintillare: prope aũt nõ.

mum debiles ſint intuitus, neque reſpicere lucer- A narium lumen poſſunt, multa interueniente ſcintillatione, quare quæ prope ſunt non ſcintillant. Exci piunt autem ab his Solem & Mercurium. Nam, vt in Secundo lib. de Cælo dicitur, Sol & Mercurius vibrant, & hanc ob cauſam Mercurius à veteribus,
Text. cõ. 4. vt Simplicius dixit ſecundo de cœlo, Stilbon dictus eſt, hoc eſt ſcintillans. Sed quæ ſtellæ vibrent, quæ autem non, & cur in ſecundo libro. de cœlo per quirendum eſt. His ſic diſpoſitis, & in figura ordinatis, colligir, qualis na ſyllogiſmus ſit, & inquit. }Hic igitur ſyllogiſmus non eſt eius, quod eſt propter quid, hoc eſt demonſtratio, cuius medium ſit cauſa: propter quam concluſio eſt, ſed eſt ſyllogiſmus ipſius quia eſt, hoc eſt cuius medium eſt effectus, per quam cauſam eſſe abſolute ſyllogizatur. Et affert cauſam, & inquit. {Non enim ex eo quod non ſcintillant ſtellæ prope ſunt, ſed propter illud quod prope ſunt, non ſcintillant, vt declaratum eſt per inductioné ex ſenſibus deductã: hęc de exẽplo.

ARGY. *Fieri etiam poteſt, vt per alterum, alterum oſtendatur, atque tunc erit ipſius propter quid eſt ratiocinatio. Nam ſtellæ vagantes quidem ſint, C, prope autem eſſe in, B & non micare collocetur in A, Et, B, igitur competit ipſi, C, nã vagantes ſtella ſunt prope. Et, A, conſtat ipſi compe tere, B. Ea nanque non micant, qua prope ſunt, Quibus ſit vt A. quoque competant ipſi, C, Atque hæc eſt ratiocinatio ipſius propter quid eſt. Nam ſumpta eſt ipſa cauſa prima.*

DILVCI. *Poteſt autẽ & per alterum, alterum demonſtrari, & erit ipſis propter quid demonſtratio. Vt ſit C planetæ, in quo B, prope eſſe, A non ſcintillare. Eſt igitur & B in C, & A in B, quod eſt non ſcintillare. Quare & A in C. & erit ipſius propter quid ſyllogiſmus. ſumitur enim prima cauſam.*

conuerſa: quæ licet ſit vniuerſalis affirmatiua, poteſt tñ conuerti in terminis, qm̃ eſt de oi, per ſe. & ſecundum quod ipſum. & ſic conuerſa maiore, erit ipſius propter quid demonſtratio. Deinde d ſponit terminos, vt intelligatur maiorem in terminis eſſe conuertendam, & inquit }Vt ſit c planetæ: in quo B prope eſſe, A, ſit non ſcintillare. Tunc ex his eligir ſyllogiſmum: & inquit. }Eſt igitur. & B in c, ita vt minor, ſit B c, hoc eſt ex planetæ prope ſunt: & A in B, ita vt maior ſit A B, hoc eſt, quod prope eſt non ſcintillat: quare & A in c, id eſt, quare ex his ſequitur, quod c ſit A, hoc eſt, quod planetę non ſcintillant. Et hoc pacto terminis diſpoſitis, erit ipſius propter quid ſyllogiſmus. Sumitur enim in medio illius prima cauſa. Ergo ſyllogiſmus talis erit propter quid.


B *Rurſus ſit vt Luna per accretiones demonſtretur eſſe rotunda, quemadmodum quidam demonſtrant nam, ſi rotundum eſt id omne quod ſic acreſsit, Luna autem ſic accreſcit, perſpicuũ eſt Lunam eſſe rotundam. Atque hoc quidem modo ea facta eſt ratiocinatio, qua ipſum eſſe oſtenditur. At ſi medium contra ponatur, extruetur ipſius propter quid eſt ratiocinatio, non enim ob excretiones tales, rotunda eſt Luna. ſed quia eſt figuræ rotundæ, ideo talia ſuſcipit incrementa. Atque ſit in C, Luna. rotundum in B ſit, accreſcere ponatur in A.* ARGY.

Iterum ſic lunam demonſtrant, quoniam rotunda eſt, per accrementa. Si enim quod ſic augetur, rotundum ſit, DILVCI. *augetur autem ſic luna, manifeſtum, quoniam rotũda eſt. Sic quidem igitur ipſius quia ſyllogiſmus factus eſt. Contra autem poſito medio, ipſius propter quid ſyllogiſmus ſit. Non enim propter accrementa ipſius rotunda eſt ſed, quia rotunda eſt, acipit accrementa huiuſmodi. Luna ſit* C *in quo C, rotundum in quo B, Augumentum in quo, A.*

Demõſtratio propter quid.



Demõſtratio quia, & pp quid.



Cum demonſtraſſet Stellas prope eſſe, medio D termino exiſtente non ſcintillare, maiore autem
Cõm. 135. eſſe. Nunc ponit exemplum demonſtrationis propter quid: & conuertit ordinem terminorum, qui fuerunt in priore demonſtratione, & ponit maiorem terminum, ſ. prope eſſe, terminum medium vero, ſcilicet non ſcintillare, maiorem, & ſic ſyllogiſmus erit propter quid. nam cauſa in medio collocatur. hoc pacto, planetæ prope ſunt: quod prope eſt non ſcintillat: Planetæ igitur non ſcintillant. Hic igitur eſt ſyllogiſmus propter quid: ex cauſa enim cauſatum demonſtratur: quoniam ex eo q͏̃ prope ſint, demonſtratur planetas non ſcintillare. Vnde inquit. Poteſt autem, & per alterum alterum demonſtrare, hoc eſt viceuerſa maiore in terminis

Hic ponit ſecundum exemplum, & demonſtrationis quia & demonſtrationis propter quid. Q m̃ Com. 136. primo ſyllogizat per effectum cauſam, Secũdo cauſam per effectum, conuertendo maiorem in terminis: & ſic vtriuſque ſyllogiſmi exempla ſimul aſsignat, & inquit. }Iterum ſic Lunam demonſtrare, quoniam rotunda eſt, per accrementa, qui ſunt per corniculationem, & cæteras figuras, quæ in augumento lunæ obſeruantur. Tunc ponit ſyllogiſmum & inquit }Si enim quod ſic augetur, ſcilicet per corniculationem, & cæteras lunæ variationes, quæ in accremento fiunt, Rotundum ſit, augetur autem ſic Luna, ſ. corniculatione & alij variationibus, manifeſtum, quoniam rotũda eſt. Tunc recolligit vim exempli, & docet facere exemplum demonſtrationis propter quid, & inquit }Sic quidem igitur ipſius quia ſylogiſmus factus eſt, contra autem poſito medio, ipſius propter quid ſyllogiſmus ſit. Et aſ ſignat


ſignat cauſam inquit. }Non enim propter accrementa ipſius, Luna rotunda eſt, ſed quia rotunda eſt, accipit accrementa huiuſmodi, ſ. per corniculationem, & huiuſmodi cæteras variationes. Tunc diſponit terminos in figura ſyllogiſmi propter qd, & inquit. {Luna ſic ſit in quo c, Rotundum in quo B Augumentum in quo A. Et ſic ſyllogiſmus erit, luna eſt rotunda. Rotundum ſic augetur. Luna igitur ſic augetur.

ARGV. *In quibus autem ipſa media non conuertuntur, & eſt id notius quod non eſt cauſa, oſtenditur quidem eſſe, ipſum autem propter quid eſt non demonſtratur.*

D. I. LVCI. *In quibus autem media non conuertuntur, & eſt notius, quod non eſt cauſa, ipſum quidem quia demonſtratur, non autem ipſum propter quid.*

Non cõtingit pp quid demõ in non cõuertibilibus vł ex ignotioribus. Com. 137. 1. expoſitio Mediũ non cõuertibile in triplici ẽ differentia.

Hic textus non eſt clarus: propterea ab expoſitoribus non vno modo exponitur, nec nos eũ vna ratione intelleximus. Prima ergo ratione exponitur, quod medium non conuertibile, trifariam fit. vel quia eſt maiore minus, & minore maius, vt in hoc exemplo: Progrediens habet animam ſenſitiuam: equus progeditur: equus igitur habet animã ſenſitiuam. vbi patet terminum progrediens eſſe minus, quam maior, videlicet quam ſit habens animam ſenſitiuam, & maius quam minor, videlicet quam equus. Aut eſt cum maiore conuertibile, & maius minore. vt in hoc ſyllogiſmo, non ſcintillans prope eſt: venus non ſcintillat: venus igi-



tur prope eſt. Vbi patet medium eſſe cum maiore conuertibile, & in plus quam minor. Aut medium eſt minore minus: & ſic non eſt demonſtratio, quoniam non poteſt eſſe concluſio vniuerſalis. Vt in hoc ſyllogiſmo: non ſcintillans prope eſt: ſtella non ſcintillat: ſtella igitur prope eſt. Vbi patet medium eſſe in minus quam minor Ariſto. ergo inquit} In quibus autem media non conuertuntur cum minore termino. Vtputa, quia eſt in plus, non autem in minus, & eſt notius, quod non eſt cauſa: hoc eſt, & eſt effectus notior cauſa. Ipſum quidem quia demonſtratur, non autem poteſt conuerti, ita vt ipſum propter quid demonſtretur. Ergo vult dicere, quod, quando effectus non eſt cum minore conuertibilis & notior ſua cauſa, per ipſum demonſtratione quia demonſtratur cauſa, contra vero non poteſt. Hæc expoſitio an vera ſit poſtea dicemus. Aliter

Expoſitio Alex.

et am conſueuimus exponere, & quidem de Alexandri intentione. quod, cum Ariſto. oſtendiſſet quomodo per effectum conuertibilem fiat ſyllogiſmus, & declaraſſet illum fieri in prima figura, hic declarat quomodo per effectum non conuertibilem

E fiat ſyllogiſmus, & declarat primo hic fieri tales ſyllogiſmos in tertia figura: & non poſſe conuerti ad demonſtrationem propter quid, & dicit }In quibus autem media non conuertuntur, & effectus, qui non eſt cauſa, eſt notior ipſa, ipſum quidem quia demonſtratur. ſ. in in tertia figura, non aũt ipſum propter quid, quoniam non poteſt conuerti. Philoponus autem exponit, quod, cum Ariſt. dixiſſet & & de cauſis & cauſatis, quæ conuertuntur, dicit & de his etiam, quæ non conuertuntur. Et vult, quod quando non conuertatur medius terminus ad maiorem, hoc eſt cauſa ad cauſatum, & fuerit cauſatum notius ipſa cauſa, hic erit ſyllogiſmus ipſius quia, non autem ipſius propter quid. Et per non cauſam cauſatũ: intelligit, vt ſyllogiſmo qui dicit, Mulier peperit, quæ peperit viro adhęſit. notius. n. eſt ipſam peperiſſe: ad hoc enim ſequit adhæſiſſe viro.

Expoſitio Philopon.

F Non tamen illud ſequitur ad ipſum adhæſiſſe viro. Quare hic erit ſyllogiſmus ipſius quia & non propter quid: quoniam ex cauſato, hoc eſt ex peperiſſe cauſam hoc eſt viro adhæſiſſe, concluſit, tanquam omnino ſequatur ad cauſatum cauſa: quoniam ſi peperit, omnino etiam viro adhæſit. In his igitur, quę ita ſe habent, non eſt ſyllogiſmus propter quid, eo quod non ſequatur ad cauſam effectus. Sed quæres cur alterius modi non meminit. Vtputa, cauſato exiſtente, non omnino cauſa eſt. Dicendũ huiuſmodi Ariſto. nõ meminiſſe, quoniam omne, quod fit, ex cauſa fit. & ſic omnino neceſſe eſt cauſato exiſtente, & cauſam etiam eſſe. at cauſatum eſſe non poteſt, quin cauſa ſit. Hac ratione ſolum accepit, quod poſsibile eſt cauſa exiſtente, non omnino eſſe cauſatum: non tamen à contrario, cauſato exiſtente,

G non eſſe cauſam, Secundo quæres, cauſa & cauſatum eorum ſunt, quę ſunt ad aliquid: quo pacto ergo dicimus ipſa non conuerti, & contingere cauſa exiſtente, non eſſe cauſatum. Reſpondet Philop. quod potentia cauſa, quæ non actu eſt poteſt, eſſe non exiſtente cauſato, non enim vt cauſam dicimus eſſe, ſed vt rem. vtputa, ædificator poteſt eſſe, domo non exiſtente: quatenus habitum habet talem. Si tñ (vt cauſa caperetur) neceſſe eſt omnino & cauſatum eſſe, hæc enim ſunt eorum, quæ ad aliquid, & vt eſt alterum. Si enim cauſa potentia eſt, & cauſatum potentia eſt, & ſi cauſa actu eſt, & cauſatum omnino actu eſt. Vnde dicit} In quibus autem ſyllogiſmis, media non conuertũtur cum maiore extremo, hoc eſt cauſatum cum cauſa: & in talibus, id quod non eſt cauſa, hoc eſt cauſatum, eſt


H notius ſua cauſa, ipſum quidem quia demonſtratur per tales ſyllogiſmos, non autem conuerſione demonſtrari poteſt ipſum propter quid. Hæc eſt Philoponi expoſitio, quæ mihi placet: nam parum differt à prima.

Præterea, in his, quibus medium extra ponitur, etenim in his ipſis eſt ipſius eſſe, & non ipſius propter quid eſt demonſtratio. Non enim dicit cauſam ipſam. Veluti propter quid paries non reſpirat, quia non animal eſt. Nã ſi hoc non reſpirandi cauſa eſt oportebat animal reſpirandi cauſam eſſe. Cen ſi negatio cauſa eſt non eſſendi, affirmatio cauſa eſt eſſendi. Vt ſi calidorum ac frigidorum in temperatio, ſanitatem non habendi, cauſa eſt eorundem temperatio, ſanitatem habendi cauſa eſt. Pari quoque modo, ſi affirmatio eſſendi cauſa eſt: ad hæc autem hæc hoc ARGV.

pacto

pacto ſunt aſsignata non accommodatur id quod eſt dictum, non enim animal omne reſpirat. Atque ratiocinatio cauſæ talis in media ſit figura. A nanque ſit animal, B reſpirare, paries C: igitur ipſum A cuilibet quidem B competit nanque quod reſpirat animal eſt, Nulli autem in
D LXVI. *eſt C, Quare neque B cuipiam competit C: Paries igitur non reſpirat.*

Amplius, in quibus medium extra ponitur. Etenim in his, non propter quid, ſed ipſius quia demonſtratio eſt. Non enim dicitur cauſa. Vt propter quid non reſpirat paries, quia non eſt animal. Si enim hoc non reſpirandi cauſa eſſet, oporteret eſſe animal cauſam reſpirandi. Vt ſi negatio cauſa eſt ipſius non eſſe, affirmatio cauſa eſt ipſius eſſe. Sicut ſi ſine menſura eſſe calida & frigida cauſa eſt nõ ſanandi, & menſurata eſſe huiuſmodi, cauſa erit ſanandi. Similiter autem, & ſi affirmatio cauſa eſt ipſius eſſe, & negatio, ipſius non eſſe. In his autem ſic demonſtratis, B *non contingit, quod dictum eſt. non enim omne animal reſpirat. Syllogiſmus autem huius cauſæ eſt in media figura vt ſit A animal, In, quo B reſpirare, In quo C. paries, In quo B quidem igitur omne eſt, A, Omne enim reſpirans eſt animal. In C autem nullo. Quare neque B in C vllo eſt. Non igitur reſpirat paries.*



Com. 138. Cum poſuiſſet exẽpla aliorum modorum, nunc ponit exemplum (vt Philoponus autumat). Primi modi. Erat enim primus modus. quod ſyllogiſmus ipſius quia, vno modo eſt per cauſam remotam. Ergo huiuſmodi exemplum ponere intendit. Quo vero ad verba attinet. Alexander per medium extra poni intelligit ſecundam figuram: Mouetur, q̃a exempla, q̃ ſubſcribit, ſunt ſecũdæ figuræ. Accedit, quod Primo Priorum ſic Ariſto. dicit de ſecunda figura. Aliter autem exponit Alexander, & intelligit per medium extraponi mediũ eſſe longinquius à proxima cauſa: quaſi dicat, quod in medio termino nec propria nec proxima ſit cauſa, ſed mediatæ ſint propoſitiones. Talis enim erat primus differentiæ modus ipſius quia ad ipſum propter quid, Syllogiſmus nanque ipſius quia, qui per remotam cauſam fit, propoſitiones non immediatas habet, ſed mediatas: & quod ſic Ariſt. intelligat, patet ex his, quæ in exemplo dicit. Et patet etiam ibi. {Similes autem ſunt tales cauſæ his, quæ ſecundum exceſſum dictæ ſunt). Vbi patet eum per medium extraponi, intelligere, in medio non eſſe cauſam proximam. Et licet exemplum, quod ponit. ſit in ſecunda figura, tñ Ariſt. non illud ponit, tanquam non poſsit eſſe in ea ſyllogiſmus propter quid, vt poſtea dicemus. Vnde inquit. {Amplius in quibus ſyllogiſmis medium extra ponitur tanquam cauſa remota, ſubaudi in his demonſtratio eſt ipſius quia,

Verborum expoſitio. Alexand. Cap. 8.


Inſequenti parte text.

A non ipſius propter quid. cauſam affert, & inquit. Etenim in his non propter quid, ſed ipſius quia, demonſtratio eſt. non enim mediũ dicitur cauſa propria atque proxima, ſed remota. Ecce quomodo eius, quod dixerat, aſsignauit cauſam: per illud verbum. Affert exemplum, & inquit {Vt propter quid non reſpirat paries, reſpondetur, quia non eſt animal. Hic enim ſyllogiſmus per cauſam remotam fit non autem per cauſam proximam, cum effectu conuertibilem. Et quod ita ſit, probat Ariſt. & inquit} Si enim hoc, ſ. non eſſe animal, non reſpirandi cauſa eſſet, oporteret eſſe animal cauſam reſpirandi. Vt ſi negatio cauſa eſt ipſius non eſſe, affirmatio cauſa eſt ipſius eſſe. Quod exemplo pulchro probat, & inquit. Sicut ſi ſine menſura eſſe calida & frigida cauſa eſt non ſanandi, hoc eſt, cauſa eſt eſſendi ægrotum: & mẽſurata eſſe huiuſmodi, cauſa erit ſanandi atque eſſendi ſanum. Et, quoniam aliquis poſſet dicere, vtrum ſimiliter eſſet in affirmationibus, quaſi reſpondens inquit {Similiter autem, & ſi affirmatio cauſa eſt ipſius eſſe, & negatio erit cauſa ipſius non eſſe. Sed dubitare poteſt quiſpiam, quoniam Ariſtot. dicit, ſi non eſſe animal cauſa nõ reſpirandi eſſet, oportet animal cauſam eſſe reſpirandi. Videtur enim male vti conuerſione ad oppoſitum. non enim ex oppoſito antecedentis ſequitur oppoſitum conſequentis. Reſpondet Philop. quod Ariſto. non loquitur in propoſitione ſimpliciter, ſed in cauſa & cauſato. Vnde ſenſus eſt, ſi. n. hoc, ſ. non eſſe animal, non reſpirãdi cauſa eſſe proxima & conuertibilis, oporteret eſſe animal cauſam reſpirandi: qm̃ in cauſa conuertibili cum effectu, ſi negatio ſit cauſa ipſius non eſſe, affirmatio
C eſt cauſa ipſius eſſe. Vt, ſi incommenſuratum eſſe in humoribus ſit cauſa non eſſendi ſanum, commenſuratum eſſe erit cauſa eſſendi ſanum. Similiter autem & de affirmationibus. in cauſa enim, quæ cum effectu conuertitur, etiam ſi affirmatio cauſa eſt affirmationis, negatio erit cauſa negationis. Ergo Ariſt. nõ loquitur in propoſitione ſimpliciter, ſed in cauſa & cauſato. Propterea addit. {In his autem ſic demonſtratis, vtputa per non eſſe animal, non reſpirare, non contingit quod dictum eſt, ſ. quod eſſe animal ſit cauſa reſpirandi. Non enim omne animal reſpirat, quoniam nec inſecta, nec Piſces omnes reſpirant, ſed proxima cauſa non reſpirandi eſt non habere pulmonem. Qm̃ omne habens pulmonem reſpirat: & omne non habens pulmonem,

Dubitatio.

Rñ Philo.

D *Circulus, ſecundum quem mouetur Sol, æqualẽ habens ſemicirculum ſupra terram ei, qui eſt ſub terra.*



non reſpirat. Et quia dedit exemplum de cauſa remota ex animali, ex ponit nunc, in qua figura commodè fieri poteſt hoc exemplum, & inquit. {Syllogiſmus autem huius cauſæ, ſ. remotæ eſt in media quo

quo figura. Vt ſit A aĩal, In quo B ſit reſpirãs, In quo C ſit paries. terminis ſic conſtitutis. patet quod in omni B eſt A, Omne enim reſpirans eſt animal, In quo autem C nullo eſt ipſum A, Nullus enim paries eſt animal. Quare, neque B in C vllo eſt: non igitur reſpirat paries. Eſt igitur totus ſyllogiſmus, Nullus paries eſt animal. Omne reſpirans eſt animal: Nullus igitur paries reſpirat.

Quæſtio. Sed q̃res. Verũ in ſecunda figura poſsit fieri demonſtratio propter qd Ariſ poſtea reſpondebit in exemplo Anacharſis.

Rñ Philo. Tũ Phil. reſpondet hic, in ſecunda figura demonſtratio propter quid eſſe poteſt: & ponit exemplũ in hoc ſyllogiſmo,

Syllogiſm⁹ ꝑp quid fit et in ſecũda figura.

in habitatione quæ eſt ſub recta Sphæra, circulus, ſecundũ quem mouetur Sol, ęqualem habet ſemicirculum ſupra terrã ei, qui eſt ſub terra: at in quibus eſt maior & minor dies, non eſt pars ſolaris circuli, quę ſupra terram ęqualis ei, quę ſub terra eſt: in habitatione igitur quæ eſt ſub recta Sphæra non eſt maior & minor dies. Hic igitur eſt ſyllogiſmus propter quid. proxima enim cauſa eſt in medio termino.

Notãdum. Animaduerte (vt Philo. inquit) ꝙ ſyllogiſmus, quo Ariſt. probauit parietem non reſpirare: poteſt reduci ad primam figuram conuerſis maiore & concluſione in terminis. Qm̃ ſi nullus paries eſt animal: nullum animal eſt paries & omne reſpirãs eſt animal ergo nullum reſpirans eſt paries: quare hac conuerſa, nullus paries reſpirat.

Dubium. Quia vero Simplicius per ſecundam figuram illud concludebatur, propter hoc exemplum fecit in ſecunda figura. Sed quæres cum prima in figura fieri poſsit ſyllogiſmus negatiuus, cur non poſuit exemplum in prima figura.

Solõ Philo. Cauſam affert Phi. & quidem pulchram, qm̃ non poteſt in minori accipi medium negatiue. non enim poteſt aſsignari cauſa, quare maior non prædicetur de minore, niſi minor ſit negatiua. non enim cum homo animal ſit iccirco non eſt lapis: ſed in cauſis oportet medium terminũ negari de minore, & cauſam fieri eius proximã, & maiorem negari à minori: ſicut etiã in affirmatiuis ſyllogiſmis. Icciroo maior de minori ꝑdicatur, qm̃ & medius terminus prædicatur de minori, ita & in negatiuis oportet fieri: ſiquidẽ oportet mediũ terminum eſſe veram cãm eius, ꝙ maior in minori non inſit: & negetur medius terminus de minori, & per medium maior negetur à minori, quia igitur in talibus vult medius terminus de minori negare. in prima autem figura non contingit minorem propoſitionem negatiuam eſſe.

1. Priorom, cap. 6. Icciroo nõ poſsibile in prima figura ſyllogiſmum negatiuũ cauſæ fieri, niſi (vt diximus) duabus cõuerſionibus factis: & negatiuæ propoſitionis, & cõcluſionis. ꝙ autem eſſe animal non ſit cauſa, ꝙ homo non ſit lapis, patet, qm̃ & non animal exiſtens poteſt non eſſe lapis, vt lignum. Quia vero in ſecunda figura minor eſſe poteſt negatiua, ideo ſolũ in illa talis cauſæ ſyllogiſmus eſt.

ARGY. *Tales vero cauſæ ſimiles ſunt hiſce, quæ per exuperationem dicuntur. Hoc autem eſt medium id dicere quod ſuperat cauſam. cuius generis eſt Anacharſidis illud, in ſcythia modulatrices non ſunt: nam neque vites. In eadẽ igitur ſcientia & in mediorum poſitione hæ ſunt differentia ratiocinationis ipſius eſſe, ad ipſius propter quid eſt ratiocinationem.*

DI LVCI. *Similes autem ſunt tales cauſæ his, quæ ſecundum exceſſum dicta ſunt. Hoc autem eſt plurimum diſtans medium dicere. ſicut eſt illud Anacharſidis, quod in ſcythis nõ ſunt tibicines: neque enim vites. Secundum igitur eandem ſcientiam, & ſecundum mediorum poſitionem hæ differentia ſunt ipſius quia ad eũ, qui propter quid eſt ſyllogiſmus.*

Com. 139. Expõ quædam.

Exponit nunc quales cauſę ſint illę, quę ſunt medium extrapoſitum. & vna expoſitio eſt, ꝙ cauſe quę ſunt medium extrapoſitum, ſunt ſimiles his quæ ſunt ſecundũ exceſſum: hoc eſt ſunt cauſæ multum diſtantes. & exponit quid per cauſas multum diſtantes intelligit, & inquit. {Hoc autem eſt plurimum diſtans medium dicere. ſ. à proxima cauſa.

Hoc eſt medium terminum non eſſe proximam cauſam, ſed remotiorem. & ita verbum illud his, quæ ſecundum exceſſum dicta ſunt, exponitur pro eo quod eſt multum diſtantibus, & huius expoſitiuum eſt id, quod inſertur, Hoc autẽ eſt plurimũ diſtans mediũ dicere, ſ. à cauſa proxima. ergo per cauſas, quæ ſunt medium extrapoſitum, intelligit cauſas remotas: & hoc declarat exemplo Anacharſidis Scythæ, quo probat apud, Scythas non eſſe Tibicines: quia non ſunt vites.

Reprehenſio expõnis a Philopo. Expõ Phil. & Themiſ.

Reprehendit autem Philo. hanc expoſitionem. quoniam ſi ita intelligeretur, eſſet ſenſus, ꝙ longinquæ cauſæ eſſent ſimiles longinquis cauſis. Propterea exponit cum Themiſtio, qui per ea quæ ſecundum exceſſum dicuntur, intelligit ea, quæ ex ſuperabundantia ſumpta ſunt. Sufficit enim ad demõſtrandum, ꝙ paries nõ reſpiret dicere, ꝙ pulmonem non habeat. Illud vero, propterea ꝙ non ſit animal, ad exceſſum, & ex ſuperabundantia ſumptum fuit. Exponens autem quid velit intelligere per verbum ſecundum exceſſum ſubſcribit. hoc autem eſt dicere plurimum diſtans medium, hoc eſt longinquiorem terminum à propria cauſa. Talem (vt inquit) cauſam & Anacharſis Scytha aſsignauit eius ꝙ non erant Tibicines in Scythis. interrogatus enim an eſſent in Scytis tibicines: reſpondit, nullo pacto, qm̃ neque vites. Remotam enim & is cauſam aſsignauit. nam proxima cauſa erat non inebriari, huius autem non eſſe vites. Fertur autẽ hoc in vetuſtiſsimis annalibus Scytharum, vt Philop. inquit. {Vnde dicit} Similes autem ſunt tales cauſæ, quæ ſunt medium extrapoſitum his, quæ ſecundum exceſſum dicta ſunt, hoc eſt ex ſuperabundantia ſumpta. & exponit hoc & inquit: {Hoc autem eſt dicere plurimum diſtãs medium. Sicut eſt illud Anacharſidis, ꝙ in Scythis non ſunt tibicines: neque enim vites. & ſic non tibicines. Tunc epilogat, & inquit. {Secũdum igitur eandem ſcientiam, & ſecundum mediorum poſitionem, hoc eſt in eadem ſcientia, & quantum ad ipſam mediorum poſitionem. Hæ ſunt differentiæ ipſius quia, ad eũ qui propter quid eſt ſyllogiſmus.

Notãdum de ratione Anacharſidis tibicines.

Quo verò ad rationem Anacharſidis attinet, animaduerte Tibicines eos eſſe, qui oris inſtrumentis ſibillant, hi vero, vt Ariſto. inquit, in Octauo Politicorum, præ nimia anhelandi neceſsitate, quæ ad ſibilandum requiritur, in præcordis exiccantur: & propterea humore indigent, qui potu vini inſtauratur. in hac ratione ſibilatores ebrij ſunt. Argumentabatur ergo Anacharſis, in ſcythia non ſunt vites: igitur non eſt vinum in ſcythia non eſt vinũ igitur nec ebrietas. In Scythia non eſt ebrietas, igiẽ non ſunt ſibilatores. quare cum in ſcythia nõ ſint vites

vites,nec in ſcythia erunt tibicines,ſibilatores.ec-
Dubĩ. 1. ceqũo cauſæ tales ſint ſimile. his quæ ex ſuperabũ
dantia ſummuntur. Sed dubitatur, qm̃ videtur ꝙ
plures ſint differentiæ ſyllogiſmorum quia ad ſyllo
giſmos pp quid in eadem ſcia,quam duæ:nam dif-
Solutio. ferunt etiam p affirmatiuum, & negatiuum. Et di
cendum ꝙ hæ non ſunt differentiæ neceſſariæ.Syl-
logiſmus.n.pp quid poteſt eſſe & affirmatiuus, ne
gatiuus:& ſylls quia etiã:Nam qui eſt per effectum
conuertibilem,eſt affirmatiuus:qui aũt per cãm re
2. Dubĩ. Auer. motam, eſt negatiuus. Secundo dubitatur,qm̃ nõ
videtur ꝙ duæ tm̃ ſint demõſtrationis ſpecies: qm̃
Græci. Auer. addit demõſtrationem ſimplr: cuius mediũ
eſt nobis,& naturæ notum. Græci vero (vt Alex.
Themiſt.& Philo.) duplex eſſe tm̃ demonſtratio-
nis genus. alterum ipſius quia, alterum ipſius pp
quid.Nec ab ratione ſic dicunt: qm̃ in omni demõ B
ſtratione, aut medium eſt cã, aut effectus. ſi cauſa,
vel proxima,vel remota. Remota quidem conſti-
tuit demõſtrationem quia, proxima vero, demon
ſtrationem pp quid.si aũt ſit effectus, demonſtra-
tio erit quia,& ſic nulla ſpecies pręter has eſſe põt.
Fortaſſe Auer.aſſerit tres eſſe ſpẽs per diuiſionem,
& ſubdiuiſionem.Qm̃ omnis demonſtratio ſecun
dũ genus duplex eſt, aut ipſius quia, aut ipſius pp
quid. Et ipſius propter quid demonſtratio duplex
eſt. nã, cum in omni tali medium ſit cauſa.talis cau
ſa põt eſſe nobis nota atq; manifeſta dupliciter.
vel nota nobis per inuentionem, quæ fit ab effectu
quales ſunt demõſtrationes phyſicæ pp quid, quæ
fiunt in ſcd'o proceſſu. Hæ.n.dñr demonſtrationes
puræ pp quid:qm̃ mediũ eſt cã,quæ ſua natura non
eſt nobis notior effectu,ſed p inuentionem:q̃ pro-
ficiſcitur ab ipſo. Aut põt nobis eſſe nota, effectuq; C
manifeſtior pp eius naturam, & nõ p inuentionẽ,vt
ſunt in demr̃onibus mathematicis. Non.n.in illis
cauſæ inueniunt p effectus, nec in illis fit regreſſus.
Immo facta deſcriptione in abaco, ſimul habetur
effectus inuentio,& inuentionis cauſa. Et tales de-
mr̃ones ab Auer.dñr demõſtrationes ſimplr, ſine
cauſæ & eſſe:qm̃ p tales demonſtrantur effectus eſ
Cõciliatio græcoꝝ cũ Auer. ſe,& pp quam cãm ſunt. Et ſic pñt græci cũ Auer.
conciliari qm̃ cum dñt duas eſſe tm̃ demr̃onis dif-
ferentias: ad primas demr̃onis differẽtias reſpexe
runt,quę ſcd'm genus duæ tm̃ ſunt, Cum aũt Auer.
dicit eſſe tres,reſpexit ad primas,& ſubalternas dif
Tertia dubitatio. ferẽtias,ad diuiſionem,& ſubdiuiſionem. Tertio
Solũ. the. dubitabis an demonſtratio quia ſit ſylls tm̃, vel ſit
demr̃o. Themiſt. Secundo huius velle vr̃, ꝙ pro-
ceſſus ab effectu ad cãm ſit ſylls tm̃, contra vero à D
cauſis per effectum inuẽtis ſit abſolute dicenda de
Philopo. monſtratio. Phil.voluit proceſſum ab effectu eſſe
demonſtrationem coniecturalem, contra vero eſ-
Ammon. ſe demõſtrationem pp quid. Ammonius vero Pri
mo de Aĩa aſſerit primũ proceſſum ab effectu eſſe
Vide ſupra cõ. 21.34. &.132. demr̃onem, ſecundum vero eſſe ſyllm tm̃.qm̃ me-
dium inuentum nunquam redditur notius effectu,
quo inueniebatur. Sed de hac re ſæpe dictum eſt,
nunc vero dici põt, ꝙ vterq; proceſſus eſt demon-
ſtratio. Primus quidem vt Philop.inquit,coniectu
ralis,& demonſtratio ſcd'm materiam,ſecũdus de-
monſtratio abſoluta,& pp quid. Quo vero pacto
medium poſsit effici notius effectũ,quo inuenieba
tur,alibi diximus. Quarto dubitares,quia non vi-

A detur ꝙ demonſtratio per cauſam remotam ſit di
cenda,quia.ſed potius pp quid, qm̃ eſt demonſtra
tio per cauſam, Cauſa aũt eſt ęqualis ipſi pp quid.
Solutio. Dicendum, ꝙ ſola cauſa proxima eſt ipſi pp quid
æqualis, qm̃ pp ipſas reſpondetur affirmatiue ad
quæſtionem factam propter quid, non ſic reſpon-
detur per cauſam remotam. Si.n.quæritur propter
quid homo reſpiret,non dicimus quia eſt aĩal, ſed
dicimus quia pulmonem habet. negatiue vero re-
ſpondemus. Si.n.quæritur an paries reſpiret,reſpõ
detur ꝙ non.quia non eſt animal. Et ſic per tale me
dium demonſtratur non eſſe: non aũt demonſtra-
tur propter quid non eſt.


ARGY. *Alio vero modo differũt eſſe, & propter quid eſt quod per aliam atq; aliam vtrunque conſideratur. Tales autem ſunt hæ, quæ ita ſeſe habent vt altera ſub altera collocetur, vt ad Geometriam perſpectiua, & ad ſolidorum ſcientiam, machinarum facultas extruendarum; & ad arithmeticam muſica, & ad aſtrologiam ſeſe habet eorum ſcientia quæ apparent.*

DI LVCI. Propterqd Subalter-nãtiquia. Subalternatæ ſciæ eſt. *Alio autem modo differt ipſum propter quid ab ipſo quia: quòd eſt per aliam ſcientiam vtrunque ſpeculari. Huiuſmodi autem ſunt, quæcunque ſic ſe habent adinuicem, vt alterum ſub altero ſit. vt Perſpectiua ad Geometriam, & mechanica ad Stereometriam. & Harmonica ad Arithmeticam, & Apparẽtia ad Aſtrologiam.*

Cum aſsignaſſet differentiam ipſius quia,ab ip-
ſo propter quid in eadem ſcientia,nunc diſcrepan-
Com. 140. di ipſius quia & propter quid non in eadem ſcien-
tia hoc in loco rationem aſsignat per id quod di-
cit.{Alio autem modo differt ipſum propter quid
ab ipſo quia.& exponit quis eſt iſte alius modus,&
inqt}Quod eſt,hoc eſt,q modus eſt per aliam ſciẽ
tiam atque aliam vtrunq; ſpeculari. Quoniam pro
pter quid conſideratur in altera, & ipſum quia in
altera. Et quia dixit per aliam atq; aliam ſciẽtiam,
exponit quæ ſint iſtæ,& quo modo ſeſe habent in-
ter ſe,& inquit: {Huiuſmodi autem ſunt quæcunq;
ſic ſe habent adinuicem, vt alterum ſub altero ſit.}
hoe eſt tales ſcientiæ ſunt ſubalternæ: nam in ſubal
ternante ipſum propter quid conſideratur,in ſub-
alternata,conſideratur ipſum quia Hoc pacto, vt
inquit,ſe habẽt ipſa Perſpectiua ad Geometriam.
& ipſa mechanica ad Stereometriã, & ipſa Harmo
nica ad Arithmeticam,& Apparentia ad Aſtrolo-
giam. Sũt.n.hæc ſubalterna, quatenus alterum ſub
altero eſt:& ſemper ipſum propter quid in ſubalter
nante, & ipſum quia in ſubalternata conſideratur.
Sit aũt in exemplo, vt dicat Perſpectiuus, cur quæ
procul conſpiciuntur,minora apparent, quæ vero
prope,maiora:& aſsignẽt huius rei cauſam, dicẽs,
ꝙ quæ ſub minore angulo conſpiciuntur maiora
apparent,quæ vero propius ſpectãtur, eadem exi-
ſtentia ſub maiore angulo conſpiciuntur,quã quan
do longinquius fuerint. Sit igitur magnitudo.quę
conſpicitur C D, oculus vero in A puncto, radij vi-
ſuales,qui exeunt ab oculo, per quos & ſuſceptio
fit, ſint A C, A & D: ſit igitur triangulus baſim qui-
dem habens C D, Latera autem,ſ. A D,& A C,radios,
qui ex oculo, verticem vero ipſum oculum, vtpu
ta A. Si igitur moueatur oculus, & prope fiat viſi-
bili, vtputa ſecundum B A. quo quidem rectæ li-
neæ ſeſe adijciunt in viſibili, quæ ſint B C, B D, erũt
perficientes alterum triangulum, ſcilicet B C D,

cuius vertex quidem rurſus eſt, B baſis autem magnitudo, quæ videtur, ſ. C D, latera vero B C, B D, quæ radij ſunt ab oculo exeuntes. Sunt igitur duo trianguli baſim quidem habentes eãdem, vertices aũt & latera differentia. Quod igitur quæ propius conſpiciuntur, ſub maiore angulo conſpiciantur, di

Oculus



Res viſu

cit perſpectiuus. cur angulus, qui eſt ſub C B D, maior ſit eo, qui eſt ſub C A D, non amplius perſpectiuus demonſtrat, ſed Geometra. Ecce q̃uo in ſubalternante propter quid, in ſubalternata vero quia conſideratur. Quo vero ad verba attinet: aĩaduerte qđ differt. Stereometria à Geometria: q̃m Geometria circa ſuperficies cõſiderationem facit, Stereometria, circa corpora. eſt ergo Stereometria principalior quam mechanica. Mechanica. n. his vtitur, quæ demonſtrata ſunt in Stereometria, tanquam principijs & cauſis. Apparẽtia aũt vocat obſeruationem eorum, q̃ apparent, quæ à nautis fit. vtputa q̄ hac die hæc ſtella exoriatur, & de alijs omnibus: quę quidem ex obſeruatione nautæ ſciũt. ſed obſeruatio quidem nautarum ſcit ſolummodo ipſum quia, de quibus ſcit, Aſtrologia vero cauſas horum aſsignat. Hæc ex Philoponi commentarijs ſatis pulchre colliguntur.

Verborum expoſitio.

ARGY. *Atq; harum nonnullæ ſcientiarum nomine rationeue fere conueniunt, ceu Aſtrologia eſt & ipſa Mathematica, & nauigandi ſcientia, & Muſica, ea eſt quæ mathematica & quæ auditum oblectat. Hic enim ipſum quidẽ eſſe ad eos pertinet ſcire qui ſenſu vtuntur, Ipſum autem propter quid eſt, ad mathematicos ipſos. Hi nanque cauſarum demonſtrationes habent.*

DILVCI. *Fere aũt vniuocæ ſunt harum ſcientiarum quædam, vt Aſtrologia & quæ Mathematica, & quæ Nautica, & Harmonica, & quæ Mathematica, & quæ ſecundum auditum. Hoc. n. in loco ipſum quidem quia ſenſibilium eſt ſcire, Propter quid autem, mathematicorum, Hi. n. habẽt cauſarum demonſtrationes.*

Com. 411. Quia mentionem fecit de ſubalternis ſcientijs, & dixit ipſum propter quid in ſubalternãte, ipſum quia in ſubalternata conſiderari, nunc obiter exponit, quonam modo ſubalternæ ſcientiæ conueniãt. & talem diuiſionem innuit, q̄ ſubalternarum ſcientiarum, aliæ ſunt fere vniuocæ, quaſi nomine ac ratione fere conuenientes, vt Mathematica, Aſtrologia, & Nautica, & Mathematica Harmonica & quæ ſecundum auditum eſt. Conueniunt. n. fere

A nomine, ac ratione. Aliæ nomine & ratione penitus differunt, vt Phyſica, & Medicinalis. non enim nomine, nec ratione conueniunt. vnde inquit} Fere aũt vniuocæ ſunt harum ſcientiarum quædam, & ſubaudi & quædam nullo pacto vniuocæ. Et quæ ſunt feræ vniuocæ, exponit, & inquit {Vt Aſtrologia, & quæ Mathematica eſt, hoc eſt rationalis, & quæ nautica eſt: nam ſi quis craſsiuſcule aſsignauerit harum rationes, cões conſpiciet has, vtputa, ſi quis dicat Aſtrologiam eſſe cognitionem eorum, quæ ſunt ſecundum cælum, cõem aſsignabit rationem. & ipſius naualis, & ipſius aſtrologiæ, & ipſius mathematicæ, & ſic omnes fere nomine mathematicę cõueniunt, ac ratione quadam cõi. Affert etiã ſecundum exemplum, & inquit: {Et harmonica, & huæ mathematica. & quæ ſecũdum auditum. nam

B ſiquis cõem rationem aſsignabit, fere vniuoce oĩbus illis cõpetit. Dixit aũt fere, quia non penitus vniuocæ ſunt, ſed nec rurſus æquiuocæ ſi. n. eſſent æquiuocę: nõ haberẽt cõitatem ad res nunc aũt circa eaſdem res fere verſantur. Et quia dixit has eſſe ſubalternas, & ipſum quia cõſiderari in ſubalternata, ipſum propter quid in ſubalternante, hoc exponit, & inquit {Hoc. n. in loco ipſum quidẽ quia ſenſibilium eſt ſcire, hoc eſt, dico has eſſe ſubalternas, & differre ipſum quia ab ipſo pp quid, quia ipſum quia eſt ſenſibiliũ ſcire, ipſum aũt pp quid eſt mathematicorum: cuius rationem affert, & inquit. {Hi. n. habent cauſarum demõſtrationes. Ergo ipſorum eſt ſcire pp quid. & per ſenſibilia particulares, & ſubalternatas ſciẽtias intelligit: q̃m (vt Phil. inquit) Pithagoricorũ muſica, quæ rationalis eſt, ratione procedit, non ſenſu. at muſica ſubalterna-

C ta ſolo ſenſu indicat quid conſonum ſit, quidue inconſonum. & propterea dicitur muſica ſenſibilis, hac etiam ratione ipſum quidem quia ſolũ modo ſcit. vtputa q̄ Harmonia conſona ſit: mathematica vero, & rationem cur conſona ſit præbet.

ARGY. *Et perſæpe neſciunt ipſum eſſe, quemadmodum hi qui contemplantur ipſum vniuerſale, nonnulla ſingularium quia non animaduertunt ſæpenumero neſciunt.*

DILVCI. *Et ſæpe neſciunt ipſum quia. ſicut qui vniuerſale conſiderant, ſæpe quædam ſingularium neſciunt, propter id quod non intendunt.*

Nõ omnis ſcia ſciens pp. qd. ſcit ipſum q̃a. Com. 142.

Quia dixit, q̄ ſcientiæ ſubalternãtes habent cauſarũ demõſtrationes, addit, & ſæpe neſciunt ipſum quia. Hoc eſt. licet ſubalternantes ſcientiæ, vt mathematicæ ſciant ipſum propter quid & cãrum rationes, tñ ſæpe neſciunt ipſum quia, quod ſcitur ab

D ipſis ſubalternatis ſcientijs. Et hoc eſſe poſsibile, exponit per quoddam ſimile, & inquit. {Sicut qui vniuerſale conſiderant, ſæpe quædam ſingularium neſciunt illius vniuerſalis, propterea q̄ non intendunt, nec animaduertunt. Et hoc Philoponus exponit, ſicut enim inquit, qui ſcit nullam mulam fieri grauem, ſæpe conſpicatus nullam, cuius venter in molem intumuerit, contingit vt ſuſpicetur q̄ reddatur grauis, aut non ſciens vniuerſalem rationẽ, videlicet q̄ nulla mula prægnans efficiatur, aut q̄ præſens animal non ſit mula: ita qui ſciũt ipſum propter quid, ſæpe ignorant particulare propter inaduertẽtiam. Et ſic verba illa {propter id quod non intendunt} dupliciter exponi poſſunt: vno modo propter id quod non intendunt ad vniuerſalem ratio-

rationem,alio modo propter id, quod non intendunt ad ipſum particulare, ꝙ ſit ſub vniuerſali, vt muſicus ſæpe conſonam harmoniam audiens, non nouit an conſona ſit, quamuis vniuerſaliter ſciat quæ ſint conſonæ rationes. Propter id quod non aduertunt ad particulare contineri ſub vniuerſali. Ergo ſtat ſubalternantem ſcientiā ſcire ipſum propter quid,& ignorare ipſum quia.

Duplex expoſitio vltimæ particulæ text.

ARGV.

Hæ aūt ſunt,quæ formis ipſis vtūtur,quę quidem ſunt alia quadam,ſubſtantiaq; diuerſa. Mathematicæ nanq; ſciētiæ ſunt circa formas.De nullo.n.ſubiecto dicunt.Nā & ſi geometrica ipſa ſunt in ſubiecto,non tamen vt in ſubiecto ſunt geometricæ conſiderationi ſubijciuntur.

DILVCI.

Sunt autem hæc,quæcūq; alterum quiddam cum ſint, ſecundum ſubſtantiam, vtuntur ſpeciebus. Mathemata enim circa ſpecies ſunt:non enim de ſubiecto aliquo ſunt. Si enim & de ſubiecto aliquo geometrica ſunt, ſed non B *quatenus geometrica,de ſubiecto ſunt.*

Com. 143. Expoſitio Philopo.

Qm̄(vt Philopo.inquit)dixit ipſum quia ſenſibiliū eſſe:ipſum vero propter quid,mathematicorum:expoſuitq; quæ ſenſitiuæ ſint, & vocauit ſenſitiuas, harmonicam illam: quæ ſecundum auditum eſt,& aſtrologiam,illā,quę ſcd̄m naualem eſt.Hoc in loco vult exponere quæ ſint mathematicę: ergo ſecundum Philoponum, poſtquam expoſuit ſenſitiuas,nunc exponit mathematicas:& inquit.{Sunt autem hæc,hoc eſt,ſunt autem ſcientiæ mathematicæ,ſiue mathemata,hæc quęcunq; alterum quiddam cum ſint ſcd̄m ſubſtantiam, ſubaudi à ſenſitiuis mathematicis, vtuntur ſpeciebus, hoc eſt formis,& vniuerſalibus accidentibus, non reſpiciētes ad ſubſtantia illorum accidentium. Vnde Philoponus inquit,ꝙ mathemathicæ dicuntur ſciētiæ,quęcunq; exiſtentes aliud quid ſecundum ſubam à ſenſitiuis,non vtuntur illa ſubſtātia, ſed ſolum ſpecies C expoliant ab ipſa ſenſibili materia. Nā naualis quidem,aſtrologia,& muſica,quæ ſcd̄m auditum,non ſpeciebus ſolis vtuntur per ſe, ſed ipſa rerum ſubſtantia:mathematicæ aūt ſpeciebus ſolis,nullo pacto ſecundum ſubam ratiocinantes ſunt,neq; ſenſu vtentes. Ecce ꝙ Philoponus (vt mihi videtur) per ſubam, ſenſibilem materiam intelligit: quoniam Ariſt.inquit, Sunt aūt hæc,ſ.mathemata quæcunq; alterum quiddam cum ſint ſcd̄m ſubſtantiam,hoc eſt ſenſibilem materiam,vtuntur ſpēbus abſtrahendo à ſenſibili materia. Et aſsignat cām,& inqt{Mathemata.n.circa ſpēs,ſunt & de ſpēbus agunt ſolis nō.n.de ſubiecto aliquo ſunt,hoc eſt de aliqua ſenſibili materia. expoliant.n.ſpēs ab illa materia ſenſibili. Sed,dices,cōtra,qm̄ mathematicus non pōt conſiderare lineam, niſi illa ſit aut in cælo, aut in terra,aut in igne,aut aliquo miſto, ergo nō poteſt conſiderare lineam, niſi materiam ſenſibilem ſpectet. Rn̄det,& īquit. Si.n.& de ſubiecto aliquo geometrica ſunt,vt de cælo,aut terra,aut miſto, nō tn̄ quatenus geometrica,de ſubiecto aliquo ſunt, ſed per accn̄s,quatenus non poteſt eſſe linea, quin ſit in aliqua materia ſenſibili. Quo vero ad verba attinet:animaduerte ꝙ verbum illud ſpeciebus græce eſt ειδεσι,Ideſt,latine formis.ſiue ſpeciebus:verū per formas,neq; Ariſto.neq; Philoponus intelligit accidentia ipſa,nulla penitus ratione habita ad ſubiecta,non enim poteſt accidens intelligi omnino A ſubiecto non intellecto. Sed per formas, ſiue ſpecies intelligit vniuerſalia accidētia,vt lineas,ſuperficies,& corpora,& numeros, q̄ non reſpiciunt certum datum ſubiectum. nō.n.mathematicus abſtrahit à ſubiecto, non.n.poteſt quantum, vt lineā vel id genus conſiderare,quin in ſubiecto,ſaltem confuſe accepto conſideret: ſed dicitur abſtrahere à ſubiecto,quia abſtrahit à certo dato ſubiecto,vt à ligno,ab igne,& cæteris id genus, non aūt à ſubiecto cōfuſe ſumpto. Ex his patet per mathematicas eſſe intelligendum eas ſciētias, quæ vniuerſalia accidentia quanta conſiderant abſtrahētes à ſubiectis determinatis illorum. Per ſenſitiuas vero ſciētias, & intelligit eas, quę conſiderant illas in ordine ad certa ſubiecta.vt naualis de ſtellis in ordine ad motum ſenſibilem, Muſica de conſonantia, in ordine ad ſonum audibilem.

Obiectio. textualis.

Reſponſio.

Verborum expoſitio.

ARGV.

Vt autem Perſpectiua ſeſe habet ad Geometriam, ſic alia ſeſe habet ad Perſpectiuam. Veluti de iride. nam ipſum quidem eſſe ad Naturalem pertinet ſcire, ipſum autem propter quid eſt,ipſius eſt Perſpectiui, aut ſimpliciter,aut eius qui complectitur mathematicam. Complures etiam ſcientiarum, quæ non ſunt ita diſpoſitæ, vt altera ſub altera ſit collocata, pari modo ſe habent. vt medicina atque geometria. Nam ſcire vlcerum ea quæ orbis ſubeūt formam tardius cæteris curari,ad medicum ſpectat, Propter quid autem ad geometram.

DILVCI.

Hi aūt & ſe alia ad Perſpectiuam, ſicut hæc ad Geometriā,alia ad hanc,vt quod de iride eſt. Nam ipſum quidē quia phyſici eſt ſcire,ſed propter quid Perſpectiui, aut ſimpliciter,aut ſecundū diſciplinam. Multæ autem & nō ſubalternarū ſcientiarum, ſe habent ſic. vt medicatiua ad geometriam. quòd.n.vulnera circularia tardius ſanentur. Medici eſt ſcire quia, propter quid autem, Geometræ.

Com. 144.

Cum expoſuiſſet,quæ mathematicæ, quæue ſenſitiuæ dicantur,exponit hic,quæ ſe habent vt ſenſitiuę ad mathematicas,& inquit{Habet autem ſe & alia ad hanc Perſpectiuam,ſicut hæc,ſcilicet perſpectiua ad Geometriam. Hoc eſt quam rationem habet perſpectiua ad geometriam,eam rationem habet aliqua alia ſciētia ad perſpectiuam. Vt quid eſt de iride. Supra quo exemplo, Alexand inquit, ꝙ quæ conſiderat Theorema de iride, ita ſe habet ad perſpectiuam, vt ſe habet perſpectiua ad geometriam. qm̄ {vt inquit} ſicut geometria vtitur ſolis ſpeciebus ſine ſubſtantijs, Perſpectiua aūt rectam lineam, quæ in aere eſt, aſſumit, quæ quidem cum naturale ſit corpus,ſubiectum habet ipſas intuitio D nes. Et perſpectiua ſumit ſolum ipſum, quia, Geometria vero ipſum ꝑꝑ quid oſ̄ndit:ita ſe habet,quæ Theorema de iride ſpeculatur, ad ipſam perſpectiuam. Hæc quidem Alex.per quæ(vt mihi videtur) innuit hāc ſciam,quæ de iride eſt, eſſe quaſi aliquā ſpecialem ſciam,quæ ſe habet ad perſpectiuam, vt perſpectiua ad geometriam. Proculus vero dicebat Ariſt.innuere non ſciam ſpecialem,ſed eam naturalis philoſophiæ partem,q̄ græce Catoptrice dicit. Catoptrices.n.eſt Theorema de iride:nā Catoptrice de refractionibus facit ſermones. Perſpectiuus vero de his,q̄ aſpectibus accidunt, conſiderat. Atq; Catoptricus vtitur his, quę perſpectiui ſunt. nam ſimpliciter quidem ſumit:quæ accidunt circa iridē ꝙ tricolor,ꝙ nō plures duobus, ꝙ nunquam

Alexan. de exemplo iridis.

Proculus.

maior ſemicirculo ſit, & ſimilia: quæ quidem phyſi
cus pōt ſcire, pp quid aūt hæc fiunt, ſcit perſpecti
uus: quo circa & Catoptricus ita ſe habet ad perſpe
ctiuum, vt perſpectiuus ad geometriā. Quod aūt
eam naturalis philoſophiæ partē intelligat, quæ eſt
de iride, confirmatur ex his, quæ ipſe Ariſto. infert.
Nam ipſum quidem quia. phyſici eſt ſcire, ſed pp
quid perſpectiui, aut ſimplr, aut ſecundum diſcipli
nā. Per hæc.n. obſcure indicat Catoptricū: hoc eſt
enim phyſicum. qui ſolū de iride conſiderat non.n.
Catoptricus ſimpliciter perſpectiuus eſt, ſed ſcd'm
diſciplinam iridis. Iridis vero diſciplinam ob aſpe
ctuum refractionem docet accidere. Deinde iterū
affert aliud exēplum earum, quæ ſe habent. vt ſub-
alternæ. Et tñ nō ſunt ſubalternæ, & hoc proponit,
& inquit. Multæ aūt & non ſubalternatum ſcientia
rum ſe habent ſic, hoc eſt non ſunt ſubalternæ, & ſe
habent, vt ſubalternę. Quarū exemplum affert: &
inqt: Vt medicariua ad geometriā. ꝙ.n. vulnera cir
cularia tardius ſanentur, Medici eſt ſcire quia: pro-
pter quid autem geometræ. ergo ſe habent, vt ſub
alternæ, & tamen non ſunt ſubalternæ. Circa hoc
exemplum de vulneribus circularibus) vt Philop.
inquit.) Geometra cauſam dicit, quoniam circu-
lus omnibus figuris iſoperimetris valde capacior
eſt. Semper enim iſoperimetram anguloſiores,
ſunt valde capaciores: & quoniā circulus finis eſt
multam gulatum, iccirco omnium figurarū eſt ca-
paciſsima: quo circa & orbiculare vlcus, plurima
eget carne, quoniam diuturnior in ipſo repleto fit,
atq; cicatrizatio. Sed contra, qm̄ ſi ſupponamus
duo vulnera nō æqualis menſuræ. maius quidem re
ctilineam, minus vero, circulare: conſtat difficilius
conſolidari circulare, licet ſit minus: quare nō pro-
pterea ꝙ valde capacius ſit circulare, id accidit.
Propter hæc Philoponus aliter aſſerit. ait enim hu
ius rei cauſam eſſe, ꝙ partes ſaneſcentes non adia-
cent, neque prope ſitæ ſint, ſed procul. Iccirco na-
tura permoleſte conglutinat, & iungit ipſas. Huius
rei ſignum eſt, quòd medici ſecant talia vulnera, &
angulos faciunt, vt circulatem deleant figurā. Nam
vbi ſunt anguli, cum paruum ſit ſpatium interme-
dium, partium, quæ ſanæ ſunt, poteſt Propterea ꝙ
non procul ſint, quæ ſanę ſunt) natura iungere.

Philopo. de exēplo vlceris circularis cū tardationis cō ſolidatiōis vlceris circularis.

Refutatio cauſæ.

Alia cauſa.

Sed mihi videtur, ꝙ hæc ratio calumniam patiaē,
quam omitto. Propterea adducamus aliud exem-
plum, & capiamus medicinam & aſtrologiā: & in-
ueniemus, ꝙ medicus dicit, ꝙ ſeptimi dies in ægri-
tudinibus ſint decretorij, Cur vero decretorij ſint,
nō nouit. Aſtrologus autem cauſam dicit: propter
tetragonicas & diametricas lunæ figuras, & alia q̄-
dam, de quibus in libello de Criticis abunde dixi
mus. Siquis autem vellet, poſſet dicere (vt Iunio-
res autumant) ꝙ hæ ſcientiæ ſimpliciter ſubalter-
næ non ſunt, quoniam principia medicatiuæ non
probantur propter quid in Geometria. Secūdum
quid vero ſunt ſubalternæ, qm̄ ſecundum aliquam
partem altera alteri ſubalternatur. Id enim quod
de vulneribus circularibus dicitur, probatur pro-
pter quid in geometria.

ARGY.

*Prima autem ratiocinationis figura maxime ad ſcien
tiam ipſam accōmodatur. mathematicæ ſcientiæ nanq;,
vt arithmetica, geometria, & Perſpectiua. per hanc, vt
patet, ſuas afferunt demonſtrationes: atque etiam omnes*
E *fere, quæ ipſis propter quid eſt faciunt conſiderationem.
aut.n. omnino, aut perſæpe, & in plurimis, hac in figura
ipſius propter quid eſt efficitur ratiocinatio. Quare pro-
pter hoc etiam ipſum maxime ad ſcientiam erit accom-
modata. Propriiſsimus enim ſciendi modus eſt contempla
ri ipſum propter quid eſt.*

DI LVCI.

*Figurarum autem faciens ſcire maxime prima eſt.
Etenim mathematicæ ſcientiarum per hanc demonſtra-
tiones ferunt. vt Arithmetica, & geometria, & perſpe-
ctiua. & fere (vt eſt dicere) quæcunque ipſius propter
quid faciunt conſiderationem. Aut. enim omnino, aut ſi-
cut frequentius, & in plurimis per hanc figuram, qui eſt
propter quid ſyllogiſmus, fit. Quare & propter hoc erit
maxime faciens ſcire. Propriiſsimum enim ſcire eſt pro-
pter quid ſpeculari.*

Tex. cō. 31 Prima figura pfectiſſima eſt, demonſtrationi ſimplr Propriè cōueniens.

Com. 141. Philopon.

Introductio text. ſecundum Iuniores.

Proponit per hæc demonſtrare (vt Philoponus
F inquit) ꝙ propria maxime ſcientialibus ſyllogiſ-
mis ſit prima figura, & hoc multis modis oſtendit.
Iuniores vero ſic textum hunc inducunt. ꝙ, cum
Ariſto. egiſſet de materia demonſtrationis, pertra
ctādo quales ſint propoſitiones, ex quibus ipſa cō
ficitur, nunc de forma agit. Eſt enim rationi con-
ſentaneum eum qui de materia agit etiam de for-
ma pertractare. Cœpit autem prius à materia de-
monſtrationis, tanquam à re propria magis huic li
bro, tractare nāq; de forma potius libro Priorum
conuenit, proponit ergo concluſionem, & inquit:
Figurarum autem faciens ſcire maxime, prima eſt.
Et (vt dixi) hanc cōcluſionem multis modis oſten-
dit: & primo quidem ex eo, ꝙ omnis ſcientiæ, quę-
cunq; ſunt ipſius propter quit, hac potiſsimum fi-
gura propria theoremata ſyllogizent: rarenter aūt
per ſecūdam figuram. Qm̄ & cauſæ magis affirma
G tiuæ ſunt. In ſecunda vero figura nihil concluditur
affirmatiuum. In tertia vero concluditur quidē, ſed
omnia particularia: cauſæ vero vniuerſalium ſunt.
Vnde inquit: Etenim mathematicæ ſcientiarū, per
hanc demonſtrationes ferunt, vt arithmetica, &
geometria, & perſpectiua, & fere (vt eſt dicere) quę
cunque ipſius propter quid faciunt conſideratio-
nem. Et quia dixit, Fere quæcunque ipſius pp quid
faciunt conſiderationem, aſsignat cauſam, cur dixit
fere: & inquit. {Aut.n. omnino, aut ſicut frequētius
& in plurimis per hanc figuram ſyllogiſmus fit, qui
eſt pp quid. Et hoc exponit Philo. quoniam raro
negatiuas concluſiones, quæ ſunt in ſecunda figu-
ra, ſcientiæ concluditur: dico raro, quoniā (vt Phi-
loponus inducit) aliquando negatiuas concluſio-
nes geometria facit. vt quando dicit, In eadem re-
H cta linea duabus eiſdem rectis lineis aliæ duæ æqua
les non ſimul conſtiterint vtraq; vtriq; ad alium &
alium punctū ad eaſdem partes eoſdē fines haben
tes cum rectis lineis, quæ ab initio. Hoc enim nega
tiuum eſt theorema Recte ergo raro dixit, qm̄ nō
ſemper ſcientiæ affirmatiuas concluſiones conclu
dunt. Deinde repetit concluſionem ſimul cum ra-
tione inducta, & cum noua ratione addita, & inqt.
Quare & propter hoc, ſ. quia omnes ſcientiæ, quæ
ipſius propter quit ſunt, per hāc ſyllogiſmos ſuos
conficiunt, hæc figura prima erit maxime faciens
ſcire, hęc fuit concluſio, & illa fuit eius probatio.
Addit quaſi nouam rationem, & inquit. Propriiſsi-
mum enim ſcire eſt propter quid ſpeculari. Et quia
propter quid eſt propriiſsimum ſcire, hac ratione
in pro-

in proprijſsima, & prima figura demonſtrationes propter quid confici debet:& ſic videtur hæc quaſi nona quædam ratio.

ARGV. *Deinde hæc tãtum figura ipſius quid eſt venari ſcientiam poſſumus. In figura nãq; media nulla fit affirmatiua ratiocinatio, ſcientia vero ipſius quid eſt, affirmationis nimirum eſt. In vltima vero fit quidẽ, at non eſt vniuerſalis, vt patet, ipſum autem quod eſt, vniuerſalium eſſe conſtat. non enim aliqua ex parte homo eſt animal bipes.*

DILVCI. Sciam qd-quid eſt de monſtratio ne in figura nãciſcimur. *Poſtea ipſius quod quid eſt ſcientiam per hanc ſolam venari poſsibile eſt. In media enim figura non fit prædicatiuus ſyllogiſmus, ſed ipſius quod quid eſt ſyllogiſmus affirmationis eſt. In vltima autem fit quidem ſed nõ vniuerſaliter, quod quid eſt autem vniuerſalium eſt: nõ enim quodam modo eſt animal bipes, homo.*

Com. 146. Enthi. text. Secundo idem probat.& Philopon.(vt mihi videtur) bene dicit ad materiam rationis, ſed ad formam nihil. Poteſt tñ ratio ſic ad Enthymema ſyllogiſticum reduci: per figuram primam ſolam eſt ipſum quod quid eſt inueniri poſsibile: ergo prima figura maxime facit ſcire. tenet conſequentia: quoniam ſolũ per definitiones ſcimus. ergo, ſi per primam figurã ſolum venamur definitiones, per eam ſolũ, aut proprie ſcimus,& ſic videtur maxime ſciẽtifica. Quod autem per ſolam primam figuram venemur definitiones, quod erat antecedens, Ariſt. probat: quoniam nec per ſecundã, nec per tertiam inueniri poſſunt. Et hoc inquit: & primo proponit antecedens, & dicit. § Poſtea ipſius quod quid eſt ſcientiam, per hanc ſolam veniri poſsibile eſt: hoc eſt antecedens, ex quo vult habere, ergo prima figura eſt maxime ſcientifica. nam ſi per hanc habemus id per quod ſcimus, per hanc maxime ſcimus. Deinde probat antecedens, & inquit § In media.n. figura non fit prædicatiuus ſyllogiſmus. ergo ſubaudi per ſecundam figuram, nõ poteſt inueniri definitio. Aſsignat cauſam,& legas: ſed pro qm̃, hoc pacto, quoniam ipſius quod quid eſt ſyllogiſmus affirmationis eſt. non enim poteſt, niſi ſyllogiſmo affirmatiuo definitio ipſa inueniri. ergo non per ſecundam figuram definitio poteſt inueri, cum per ſecundam nihil, niſi negatiuũ ſyllogizetur. Deinde oſtẽdit, q̃ nec in tertia figura,& dicit. In vltima aũt fit quidem, ſed nõ vniuerſaliter. Quod quid eſt autem vniuerſalium eſt. non enim quodam modo, hoc eſt particulariter, homo eſt animal bipes, ſed vniuerſaliter: ergo, cum nec per ſecundam, nec per tertiam definitio ſit inuenibilis, per primam figuram ſolum poterit inueniri: & ſic habetur antecedens. Philoponus autem ad materiam rationis bene dicit, ad formam autem non multum ſe diffundit. D

Dubĩ.1. Sed cõtra hæc dubitatur. primo, quoniam definitio nõ eſt propoſitio: ergo nec vniuerſalis, nec particularis.& ſic Ariſto. ſupponit falſum.

Solutio. Dicendum Ariſto. non eſſe locutum de definitione ſumpta pro termino, ſed pro oratione definitiua dicente eſſe vel non eſſe, hoc eſt, pro propoſitione definitiua.

2. dubĩ. Secundo dubitant, qm̃ Ariſtot. videtur falſum ſupponere, ſupponit enim definitionem ſyllogiſmo inueniri: quod eſt contra ipſum Secundo huius. vbi aſſerit ſyllogiſmum quo inuenitur definitio petere principium.

Sol. Boet. Ad hanc dubitationem dixerunt nonnulli, non totam definitionem per ſyllogiſmum primæ figuræ demonſtrari, ſed quamlibet eius partem, vt Boethus inquit. A

Philopon. § Quam ſolutionem Philoponus vir doctiſsimus olfecit. Aſſerit enim primo quęri genus rei definitæ, vtputa hominis. mox ſyllogizantes, q̃ animal, rurſus vnamquamq; differentiarũ ſyllogizamus, & generi adiungimus, nectimuſq;, quouſq; quod collectũ fuerit, conuertatur ad id, quod propoſitum ſit: & hoc inquit eſſe definitionem hominis.

Contra ſolutio. ca.2. Sed contra, qm̃ definitionum non eſt demonſtratio, vt patet. 8. lib. Topicorum. ſed ex ipſa rerũ euidentia oportet poſitas eſſe definitiones. Præterea ex definitiõib9 demonſtrationes ſunt, non aũt definitionum demonſtrationes. Propterea, Alij dixerunt (vt nos alias diximus) q̃ ipſum quid eſt per primam figuram demõſtratur, non ſimpliciter, ſed ſuppoſitiue, nõ.n. poſſumus p primam figuram quicq demõſtrare, quin definitionem ſupponamus tanq̃ medium demonſtrationis.

Refutatio. Sed non placet etiam mihi hæc ſolutio, qm̃ & in ſecunda figura demõſtro aliqñ ſupponi definitionem. Poteſt.n. demonſtrari hoĩem non eſſe equũ per rationale aĩal, qm̃ oĩs homo aĩal rationale eſt, & nullus equus eſt aĩal rationale. Igit nullus equus eſt homo,& ſic patet in hac demõſtrõne ſupponi definitionem hoĩs.


Alia ſolõ. Alij dixerunt Ariſt. intelligere de materiali definitione, qm̃ materialis definitio de definito p formalem, non niſi in prima figura ſyllogizatur.

Confutat. Sed nec hæc expoſitio placet. quia materialis definitio ſubo comparata non vt definitio, ſed potius vt p ſe accidens habetur.

Scda ſolu. noſtra. Alr diximus, q̃ id, qđ Ariſt. ait, intelligi debet hypothetice, videlicet, ſi definitio de definito demõſtrõne inueniri põt, nõ poſſet demõſtrari, niſi ĩ prima.

Refutatio. Sed minime nũc placet, qm̃ Ariſt. loquitur categorice, & non conditionaliter, aliter non eſſet ad ppoſitum. C

Propria ſolutio. Iterum diximus Ariſ. locutum eſſe categorice: qm̃ definitio de definito demonſtrari põt. non tñ in eo quod quid eſt. Poteſt.n. de hoĩe demõſtrari animal rationale per hoc, q̃ eſt ſubſtantia animata rationis capax, non tñ in eo quod quid eſt, vt Secundo huius patebit.



Dẽmõſtrõ definitiõis nõ eſt ꝑ quid in eo quod quid.


Philop. etiã aſſerit q̃ q̃libet definitio põt de ſuo definito demõſtrari non in eo qđ quid eſt per cõem, deſcriptionẽ definitiõis. Deſcribit.n. definitio hoc mõ, definitio eſt oro, ex cõiorib9 ſumpta, & ex his q̃ ſcđm ſubam inſunt. Per hãc ergo ſyllogizabimus ſic, Aĩal rõnale mortale oro eſt ex cõioribus ſumpta,& ſcđm ſubam: qđ aũt ex cõioribus ſumptum, eſt,& ex his, q̃ ſunt ſcđm ſubam, definitio eſt: ergo aĩal rationale mortale definitio hoĩs eſt. Hæc mihi occurrunt. Tu vero ſi melius habes, melius dicas.

ARGV. *Inſuper hæc figura cęterarum non indiget figurarum, at indigent huius illæ profecto: nam hæc denſantur atque accreſcunt, quouſq; ad ea perueniant, quæ medio vacant.*

Patet igitur primam figuram exactiſsimam atque accomodatiſsimam ad ſcientiam eſſe.

DI LVCI. Prima figura alijs non indiget, ea vero cæteræ indigẽt.

Amplius, hæc quidem illis nihil indiget illa autem per hanc denſantur, & augmentantur, quouſque vtique ad immediata veniant. Manifeſtum igitur eſt quòd maxime propria ſcientiæ eſt prima figura.



F


Com. 147. Hæc eſt vt Philopon. inquit, tertia ratio ad probandum ꝙ propria familiariſq; maxime eſt prima figura ipſi ſcientiæ. Nam (vt inquit, hæc quidem in nullo indiget ali s figuris, aliæ vero indigent hac, vnde inquit: {Amplius hæc quidem. [prima figura, illis nihil indiget, illæ autem per hanc denſantur, & augmentantur, quouſq; ad immediata veniant. Ex his concludit id, quod propoſuit à principio, & inquit { Manifeſtũ igitur eſt, ꝙ maxime ꝓpria ſciẽtiæ eſt prima figura. Sed quo ad verba attinet, animaduerte, ꝙ nõ clarum eſt, quõ cæteræ figuræ per primam denſentur, atq; augeantur. Philoponus vir doctiſsimus vno modo dicit eſſe in prioribus oſtẽſum, ꝙ ſyllogiſmi, q in ſecũda & tertia figura ſunt, G non habeãt neceſſarium quod appareat, perficiuntur aũt reductione ad primã figuram. Et ꝓpterea prima figura erit propria, maximeq; familiaris, & per idẽ maxime faciens ſcire. Quare Philop. in hac prima expoſitione per augeri & denſari intelligit reduci ad figurã talem, vt ex datis id, quod ĩfertur, appareat neceſſarium. Et cum hoc habeat ſola prima figura, ideo cæteræ illa indigent, ipſa aũt nullis. Nec ab ratione reduci ad euidentem figuram dicitur augumentari & condenſari. nam augumentari eſt tendere ad formam, diminui ac condenſari eſt ire ad materiam. Et quia cuiuſq; propoſitionis ſubiectum dr̃ materea, prædicatum vero forma, hinc reductio ſecundæ figuræ in primam dr̃ cõdenſatio ſiue diminutio: quia in illa medium, ꝙ erat prædicatum fit ſubiectum. Reductio vero tertiæ dicitur augeri: quia medium, quod erat ſubm̃, redditur prædicatum. dixit ergo dẽſantur ratione habita ad ſyllogiſmos ſecundę figuræ qui ad primã reducuntur ex eo, quia mediũ, quod erit prædicatum, fit ſubm̃: dixit augumentantur ratione habita ad ſyllõs tertiæ, qui reducuntur ad primam medio, quod erat ſubm̃ conuerſo in prædicatum. Hęc eſt vna Philo. expoſitio: quæ mihi non placet, qm̃ Ariſto. inquit. Illæ aũt per hanc dẽſantur & augmentent quouſq; vtiq; ad immediata veniant. Ergo augumẽtari atq; denſari eſt venire ad immediata, & quoniam non venimus ad immediata niſi pro ſyllogizando propoſitiones quouſq; ſunt proſyllogizabiles. Recte ergo Philop. accipiens à Themiſtio, per augumen- H

Verborum expoſitio. Quõ ſcda & tertia figura denſent & augumẽtentur per primam.

Scda expõ Philopon.

E tari atq; denſari pro ſyllogizari intelligit quouſq; ad immadiata venerimus. Num omnis demonſtratio per propoſitiones immediatas fit, aut per eas, quæ proſyllogiſmis ad immediatas reducuntur. Conſona aũt eſt hæc expoſitio his, quę libro Priorum dixit, vbi multis exemplis declarauit ſyllogiſticam auctionem eſſe proſyllogizationem. Præterea vbiq; immediata appellauit ea, quæ carent medio: dicuntur enim immediata græce, ἄμεσα: hoc eſt ſine medio. Ergo proſyllogizatio idem eſt, quod ſyllogiſtica auctio, vel dimunutio: quæ nihil aliud eſt, quam ad immediatas propoſitiones accedere. Proſyllogizatio vero dicitur denſatio reſpectu termini ad quem: pro quando itur in propoſitionem indiuiſibilem medio carentem. Dicitur autem augumentatio, reſpectu termini à quo, per

Dubitatio.



quanto augetur ſuper illo ſyllogiſmorum numerus. {Sed dubitatur: quoniam etiam in ſecunda figura poteſt fieri proſyllogizatio, vt ſyllogizauero, Nullum animal eſt linea: omnis parallelus eſt linea: Nullus ergo parallelus eſt animal. Hic ſyllogiſmus eſt in ſecunda figura, & maior poteſt proſyllogizari ad immediatam propoſitionem ſic, in ſecunda figura. Omnis linea eſt quantitas: nullum animal eſt quãtitas: nullum animal igitur eſt linea. Vbi patet maiorem primi ſyllogiſmi eſſe dẽſatam per ſecundam figuram. Ad hãc innuit ſolutionem Themiſtius, & poſt ipſum Philoponus, ꝙ duplex ſit denſatio ſiue proſyllogizatio. Altera quidem vtriuſque propoſitionis, altera alterius propoſitionis tantum. Proſyllogizatio quidem vtriuſq; propoſitionis ſyllogiſmi principalis, ſolum in prima figura fit, & per primam figuram. non enim fieri poteſt per tertiam, quoniam in illa nihil vniuerſaliter ſyllogatur. per ſecundam vero alterius propoſitionis, ſ negatiuæ aliquando fieri poteſt, vt patuit in argumento. ambarum aũt minime. non enim propoſitio affirmatiua per ſecundam proſyllogizari poteſt, at per primam figuram, vtraque proſyllogizari poteſt. Quare in ſecũda figura poſſumus proſyllogizare alteram tantum. vtranq; vero ſolum in prima. Hæc mihi videntur.

Solo The. & Philo. dẽſatio ſiue ꝓſyllogizatio duplex.

Quemadmodum autem fit, vt A indiuidue competat ipſi B, Sic etiam vt identidem non competat fieri poteſt. Atque tum indiuidue competere vel nõ competere dico, cum inter ipſa nullum medium eſt. Sic enim non erit vlterius per aliud ineſſe, vel non ineſſe. ARGY.

Sicut autẽ A eſſe in B contingit indiuiſibiliter ſic, & non ineſſe poſſibile eſt. Dico autem indiuiſibiliter ineſſe, vel non ineſſe, eo quod non ſit aliquod eorum medium. ſic. n. non erit ſecundum aliud ineſſe, aut non ineſſe. DI LVCI.

Iunio-

Com. 148. Quæ Iuniores de intẽtione Ariſ.

Iuniores aſſerunt hic Ariſto. agere de immediatione propoſitionum negatiuarum, & rationes afferunt. Primo quidem, quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina: ergo, cum egiſset de immediatione affirmatiuarum equum eſt, vt hic agat de immediatione negatiuarum. Secundo, quia, cum egiſſet de materia demonſtrationum affirmatiuarum, debebat agere de materia demonſtrationum negatiuarum. Tertio, quia Ariſ. intendit de demonſtratiua ignoratione pertractare, quam rem agere non poteſt, niſi de negatiuarũ immediatione primo agat. Præterea ſunt autem de negatiuis, vt dicunt, perſeitates, vniuerſalitates, & id genus; ſiquidem nulla negatiua eſt per ſe, nulla de omni, nulla etiam poſteriori ſiue vniuerſalis. Hæc Iuniores & nos aliquando diximus. Verum rectius cum Phil. dicendum eſt, quod, cum dixiſſet quod prima quidem figura non indiget B aliis, aliæ vero per primam figuram denſantur, & augmentantur quouſque ventum ſit ad immediatas propoſitiones, adiunctis ſemper medijs terminis, per quos propoſitiones demonſtrantur, vult oſtendere per hæc, quod immediatæ propoſitiones, non ſolum affirmatiuæ ſint, ſed etiam negatiuę. eſt enim immediate aliud de alio negare. hæc Philop. de intentione, & de cauſa intentionis.

Verborum expoſitio.

Quo vero ad verba attinet, Ariſto. (vt Philo. inquit) Dat nobis regulam quo pacto poſſumus cognoſcere terminos immediate ſe negantes abinuicem. non .n. facile eſt hoc cognoſcere. Immediatæ enim affirmationes cognoſcuntur, ex eo, quia ſi habent prędicatum primo inexiſtens ſubiecto, & nulli alteri ante ipſum, hæ ſunt immediatę affirmationes. De corpore enim ſubſtantia immediate prædicatur, & id de animato: & in rel quis eodem modo. In negatio C nibus autem non facilis eſt cognitio: propterea de his ponit regulam, Primo ergo præmittit eſſe propoſitiones negatiuas immediatas, & dicit. {Sicut autem A eſſe in B contingit indiuiſibiliter, hoc eſt immediate, ſic & nõ ineſſe poſsibile eſt. ergo ſicut datur affirmatio immediata, ita datur negatio immediata. Exponit quid ipſe velit per indiuiſibiliter ineſſe, vel non ineſſe, & inquit: } Dico autem indiuiſibiliter ineſſe vel non ineſſe, eo quod non ſit aliquod eorum, ſ. extremorum ipſius propoſitionis mediũ per quod demonſtrari poſsit alterum alteri non ineſſe. Cuius cauſam aſsignat, & dicit. {Sic enim. ſ. per carentiam medij, non erit ſecundum aliud ineſſe, aut non eſſe} quaſi dicat, cauſa autem eius quod diximus eſt, quia cum medium extremorum nullũ eſt, ſic non erit alterum alteri ineſſe per medium D aliud, ſed immediate, hoc eſt ſic erit negatio immediata, vel ineſſe, hoc eſt affirmatio immediata. Cum enim non ſit medium, tam negatio, quam affirmatio erit immediata. Et intelligit per indiuiſibiliter (vt recte Philop. exponit) immediate Nec ab ratione per indiuiſibiliter intelligit immediate quia appoſitione medij termini, qui ſecat immediatas propoſitiones, non poteſt facere vnam propoſitionem duas. Sic enim non erit ſecundum aliud ineſſe, aut non ineſſe. Sicut enim ſi dixero homo eſt ſubſtantia, non primo prædico de homine ſubſtantiam, ſed per aliud, & iccirco non eſt immediata propoſitio: nam propter rationale, & hoc propter animal: & hoc propter corpus: ſed ſolum de A corpore ſubſtantia prędicatur immediate, de homine rationale: quia non contingit (vt alius terminus medius inter hos intercidat) cui primo inſit prędicatum: ita & immediatæ negationes hæ vtique eſſe poſſent, quibus non contingit, vt terminus ab alio ſubiecto negetur. Tunc enim immediate, & nõ per aliud negatio eſt. Ergo, ſicut immediata affirmatio eſt, quando inter extrema nullus terminus intercedit, cui primo prædicatum ineſt, ita negatio immediata erit, quando nullũ ſubiectum intercedit, à quo primo prædicatum negatur. Recte itaque indiuiſibiliter idem eſt, quod immediate.

Cum itaque vel A, vel B, in toto quopiã eſt vel etiam vtrunque, tum etiam fieri nequit vt A, primo non competat ipſi B. ARGV.

Cum igitur, aut A aut B, in toto aliquo ſit, aut etiam ambo, non contingit A in B primo non ineſſe. DILVCI.

Com. 149. Regula propoſitionis immediatæ.

Quia cognoſcere immediatas propoſitiones eſt (vt diximus.) difficile, nunc ponit regulam, qua facile illas apprehendamus. Et regula eſt, vt Philop. exponit, quod, quia termini, qui negãtur abinuicem, tales ſunt, vt neutrum ipſorum habeat alium talem. affirmatum de ſeipſo, propterea quod ſit ipſe ex generaliſsimis, & poſsit de quibuſdam generibus prędicari, tunc immediate dicunt adinuicem negari. Immediatas enim propoſitiones eas dicimus, inter quas non contingit intercidere aliquem terminum medium, per quem fiat ſyllogiſmus, Si vero quiuis terminorum habeat aliquẽ, qui de ipſo prædicetur, is poteſt intermedius appoſitus facere ſyllogiſmum prædicatum quidem de altero, à reliquo vero negatum: vt per primum quidem faciat ſecũdam figuram, per ſecundum vero primam. Quare ſolummodo negationes hę vtique eſſe poſſent, quę vtroſque habeant terminos ex generaliſsimis generibus: nam ſi alter ipſorum, aut ambo ſubalterno rum fuerint, non eſt talis negatio immediata. Ariſ. ergo declarat quid negatiua immediata ſit, Vt ex hoc regula intelligatur per quam immediatæ cognoſcuntur. Vbi animaduerte trifariam negationem fieri (vt ſi ambo extrema ſub eodem toto continẽtur) vt homo, & equus ſub aiali, aut ſi ſub diuerſis totis, vt equus & linea equus quidẽ ſub ſuba, linea vero ſub quantitate. Aut ſi alterum ſub toto, alterũ vero non: & hoc eſt, aut quia ſubiectum ſic, prędicatum non, vt equus non eſt quantitas, aut e contrario: ſubiectum non prædicatum ſic, vt quantitas nõ eſt equus. Ariſto. ergo vult omnes has eſſe mediatas: præter eam, cuius extrema ſunt ſub eodem toto, de qua nihil meminit. Hinc patet, quæ ſit immediata. eſt .n. illa, cuius extrema nec ſunt ſub diuerſis totis, nec alterum tantum, vnde inquit. Cum igitur aut A, aut B in toto aliquo ſit: & per B ſubiectum intelligit, A vero negatum ab ipſo B ideo inquit, Cum ſit alteri ipſorum in aliquo vniuerſaliori, hoc eſt, quando habet aliquod quod prædicatur de ipſo: aut eſſet ambo, ſubaudi ſint ſub diuerſis totis nõ contingit A in B primo non ineſſe, hoc eſt ex his non ſit immediata negatio non enim primo negatur A de B, ſed propter medium aliud. Et per totum, genus, vel vniuerſale intelligit. ſic enim in libro priorum in ſe loquitur. Species enim pars eſt in genere. Hinc patet per oppoſitum quæ ſit immediata eſt enim illa, cuius extrema nec ſunt ſub diuer-

Negatio tribus modis fit.

Quid propoſitio immediata.

diuerſis totis, nec alterum extremorum eſt in aliquo toto.


ARGY. *Sit enim A ipſum in toto C, Si igitur B non ſit in aliquo toto C. fieri nanque poteſt vt A quidem in toto quopiam ſit, B vero in hoc eodem non ſit. tum ratiocinatio fiet ac ipſum A nõ ineſſe B, per, C, medium cõcludetur. Nam ſi C cuilibet quidem cõpetat A, de nullo vero B, prædicatur, A, ſane nulli competet, B.*

DILVCI. *Sit enim A in toto C, igitur ſi B non eſt in toto C,) Poteſt enim A quidem eſſe in quodam toto. Sed B non eſſe in hoc.) Syllogiſmus erit quod non ſit A in B.: ſi enim in A quidem omni eſt C, in B, autem nullo eſt, in nullo B eſt A.*

Com. 110. Ea quę dixit, nunc per exempla declarat. Et primo declarat, ꝙ, cum prædicatum ſit ſub toto aliquo, & ſubiectum ſub nullo toto, negatio ſit mediata termini autem ſint, Quantitas, Continuum, Subſtantia. Nam omne continuum eſt quantitas, F

Quantitas

C



Continuum .N. Subſtantia

nulla ſubſtantia eſt quantitas, nulla ergo ſubſtantia eſt continuum. Vbi patet A B negationem eſſe mediatam, nam prædicatum ſub toto eſt. Vtputa ſub C, qm̃ ſub quantitate. Subiectum vero ſub nullo, quoniam ſubſtantia ſub nullo eſt: & tamen ſyllogiſmus eſt in ſecunda figura: qm̃ nullum B eſt A. vnde dicit. }Sit enim A in toto C. vtputa continuum G ſub quãtitate, ita, vt hæc ſit vera, omne continuum eſt quantitas. Igitur, ſi B non eſt in toto C, nec ſub aliquo toto, vt ſubſtantia. Poteſt enim A quidem eſſe in quodam toto, (vt continuum ſub quantitate) Sed B: non eſſe in hoc, nec in alio ſubaudi, ſyllogiſmus erit in ſecunda figura, quod non ſit A in B. Repetit autem ſyllogiſmum & inquit. }Si enim in

Verborum expoſitio. A quidem omni eſt C, qm̃ omne continuũ eſt quantitas, in B autem nullo qm̃ nulla ſubſtãtia eſt quantitas, Syllogizabitur, qm̃ in nullo B eſt A. nulla enim ſubſtantia eſt continuum. Quo vero ad verba attinet, animaduerte verba illa, ſed B non eſſe in hoc eſſe intelligenda, ꝙ B ſit in nullo. Qm̃ nec in C, nec in alio quodam A C. Et dixit hoc, (vt Philo. notauit), qm̃ ſpecies contra diſtinctæ, etiam negantur ab inuicem immediate, & tñ ſub eodem genere cõtinentur. hæc enim eſt immediata, nullum irrationale eſt rationale. & tñ ambo in toto animali ſunt.


Obiectio. Solu. Phil. Fecit autem ſyllogiſmum in ſecunda figura, & tñ dixit propoſitiones condenſari in prima figura. Et dicendum (vt Philoponus innuit) qm̃ contingit alteram tñ denſari per ſecũdam figuram, vtranque autem non niſi per primam.

ARGY. *Idem fiet & ſi B in toto quopiam ſit, velut in D, nam ipſum D cuilibet quidem competit B, de nullo vero dicitur A quare fit, vt A. per ratiocinationem nulli competat B. Eadem oſtendentur & ſi vtrunque tam A quã B, in toto quopiam ſit.*

Similiter autem & ſi B in aliquo toto eſt. Vt in D, D

DILVCI. *enim in omni B eſt. In A autem nullo D. Quare A in nul* E *lo B erit per ſyllogiſmum, Eodem autem modo demonſtrabitur, & ſi vtraque in toto aliquo ſunt.*

Quantitas Subſtantia Quantitas.



Corpus eſt cõtinuum.

Suba Continum

Com. 151. Sumit nũc conuerſum, ſubiectum quidem in aliquo, prædicatum vero in nullo. Et ſit A quidem ſubſtantia, B vero continuum, D autem quantitas. In omni ergo continuo quantum ineſt, in nulla autem ſubſtantia quantum: quare in nullo continuo ſubſtantia. Non igitur immediata propoſitio eſt, quæ dicit nullum continuum eſt ſubſtantia, & vnde dicit. Similiter autem, & ſi B in aliquo toto eſt; vt in D: D enim ſcilicet quantũ in omni B. eſt: omne enim continuum eſt quantum. in A autem nullo eſt ipſum D, quoniam nulla ſubſtantia eſt quãtum. Quare A in nullo B. erit. Tertio declarat idem quando ambo extrema ſub diuerſis totis ſunt, vt corpus cõtinuum nam corpus ſub ſubſtantia, continuum autem ſub quanto eſt. Et ſic hæc propoſitio, corpus continuum eſt, eſt mediata, quia poteſt per duos ſyllogiſmos, demonſtrari. vtputa & per C, hoc eſt per ſubſtantiam, & per D, hoc eſt per quantum. ergo eſt mediata,

At vero fieri poſſe, vt B non ſit in eo, in quo toto eſt ipſum A, aut rurſus, vt A non ſit in eo, in quo totum eſt ipſum B, patet ex diſpoſitionibus rerum, quæ inter ſeſe non miſcentur. nam, ſi nihil eorum, quæ in A C D, ſcire collocantur de vllo prædicat eorum, quæ in B E Z, diuerſa ſerie collocantur, A vero in toto eſt, G, quod quidem einſdem eſt ſeriei: perſpicuũ eſt fieri non poſſe, vt B in ipſo ſit C, alioquin conuenirent ac miſcerentur hæ ſeries rerum. Idem fiet & ſi B ipſum in toto quopiam ſit.

Quod autem contingat B nõ eſſe in quo toto eſt A, aut iterum A, in quo eſt B, manifeſtum eſt ex coordinationibus, quęcunque non commutantur adiunuicem. Si enim nihil eorum, quæ ſunt in A C D coordinatione etiam de vllo prædicet eorum, quæ ſunt in B E Z, A autem in toto D eſt manifeſtum eſt, quod B non erit in D. cõmutarentur enim coordinationes. Similiter autem eſt, & ſi B in toto aliquo.

H Subſtantia	D	Z	Qualitas
Animal	C	E	Paſsio
Homo	A	B	Color.

Com. 152. Verborum expoſitio. Cum accepiſſet quod poſsibile eſt A quidem eſſe in toto quodam, B vero non eſſe in eodem toto nunc id demonſtrare vult. Quo vero ad verba attinet, coordinationem vocat ordinem, cathenamue, quæ ab vnoquoque generaliſsimo deducitur, vt ſubſtantiam, animal, homo. Per coordinationem, quæ commutatur, intelligit, eam, quæ cum altera communicat, vt corpus, elementum, graue. hæc enim communicat cum prima, quoniam communia habent genera, ſubſtãtiam videlicet & corpus. Per coordinationem vero, quæ non commutatur, intel-

intelligit eam, quæ nihil commune habet, vt eſt. Qualitas, Paſsio, Color, vel quantum, continuum, ſuperficies. His expoſitis inquit: {Quod autem cõtingat B nõ eſſe in eo toto, in quo eſt A, aut iterum contra, A in eo toto, in quo eſt B, vt pauloante aſſumptum eſt: manifeſtum eſt ex coordinationibus quæcunque non commutantur adinuicem. Et dixit, quæcunque non commutantur adinuicem, propter coordinationes quæ commutantur, vtputa quæ habent genera communia, vt dictum eſt). Ergo vult habere, quod ſi dentur coordinationes incommutabiles, atque impermiſtæ, poſſunt A & B eſſe ſub diuerſis totis penitus abiunctis, vt A ſub D, & B ſub Z. Quod autem ita ſit probat, & inquit, {Si enim nihil eorũ, quæ ſunt in A C D coordinatione etiam de vllo eorum prędicetur, quæ ſunt in B E Z coordinatione, & A in toto D. eſt manifeſtum, ꝙ B non erit in D toto commutarentur enim coordinationes. cuius oppoſitum ſupponitur, vt ꝙ ſint incommutabiles. Similiter autem quod diximus patet, & ſi B in toto aliquo ſit, vtputa in toto Z. Bene ergo dictum eſt, A & B eſſe in diuerſis totis. Quo vero ad rationem attinet, animaduerte, ꝙ vis rationis Ariſt. eſt Enthymema hoc pacto, ſi ſunt coordinationes incommutabiles, A & B. ſunt in diuerſis totis: ſed dantur coordinationes incommutabiles, vt nunc ſupponitur: ergo A & B ſunt in diuerſis totis. Quod autem dentur incommutabiles coordinationes, Ariſt. ſupponit hic, quia contra Antiquos probauit non omnia eſſe vnum, vt Parmenides & Meliſſus dixerunt. Plato etiam dixit omnia contineri ſub Idea vnius. Ariſt. autem ſupponit eſſe. x. rerum genera, & quidem impermiſta, ac incommutabilia. Pithagorici quoque conceſſerunt eſſe coordinationes duas tantum impermiſtas, alteram bonorum, & alterã malorum. Ariſt. vero x. rerum genera ſupponens, vult A & B eſſe in diuerſis totis, vt ſuppoſuit in proximo textu. Quod igitur A & B ſint in diuerſis totis, patet ex hiſce.

B

Enth. text.

Diuerſitas inter antiquos de coordinationibus ph. 14. &c.
Platon.
Ariſtot.
Pithagori.

C


ARCY.

Sed ſi A nulli B inſit, & neutrum in toto ſit vllo, neceſſe eſt A ſine medio non competat ipſi B. Nam, ſi quidpiam inter ipſa medium cadet, neceſſe eſt alterum ipſorũ in toto quopiam eſſe. Aut enim in prima figura ratiocinatio eorum, aut in media extruetur. At, ſi in prima B, nimirum in toto quopiam erit. Propoſitionẽ enim eam, quæ verſus B collocabitur, affirmatiuam eſſe oportet. Si in ſecunda vtrumuis in toto quopiam erit. Nam vtrumuis interuallum affirmatiuam eſſe poteſt. Atque nunc verſus maius, nunc verſus minus extremum negatiua propoſitione ſumpta, conficitur raticinatio. Ambæ vero propoſitiones, ſi fuerint negatiuæ ratiocinatio non cõſtabit. Patet igitũ, fieri poſſe, vt ſine medio quipiã cuipiam nõ inſit atq; quando et quẽadmodũ fieri poteſt ſatis iãexplanauimus.

D

DILVCI.

Si vero neutrum ſit in toto aliquo nullo, non ſi autem A in B. neceſſe eſt indiuiſibiliter non eſſe. Si enim erit aliquod medium, neceſſe eſt aliquod horum in quodam toto eſſe. Aut enim in prima figura, aut in media erit ſyllogiſmus. Siquidem igitur in prima figura, B erit in toto aliquo: affirmatiuam enim ad hoc oportet fieri propoſitionem. ſin autem in media, vtrunque contingit. Ad vtrũque enim poſito priuatiuo, erit ſyllogiſmus, cum autem vtraque priuatiua ſit non erit. Manifeſtum igitur quod contingit & aliud in alio non eſſe indiuiſibiliter, & quando contingit, quomodo diximus.



Cum dictum ſit trifariam eſſe negatiuam mediatam, nam ea, cuius vtraque extrema in diuerſis cõtinentur totis, mediata eſt, & ea, cuius ſubiectum in aliquo toto eſt, prædicatum vero minime: & ea, cuius prædicatum in aliquo toto eſt, ſubiectum autem nequaquam: hinc quaſi ex his, quæ dixit, deducit, quæ nã ſit propoſitio immediata, & dicit, ꝙ negatiua immediata eſt, cuius neutrum extremorum in aliquo toto eſt. Vt nulla ſubſtantia eſt quantitas. Et videtur mihi, quod particula δὲ hoc eſt autem, legĩ debet δὴ, hoc eſt igitur. quoniam ex dictis hoc deducit, vnde inquit {Si igitur neutrum extremorum propoſitionis negatiuæ ſit in toto aliquo nullo, ſuperfluit verbum nullo more Græcorum, apud quos duæ negationes magis negant. Hoc eſt, ſi igitur nec ſubiectum nec prædicatum negatiuæ propoſitionis in aliquo toto ſit, vtputa, ſi nec A nec B in aliquo vniuerſaliori ſit, ſed ſint ipſa vniuerſaliſsima, non ſit autem A in B, hoc eſt & propoſitio negatiua ſit hæc, nullum B eſt A, neceſſe eſt indiuiſibiliter non eſſe, hoc eſt neceſſe eſt, vt hæc propoſitio nullum B eſt A ſit immediata: probat conſequentiam ex oppoſito conſequentis: & inquit {. Si enim erit aliquod medium, neceſſe eſt aliquod horum, ſ. aut A aut B, in aliquo toto eſſe: & ſic per tale mediũ poterit ſyllogizari ſyllogiſmo, qui erit aut in prima figura, aut in media. Probatum eſt enim omnem propoſitionem mediatam ſyllogizari poſſe aut per primam, aut per ſecundã figuram. Quo vero ad verba, attinet, animaduerte, quod Ariſto. adiecit, non ſit autem A in B quoniam ex negatiua non ſequitur affirmatiua, niſi cum conſtantia ſubiecti. non ſequitur, neutrum extremorum A B propoſitionis eſt in aliquo toto: igitur, A B eſt negatiua immediata: ſed oportet addere, & A B eſt propoſitio negatiua: tunc enim ſequitur. quod ſit immediata tunc oſtendit, quod, ſi poteſt ſyllogizari in aliqua figura, quod ſit aliquod extremorũ in aliquo toto, & inquit. {Siquidem igitur in prima figura ſyllogiſmus ſit, quo A B ſyllogizatur, ipſum B erit in toto aliquo, vt in C. Cuius rationem ait, affirmatiuam enim ad hoc oportet fieri propoſitionem. vt minorem, videlicet, omne B eſt C. vt ſit ſyllogiſmus omne B eſt C: nullum C eſt A: nullum igitur B eſt A. Sin autem (vt inquit ſyllogiſmus, quo ad illa verba probatur, ſit in media figura, vtrunque contingit, hoc eſt tam maiorem. quam minorem: cuius cauſam affert, & inquit. {Ad vtrunque enim poſito priuatiuo, hoc eſt tam ad maiorem quam ad minorẽ erit ſyllogiſmus in ſecunda figura: Dico autẽ vtrunque non ſimul, ſed ſeorſum. Quoniam cum vtraque ſimul priuatiua ſit, nõ erit ſyllogiſmus: ex vtriſque enim negatiuis nihil ſequitur. Tunc epilogat, & inquit {Manifeſtum igitur quod contingit & aliud


Cõm. 153.

Verborum expoſitio.


In alio non eſſe indiuiſibiliter, hoc eſt, patet, quod ſit aliqua propoſitio negatiua immediata, & patet quando contingit. qm̃ tunc, cum extrema in nullo ſunt toto, vel ambo in eodem toto. Exemplum primi ſubſtantia non eſt quantitas. Exemplum ſecundi, rationale non eſt irrationale. & manifeſtum eſt quõ contingit, quod propoſitio negatiua ſit immediata, qm̃ contingit negatiuam eſſe immediatam non eo modo, quo affirmatiua eſt immediata, vt dictum eſt. Nam affirmatio dicitur immediata ratione prędicationis, negatio vero ratione ſtatus. vtputa, cum ad prædicata eſt ſtatus. Præterea affirmatio dicitur immediata, quia eſt per ſe:& vniuerſalis, negatio vero nec eſt per ſe, nec vniuerſalis. Sed dubitatur, quia hæc, nulla ſubſtantia eſt quantitas, non videtur immediata: quoniam per regulã, quæ libro Secũdo de Interpretatione habetur, hæc propoſitio, malum non eſſe bonum, ſic probatur. Nullum non bonum eſt bonum: Omne malum eſt non bonum: nullum igitur malum eſt bonum. Eodem modo probatur illa, nulla ſubſtantia eſt quantitas. quia ſequitur, nulla non quantitas eſt quantitas: omnis ſubſtantia eſt non quantitas: Igitur nulla ſuba eſt quantitas. Quare non eſt immediata.

Dubitatio Cap. viii.

F



G



Et dicendum, quod differt probatio, & expoſitio, vt in Ludicris diximus. Quoniam probatio eſt per notiora, expoſitio vero non dico ergo ꝙ illa propoſitio nulla ſubſtantia quantitas. logice exponitur dupliciter: aut per affirmatiuam, nam ſi affirmatiua eius eſt falſa, ipſa eſt vera. Aut ſumendo medium terminum infinitãter. Vt ſi volo probare hanc, nulla ſubſtantia eſt quantitas: ſumam negatiuam de prædicato illius infinito hoc modo. Nulla nõ quantitas eſt quantitas: omnis ſubſtantia eſt non quantitas: igitur nulla ſubſtantia eſt quantitas. eodem modo, & hæc, Nullus homo eſt equus qm̃ nullus non equus eſt equus. Omnis homo eſt nõ equus. Igitur nullus homo eſt equus, Poteſt etiã & metaphyſice probari. vt Tertio metaphyſice patet. Vtputa: quãtitas eſt quantitas: & ſubſtantia eſt ſubſtantia, & neutrum ſub neutro eſt: igitur nulla ſubſtantia eſt quantitas. patet igitur ꝙ tales nec

Solutio. Probatio & expõ qão differant. Iſta propõ nulla ſuba eſt quãtitas logice exponitur dupliciter.

E

propoſitiones; nec demonſtrationes ſint. Quoniam non per notiora ſunt. Hactenus de ſyllogiſmo ſcientiæ & ex quibus ſit:& qualibus, & quę differentia ſit ſyllogiſmi propter quidã ſyllogiſmo quia: & quod ſicut ſunt affirmationes immediatæ, ita etiam negationes immediatæ.

Epilogus.

Commentariorum Auguſtini Niphi Super Librum Primum Poſteriorum Finis.

ARISTOTELIS
POSTERIORVM ANALYTICORVM LIBER SECVNDVS,
Cum Auguſtini Sueſſani Tralatione, ac Commentarijs.

ARGY.

*E*A quę quęruntur tot ſane profecto quot ſunt ea, quæ ſcimus. Quærimus autem quatuor, eſſe, propter quid eſt, ſi eſt, atque quid eſt.

DI LVCI. Text. cõ. 1.

*Q*Væſita ſunt æqualia numero his quæcunque quidem ſcimus: Querimus autem quatuor, quia, propter quid, ſi eſt, quid eſt.

Comẽ. pri. Diſcordia apud græcos de intẽtione huius Libri.

DE intentione huius Libri apud Græcos fuit differentia. Alexãder Aphrodiſeus huius Secundi libri intentionem de definitione eſſe aſſerit. Vtitur autem auctoritate Theophraſti, qui huius libri intentionem & materiam dicit eſſe definitionem. Ratione etiam ꝙ liber poſteriorum ſit de inſtrumentis ac de modis ſciendi: ſunt autem duo ſciendi inſtrumenta ſiue modi, alter demonſtratio, definitio alter. Cum igitur de demonſtratione egit in libro Primo, ne ſit diminutus, reſtat vt nunc de definitione dicatur. Cui Ariſto. Primo huius aſſentire videtur, cum inquit (Siquidem igitur eſt aliquis alter ſciendi modus. poſterius dicetur). Et innuit hunc, qui eſt per definitionem: de quo hic agendum eſſe tradit. Huic opinioni Robertus Linconienſis cognomẽto Groſſateſta concordare videtur argumẽtans, In Primo libro egit de tribus quæſtionibus, vt de an res eſt, qualis res eſt, & propter quid res eſt: ergo conſonum eſt nunc, (vt de quid eſt dicere); alioquin mancus eſſet. Sed Simplicius huic aduerſatur. & non abſque ratione. nam intentio libri cum libri inſcriptione conuenire debet: at nec liber Poſteriorum, nec hic Secundus de termino, aut definitione inſcribitur: non ergo eſſe poteſt de definitione. Præterea (vt etiam Philoponus argumentatur), de definitione hic agitur per accidens eo modo, quo de cæteris cauſis agitur, ſ. inquantum accidit definitioni eſſe medium. Sic enim de cæteris cauſis agit,

Quid Alex ſenſerit Rõ Alex. Duo ſunt inſtra ſciendi ſiue modi. Tex. 20. 5. Comẽ. 24.

H

Simplicius & Philopo contra. Alex. opi.

Cap. 24.

agit,ſ.vt illis accidit ratio medij. Ergo de definitio A ne nõ eſt per ſe intentio in hoc libro. Prętera Ariſto. Primo Priorũ ait eiuſdem facultatis per ſe eſſe conſiderare de generatione & de facultat genera tionis: ideo aſſerit ad eandem facultatem ſpectare generationem ſyllogiſmorum, & medij inuentionem: ergo, ſi in primo egit de generatione demonſtrationis, rationi cõſentaneum eſt nunc agere de medio, quæ eſt facultas generandi demonſtrationes. Facit ad hoc Ariſto. (vt dicit Philoponus), qui ob aliud nihil demonſtrat omnia quæri medij gratia, niſi vt oſtendat eius intentionem eſſe principaliter de medio. Quæ vero Alexan. potuerunt mouere nulla ſunt. Auctoritas enim Teophraſti non cogit: cum ille fuerit illius partis. Ratio etiam nõ cogit: qm̃ hic liber non eſt de omni ſciendi modo, ſed ſolum de ſciendi modo, qui eſt per demonſtrationem: De modo ſciendi, qui eſt per definitionem liber Topicorum, & Metaphyſicæ agit per ſe: hic autem non niſi per accidens, ſicut de cæteris cauſis agitur.

Ad Theophra. auctoritatem Ad rõnem Alexand.

B

Ex his ergo dicamus intentionem præſentis Secundi eſſe de medio per ſe, ſed quia accidit medio eſſe definitionem, ſiue cauſam formalem, veluti accidit medio eſſe omne cauſam, ideo per accidens de definitione agitur, quæ eſt cauſa formalis, & de cæteris cauſis ſimiliter. Et quia intentio Ariſto. hic eſt agere de medio petit huius rei neceſſitatem hoc pacto id, cuius gratia omnes quæſtiones, quæruntur, ipſum principaliter quæritur: medium vero id eſt, cuius gratia omnes quæſtiones quæruntur: igitur, medium principaliter quæritur. Pro declaratione igitur minoris huius ſyllogiſmi præmittit quid quæſitum ſit, vel quæſtio, & quot numero quæſita, & quo modo ad ſcibilia ſe C habeāt: & primo ſyllogizat quatuor numero eſſe ſcibilia, & inquit. {Quæſita ſunt æqualia numero his. quæcunque quidem ſcimus,} hæc eſt minor.

Inuẽtio huius ſecundi ſecundum proprium mentem.

Syllõ text.

Quęrimus autem quatuor: hoc eſt, ſed quæſita ſunt quatuor. qm̃ eſt, ſiue quia eſt propter, quid eſt, ſi eſt, & quid eſt. Ergo in tertia figura ſcibilia erunt quatuor. Quo vero ad verba attinet, illud relatiuum ęqualia numero, valet relatiuum ſubſtantiæ: ſed quia quæſitum differt aliqua ratione à ſcibili, vſus eſt relatiuo qualitatis vel quantitatis. Præterea. Animaduerte in plus eſſe quæſitum, quam ſit quæſtio. Quæſitum enim eſt concluſio ante demõſtrationem. & quæſitum eſt paſſio de ſubiecto & genus de ſpecie. at quæſtio non eſt niſi concluſio ante demonſtrationem quæſtio enim, in demonſtratione eſt, vt problema in ſyllogiſmo dialectico D & vt ſophiſma in ſyllogiſmo ſophiſtico. At quæſitum dicitur & de complexo, & de incomplexo, hac ratione quod quid eſt de definito non quæſtio eſt, ſed quæſitum, & ſi eſt ſimiliter non quæſtio, ſed quæſitum eſt, quia eſt, & propter quid eſt, ſunt quęſita, & quæſtiones. Ex his apparet non bene verbum græcum zetumenta translatum eſſe quæſtiones, ſed quæſita eſt transferendum. Ex his ergo patet quõo ſcibilia, & quæſita ſe habent, eadẽ etenim ſunt, & æqualia. Patet vlterius Ariſto. non duas cõcluſiones hic aſsignaſſe (vt Iuniores dixerunt,) ſed vnum ſyllogiſmum quo demonſtrat ſcibilia & quęſita eſſe eadem, & numero æqualia, licet ſupponat quæſita eſſe ſcibilia. Sed probauit ſcibilia eſſe quatuor, & ſic illa numero æqualia eſſe.

Verborum expoſitio.

Quæſitum in plus. eſt quã quæſt.

Philo. vero dicit Ariſtotelem primo accipere inter problemata, & ea quæ cognoſcentes ſcimus, conuenientiam. & eſt illa eſſe quatuor: nam quæ quærimus ſunt quatuor, & quæ cognoſcentes ſcimus, etiam quatuor ſunt. Et ſic Ariſto. per æqualia numero, intelligit tot numero. vnde litera ſic legẽda eſt. Quæſita ſunt æqualia numero his, quæcunque quidem ſcimus, id eſt, tot ſunt ea, quæ quærimus, quot cognoſcentes ſcimus. Et dicit. Philo. recte Ariſto. ſic dixiſſe: nam bene quot quęrimus, tot cognoſcẽtes ſcimus.

Expoſitio Philopo.

Nam quatuor quærimus: & quatuor cognoſcentes ſcimus. contra vero non, non quot ſcimus, tot quærimus Multa enim ſcimus, quæ non quærimus.

Nõ quæcũque ſcimus quærimus, ſed ecõtra.

Quo vero ad verba attinet, dicit Philo. verba illa. Quæcunque quidem ſcimus non ſic intelligenda ſunt, vt iacent. non enim quæ ſcimus quęrimus. intelligenda ergo ſunt, id eſt quorum ſcientiam ſumimus, nam quæ ſcire volumus, hæc quærimus. Quæſitis ergo, & his quorum ſcientiam ſumimus, commune eſt eſſe quatuor.

Verborum expoſitio. ſecundum Philopo.

Aliter autem & forte melius diceremus, Ariſto. ſ. duo hic proponere, primum, ꝙ quatuor ſunt quęſita, Secundum, ꝙ quatuor ſunt inuenta, Et vtrunque horum inductione probat, & quod hæc ſit expoſitio vera Ariſto. demonſtrat cum epilogat, quæ dixerat. Dicit enim quæ quidem igitur quærimus, & quæ inuenientes ſcimus, hæc & tot ſunt. Ecce quod hæc duo epilogat, ſcilicet quod quatuor ſint quæſita, & quatuor inuenta. Quare lege, quæſita ſunt numero æqualia his, quæcunque quidem ſcimus. quærimus autem quatuor: ergo vult habere quatuor eſſe quæſita, & quatuor quæ inuenientes ſcimus.

Propria expoſitio.

ARGY.

Nam, cum quærimus, vtrum hoc, an hoc ſit plura complectentes hoc pacto, vtrum Sol deficiat, an non deficiat, eſſe tamen quærimus, cuius id indicium eſt, hoc enim inuento, Solem, inquam, ipſum deficere, ſtatim ceſſamus. Atque ſi à principio Solem deficere ſcimus, non quærimus vtrum deficiat Sol.

DILVCI.

Quandoquidem, vtrum hoc ſit, aut hoc, quærimus in numerum ponentes. vt vtrum deficiat Sol, vel non ipſum quęrimus. Signum autem huius. inuenientes enim quia deficit, pauſamus & ſi in principio ſciremus quia deficit, non quæreremus vtrum.

Accepit quæſita eſſe quatuor & totidem eſſe ſcita, ſiue inuenta, nũc probat (vt Simplicius inquit,) ex diuiſione, ſ. illa eſſe quatuor, & non plura, neque pauciora. Et intelligit Simplicius per diuiſionem, inductionem ſufficientem. eſt enim inductio duplex, altera cum ſufficientia, vt quando inducẽs ſimul inducit, & ſufficit. ſic enim Ariſt. probauit quatuor eſſe prædicata. Simul enim induxit, & ſufficere viſus eſt. Altera vero eſt inductio, in qua inducuntur ſingularia, ſed non omnia. & hæc eſt inductio tm̃. Ariſt. ergo diuiſione probat quatuor eſſe quæſita, & totidem inuenta (vt Simplicius inquit, quia per inductionem diuiſiuam cum ſufficientia. Ordo vero inducendi hic eſt, ꝙ primo compoſitas & ſecundo ſimplices inducit.

Com. 2. Expoſitio. Simplicij.

Induc. duplex.

Reddit cauſam Simplicius: quia compoſita ſunt nobis prius nota ſimplicibus. Sed hæc cauſa nulla eſt, qm̃ quæſtio propter quid eſt cõpoſitior quæſtione quia eſt. Nam, (vt Philo. inquit,) in quæſtione propter quid eſt, continetur ipſum quia eſt, non autem in quæſtione

Cauſa facti ſecundum Simplicium. Refutatio.

ne quia eſt continetur ipſum propter quid eſt Ergo Ariſt. prius debuiſſet incipere à quæſtione quid tanquam à magis compoſita. Alij dixerunt eum incipere à quæſtionibus compoſitis, quia iſte liber eſt reſolutorius: & reſolutio eſt à compoſitis ad ſimplicia. Sed nec hæc cauſa bona eſt: quoniam debuiſſet incipere à quæſtione propter quid quæ eſt omnium maxime compoſita, vt dicit Philo. Quare, cum Ariſto. vtatur inductione, & inductio ſit ſingulariũ, vel eorum quæ ſe habent, vt ſingularia, & inter ſingularia non ſit ordo, non debet reddi cauſa eius, quod non eſt. Volens igitur Ariſto. inducere in compoſitis, incipit à quæſtione quia eſt, & probat ſimul ipſam eſſe quæſtionem, & enumerat ipſam, & inquit. § Quandoquidem hoc aut illud quærimus in numerum ponentes, vt vtrum deficiat Sol aut non: ipſum quia quærimus. Dixit in numerum ponentes, quia vt Simplicius dicit, eſt quæſtio de compoſito, vel vt dicit Philo. non de termino, ſed de propoſitione quæſtio eſt, vbi ſubiectum & prædicatum duæ res ſunt conſtituentes numerum binarium. Dum enim quærimus, vtrum Sol deficiat, ponimus in numerum quia illi ſubiecto Sol, addimus hoc prædicatum deficit, & quærimus an illi inſit. Sed dices ipſum quia eſt, habetur per ſenſum: ergo non quæritur, cum quærimus quæ non ſunt nobis nota ſenſibus. Dici poteſt ipſum quia eſt, quæri in mathematicis, quãdoquidem demonſtratio ſimul oſtendit in illis ipſum quia eſt, & propter quid eſt. In aliquibus etiam naturalibus eſſe poteſt ipſum quia eſt quæſitum, vt ſi non eſſemus præſentes ipſi, quare venit in quæſtionem. Quod vero ipſum quia eſt ſit quæſitum, probat Ariſto. ſigno, (vt inquit Simplicius) ſumpto à contrario & intelligo à contrario & ſumpto à termino à quo, & ſumpto à termino ad quem & inquit: § Signum autem huius eſt, quod inuenientes, quia deficit, pauſamus, hic tollitur quæſtio, & hoc ſignum eſt ex parte termini ad quem, q.d. cum ipſum quia datur, in reſpõſione eius quæſtionis, quæ quærebat an Sol deficiat, ergo fuit quæſitum, vtrũ Sol deficeret, ſemper enim reſponſio eſt de eo, quod quærebatur. ex parte vero termini à quo probat, & inquit § Et ſi in principio ſciremus quia deficit, non quæreremus vtrum deficiat: ergo propter ſcientiam non quæritur: quare, ſi contingit ignorari, quæritur, & ſic iſto duplici ſigno patet ipſum quia quæſitum eſſe. Ex his apparet dupliei ratione Ariſtotelem probaſſe ipſum quia eſt eſſe quæſitum. Primo, quia plerumque per ſenſum patet, ideo raro quæritur. Secundo, quia quod quæritur, per notam interrogationis quæritur, at ipſum quia non interrogat. Sed ambiges quomodo ipſum quia eſt ſit quæſtio, cum potius videatur præcognitio. Occaſione huius dubitationis quidam eruditiſſimi, quod græce eſt oti, an ſubiecto prædicatum inſit latine dixerunt. alij oti, dixerunt an, alii vtrum, alij qualis res eſt, vt Philoponus exponit. Verum ego dicerem oti, quod apud nos eſt ipſum quoniam, vel quia, eſſe quæſitum, cum detur in reſponſione, & etiam cum ignoratur quæritur. Si ergo datur in reſponſione, ergo quærebatur. Non tamen quæritur per notam interrogationis, ſicut alia quæſita: & ſic eſt quæſtio, ſiue quæſitum, non per modum queſtionis vel quæſiti, cætera ve-

Alia cauſa ſcdm alios
Refutatio.
Propria põ
Obiectio.
Solutio.
Dubitatio
Solutio aliquorũ
Propria ſolutio.

E ro ſunt quæſita, & quidem per modum quæſiti.

ARGV. *Cum autem ſcimus eſſe, tum propter quid eſt dicere cõſueuimus. Deficere namque Solem terramque moueri ſciẽtes, cur deficit quærimus aut mouetur. atque hæc hoc pacto.*

DILVCI. *Cum autem ſcimus ipſum quia, ipſum propter quid quærimus. vt ſcientes quia deficit, & quia mouetur terra, propter quid deficit, vel propter quid mouetur, quærimus. Hæc quidem ſic.*

Quia eſt præcedit propter quid

Com. 3. Incepit à compoſitis quæſtionibus, ſiue quæſitis nec alia ratione, niſi quia inter inductionis partes ordo aſsignari non poteſt: cum igitur egit de quæſtione quia eſt, nunc tranſit ad quæſtionem propter quid eſt & inquit. § Cum autem ſcimus ipſum quia ipſum pp quid quærimus, & exemplo oſtendit, cum dicit · vt ſcientes quia deficit Sol. ſ. per ſenF ſum aut ratione, aut experimento, aut auctoritate præceptoris, & ſciẽtes quia mouetur terra etiã his modis. mox propter quid deficit Sol vel propter quid mouetur terra, quærimus: tunc epilogando inquit: § Hæc quidem ſic, ſup. quæruntur. Dicit Simplicius: & quidem ſapide, in nobis fieri hunc ordinem, ſ. vt poſt quæſtionem quia eſt, ſurgat quæſtio propter quid eſt, quoniam cum ratione viuit anima. ipſa enim apta perfici à ſcientia, quouſque perfectione indiget quærit: hinc ſcito quia res (vt quia Sol deficit) vel terra tremit, cum ignoret cauſam niſi quærat cauſã nõ quæret ſuã totalem perfectionem: eſt n. ſibi naturale deſiderium ad ſciendum: quare, quandiu contingit ſcire, tandiu quærit. Eſt autem ipſum quia prius ipſo propter quid, quoniam communius, namde quolibet poteſt ipſum quia perquiri, non autem ipſum propter quid.

Quæ Sim.

ARGV. *Quædam alio quærimus modo. Quærimus enim ſi ſit, an non ſit centaurus aut deus. Si ſit autem nec ne ſimpliciter dico, ſed non ſi albus ſit aut non albus. Hoc percepto, Deum inquam eſſe, vel hominem, quid eſt poſtea quærimus, vt quid eſt deus. quid homo? Hæc igitur & tot ſunt quæ quærere conuenimus, & quæ iam ſcimus inuenta.*

DILVCI. *Quædam autem alio modo quærimus, vt ſi eſt aut non eſt centaurus, aut deus. Hoc autem ſi eſt aut non eſt. ſimpliciter dico ſed non ſi albus aut non. Cognoſcentes autem quoniam eſt, quid eſt, quærimus. vt quid igitur eſt deus, vel quid eſt homo? Quæ quidem igitur quærimus, & quæ inuenientes ſcimus hæc & tot ſunt.*

Com. 4. Nunc trãſit ad quæſtiones ſimplices. dixit enim epilogando, hæc quidem ſic quærimus, ſ. compoſite, atque in numerum ponentes, vt diximus, quædam autem alio modo quærimus, quoniam nec compoſite, nec ponentes in numerum, cum in iſtis non ſit eſſe ante prædicatum, vt Simplicius inquit, de quo poſtea: Incepit autem à quæſtione ſi eſt, vel quia ſimplicior, vt videbitur, quaſi præſuppoſita ipſi quid eſt, vel quia communior: quandoquidem de omnibus, de quibus quæri poteſt, quid eſt ipſum ſi eſt quæri poteſt, at de multis quæritur ſi eſt, de quibus non quæritur quid, vt de centauro, & vacuo. Aut quia ipſum ſi eſt quo ad nos prima eſt, nos. n. noſtro naturali ſciẽdi ordine, primo ſi res eſt oſtendimus, inuento vero ente, oſtendimus quid eſt ipſa ſit, ſiquidem & differentia, quæ ſunt definitionis partes, poſteriora ſunt ipſo ente. Animaduerſione dignum verbum ſi, quod græce eſt ει poſſe interdum accipi pro nota propoſitionis hypotheticæ (vt

Notanda.

dum accipi pro nota propoſitionis hypotheticæ (vt Boethus dicit) vt ſi diceremus, ſi equus volat, equus habet alas : & hac ratione non quæſitum ſacit, ſed illationis, ſiue cõtinuationis eſt ſignum, noſtro autem propoſito accipitur, vt quæſitum facit. hoc modo ſumptum cõmune eſt ad eſſe, & ad non eſſe. Quandoquidem quæſitum ſi res eſt vel non eſt terminatur aliquando ad eſſę, vt ſi quæratur ſi Deus eſt, aliquãdo ad non eſſe, vt ſi quæratur ſi centaurus vel vacuũ eſt, vel ne. & quia ſic cõiter accepit ipſum Ariſtoteles dedit duo exempla, & inquit {Quædam autem alio modo quærimus, qm̃ nec compoſite, nec in numerum ponentes quærimus. vt ſi eſt, aut non eſt cẽtaurus : & hoc exemplum eſt quãdo ſi eſt, ad negationem terminatur. Aut deus, & hoc exemplum eſt quando ſi eſt, ad affirmationem terminatur. Et quoniam ſi eſt frequenter in præcognitionibus, & quæſtionibus accipitur pro ipſo quia eſt, iccirco inquit} Hoc aũt ſi eſt, vel non ſimpliciter dico, videlicet in nullam entis partem deſcendens, qm̃ non ſi albus vel non, quę ſunt entis partes quærimus, quo modo ipſum quia eſt facit. Verum de hoc poſtea. Tranſit deinceps ad quæſtionem quid res eſt, & inquit. {Cognoſcentes autem ꝙ eſt Deus, quid Deus eſt, quærimus (vt quid Deus eſt) vel quid eſt homo. Sequitur autem quid res eſt ipſum ſi res eſt, quærere, ſi anima viuit ratione. quia deſiderium naturale eſt ipſi ad ſciẽdum quouſq; ignorauerit. Et quia propoſuit quatuor eſſe quæſita, & quatuor quæ inuenientes ſcimus, vtraque epilogans, inquid. {Quæ quidem igitur quærimus, & quæ inuenientes ſcimus, hæc ſunt in ſubſtantia, tot numero, ſcilicet quatuor.

Digreſſio. dubitatio.

SEd circa hæc, plures dubitationes emergunt, & in ſe, & circa verba Ariſtotelis. Dubitatur ergo primo quõ differunt quæſitum, & inuentum, hoc eſt ſcitum, quod inuenientes ſcimus. Reſpondet Simplic. quæſitum & ſcitum ſiue inuẽtum eſſe eadem ſubiecto, & differre ratione. nam quod ex principio proponitur vt quæſitum, hoc vltimo inuentum fit. Vnde differunt vt quæſtio, & concluſio: ante enim demonſtrarionem quæſtio eſt, in fine vero concluſio.

Solutio. Simpli.

Sed ſcd̃um Platonem ſcitum eſt ante quæſitum : quod animus enim præſciuit, quærentes reminiſcimur. vt in Menone probauit. Præterea, ſecundum Ariſto. Actus eſt prior potentia: ſcitum actus eſt, quæſitum potentia : ergo ſcitũ prius quæſito eſt. Inſuper, aliqua ſunt ſcita, quæ nunquam fuerunt quęſita, vt dignitates, hæ ſcitæ ſunt à nobis, & tamen non prius fuerunt quæſitæ. Poteſt ſimplicius defendi eum intelligere de ſcitis, quæ ſunt concluſiones, vt exponit, vel de ſcitis non primis, ſcilicet quorum poteſt eſſe quæſtio, & reſpectu eiuſdem quærentes, atque eiuſdem inuenientis: nam reſpectu diuerſorum ſcitum eſt prius quæſito. ſcitum enim in doctore prius eſt quæſito in diſcipulo, in diſcipulo vero prius eſt quæſitum quam ſcitum eiuſdem rei. Plato vero cõtrarium aſſerit, fuit tamen propriæ opinionis.

Tertio de anima. Tex co. 20.

2. dubĩ.

Secundo dubitatur, quia non videntur quæſita æqualia numero his quæ inuenienres ſcimus: Nam ſicut apud ſenſum non omne, quod quæritur, inuenitur (Quærens enim theſaurum, non ex neceſſitate theſaurum inuenit, neque quærens amicum neceſſario inueniet) Ita apud ĩtellectum. Tetragoniſmus enim circuli ab antiquis quęſitus eſt, non tñ adhuc inuentus. Poteſt reſponderi, (vt ex verbis Simplicij colligi poteſt) Ariſto. per numerum nõ intelligere numerum indiuiduorum: non enim quot ſunt quæſita numero indiuiduorum, tot numero indiuiduorum ſunt ſcita : ſed intelligit ſecundum genus, quaſi dicat quot numero ſunt genera quæſitorum. {Sunt enim genera quæſitorum quatuor, & quatuor genera ſcitorum.

3. dubĩ.

Tertia dubitatio quæritur de numero quæſtionum. Videtur enim quod quæſtiones ſunt innumeræ. ergo nõ tantum. quatuor. Pręterea Quæſtio quid eſt, nõ eſt vna, ſed tot quot ſunt cauſæ: ergo non tantum quatuor ſunt quæſtiones. Præterea, Si eſt, & quia eſt per ſenſum ſciuntur : ergo non quæruntur.

Quæ Sim. Probõnes quod tantũ quatuor ſit quæſita.

Simplicius cognomento magnus Magiſter probat quatuor tantum eſſe quæſita.

Pria pbõ.

Primo, quia vel quęrimus cauſam, vel quærimus eſſe. ſi quærimus eſſe, aut quærimus eſſe ſimpliciter, & ſic eſt quæſitum ſi res eſt: aut quærimus eſſe ſecundum quid, hoc eſt, an hoc ſit in hoc, & ſic eſt quæſitum, quia eſt. ſin autem quærimus cauſam, aut quærimus cauſam, quæ eſt ipſius eſſe ſimpliciter, & ſic eſt quæſitum quid res eſt: aut cauſam, quæ eſt ipſius eſſe in alio, & ſic eſt quæſitum propter quid eſt.

Secunda.

Secundo, hoc idem probat ſic, aut quæſtio eſt de ſimplici aliquo, aut de cõpoſito aliquo. Simplex eſt quod non niſi ſub vno prædicamento eſſe poteſt, vt homo, Deus, & animus. Compoſitum vero quod cõtingit eſſe ſub diuerſis prædicamentis, vt iuſtum & æquale. Si quæſtio eſt de ſimplici, aut ipſum eſſe quærimus, aut ipſum, quid eſt: ſi ipſum eſſe, eſt quæſtio ſi eſt: ſi ipſum quid eſt, eſt quæſtio quid eſt. ſin autem quæſtio eſt de compoſito: aut in eo quærimus ſi ſubiecto ineſt aliquid, aut propter quid ſubiecto aliquid ineſt. ſi quærimus ſi ſubiecto aliquid ineſt, eſt quæſtio quia eſt: ſin autẽ quærimus propter quid ſubiecto aliquid ineſt, erit quæſtio propter quid.

Tertia.

Tertio, hoc idem probat ratione phyſica. nam quatuor ſunt cauſæ. quæ quidem eſt ſi eſt, cauſam vnde motus principium imitatur: eſt enim cauſa effectrix principium eſſendi ſimpliciter. qõ quid eſt, ſpecificatiuam cauſam imitatur : ſpecies enim & ratio definito eſt. Quæſtio quia eſt materiam imitatur, qm̃ in ea eſt ſubiectum, in quo aliud eſt. Quęſtio vero ꝑꝑ quid, finem imitatur: quid eſt omnium cauſarum ꝓpter quid. Iſtæ tres rationes ex verbis ſimplicij ſatis cõmode eligi poſſunt. Quarta vero eius ratio, quia eſt theologica, prætereũda eſt. Poteſt tñ & quarta ratio addi, quod quatuor ſint. quia omnis quæſtio, vel eſt de termino, vel de propoſitione: ſi de termino, vel de ſubiecto, & ſic eſt quæſtio ſi eſt : de ſubiecto: n. quærimus ſi eſt, vt ſi centaurus ſit, & ſi deus eſt: vel de prædicato, & ſic eſt quæſtio quid eſt: quærimus enim de ſubiecto quid prædicatum eſt, quid eſt & definitio. ſin autem quęſtio eſt de propoſitione, aut de illa quærimus eſſe, aut cauſam. ſi eſſe quæſtio eſt quia eſt, ſi cauſam, quæſtio eſt propter quid eſt.

Ad primã

Ex his patet ſolutio ad primã licet quæſtiones ſecundum numerum Indiuiduorum ſunt innumeræ, genere non ſunt niſi quatuor.

Ad ſcd̃am.

Ad ſecundam etiam patet ſolutio. nã licet plures ſint cauſæ, & ſecũdum quodlibet genus cauſæ, & ſecundũ om

Ad tertiã.

nia ſimul definitio eſſe poſsit, tñ (vt dicit Philop.) oẽs quæſtiones ſub vno genere continẽtur, ſ. quid eſt. Ad tertiam patet ſolutio. nam licet plerumq; per ſenſum terminentur, tamen aliqñ ſubiectum eſſe eſt nobis ignotum, vt an deus ſit: hoc aũt probamus ſyllogiſmo hypothetico à conſtructione antecedentis, qũ quæſtio ad partem affirmatiuã terminatur, vt pote ſi motus eſt, Deus eſt: ſed motus eſt: ergo Deus eſt. Qñ vero ad partem negatiuam, ſyllogiſmo hypothetico deſtructiue, vt ſi vacuum eſt, motus in non tempore eſt: ſed non eſt motus in non tpe: ergo non eſt vacuum. Similiter aliqñ quia eſt nobis ignotum eſt, vt in mathematicis, & in quibuſdam naturalibus: ideo ſimul terminamus quæſtionem quia eſt, & propter quid eſt.

Quarta dubitatio. Reſpon. Dñæ qõnũ inter ſe & primam. Secunda.

Quæritur Quarto de dña quęſtionum. Reſpondetur ex his, quæ Philopo. dicit, ꝙ quæſtionũ duæ ſunt ſimplices, & duæ compoſitæ. ſi eſt, & quid eſt ſimplices ſunt: nam ſi eſt quærit de ſubiecto, quid eſt quærit de prædicato, quod eſt definitio. Compoſitæ ſunt quia eſt, & propter quid eſt. Nam quia eſt quærit eſſe hoc in alio, propter quid vero quærit cauſam quare hoc eſt in alio. Secunda differentia eſt ꝙ quæſtionum aliquæ ſunt præſuppoſitæ, vt ſi eſt, & quia eſt, quid eſt, aliquæ præſupponẽtes, vt quid eſt, & ꝑꝑ quid, quid eſt enim præſupponit ſubiectum eſſe, cuius quærit definitionem, ꝑꝑ quid vero præſupponit hoc eſſe in alio, cuius quærit cauſam.

Tertia.

Tertia differentia eſt ꝙ aliæ ponũt in numero, aliæ vero non ponunt in numero. Et intelligit. Simplicius & philoponus quæſtionem ponere in numerum, quando ſubiecto additur prædicatum, vel quando ſumentes duo quærimus ſi alterum alteri in eſt. & quoniam quãdo quæritur, ſi eſt Deus, vel quid eſt Deus, ſubiecto non additur prædicatũ, ſed ſolum verbum ſubiecto additur, nec ſumentes duo quærimus, ſi alterũ alteri ineſt, quæritur enim ſi eſt Deus, de ſubiecto, quid vero eſt, de prædicato: ideo neutra ponit in numerum, quia eſt vero & propter quid ponũt in numerum: nam ipſum quia eſt, quærit de eſſe huius ĩ hoc, & ipſum propter qd eſt quærit de cauſa, cur hoc eſt in hoc: ergo quælibet querit addens prædicatum ſubiecto, aſſumens duo. Quarta differentia eſt, ꝙ duæ quæſtones ſunt dialecticæ, duæ vero ſcientificæ. Si eſt, & quid eſt dialecticæ ſunt. Sufficit enim ad eas reſpondere ita, aut non, quia eſt vero, & propter quid ſcientificæ, ad eas enim non eſt ſatis. ita, aut non reſpondere: ſed vtimur pluribus rationibus conſtructiuis. hæc colligi poſſunt ex Philopono, & ſimplicio.

Quinta dubitatio Solutio. Qũo quæſita & cõceſſa diuerſificãtur in qõnibus.

Quinto quæritur, cum in omni qõne ſit conceſſum, & quæſitum, quæ ſunt conceſſa, & quæſita harum quęſtionum. Dicendum in quæſtione ſi eſt, conceſſum eſſe quid ſignificat nomen. quæſitum eſt eſſe. verbi cauſa, cum quærimus an cẽtaurus ſit, conceſſum eſt quid ſignificat nobis nomen centauri, quæſitum eſt eſſe de centauro. In qõne quid eſt, conceſſum eſt duplex, quid ſignificat nomen definiti, & illud ſignificatũ eſſe. quæſitum vero eſt quid eſt illud. In qõne quia eſt conceſſum eſt multiplex & quid ſignificant termini, & ſubiectum eſſe. quæſitum vero ſi ſubiecto exiſtẽti aliud inſit. In quæſtione vero propter quid eſt: conceſſum eſt hoc huic ineſſe, quæſitum vero eſt cauſa ꝑꝑ quam hoc huic

E ineſt. Ex his patet in oĩ qõne eſſe conceſſum, & q̃ſitũ: & quid in vnaquaq; vtrunq; ſit.

6. dubi. In primo li. ca. 3. &c. Rñ. Them.

Sexto dubitabis, quia Ariſ. libro Topicorũ formas quæſtionum omnes fecit compoſitas. verbi cauſa, an quicquam de altero dicat̃ vt genus an afferatur (vt ꝓprium) an affirmetur (vt accidens) an ꝑdicetur, vt definitio? Hic vero aliquas ſimplices, aliquas cõpoſitas fecit. Them. reſpõdet & recte. dicit enim qõnum vſum eſſe alium ĩ topicis, alium aũt in hoc loco. In topicis enim cões ſunt dialecticis ꝓpoſitionibus, & problematibus. At hic omnibus demõſtratiuis, & ſic (vt ſimpli. ſupleuit in topicis, omnis quæſtio eſt compoſita, hic autem non omnis.

Dubũ contra rñſionẽ Themiſt. Rñ. Simpl.

Sed circa hãc Themiſtij reſponſionem dubitatio non parua eſt. nam dialecticus quærit de termino, ſcilicet de definitione: ergo non omnis qõ topica eſt compoſita cum ea quæ de definitione quærit, ſit ſimplex. F ſimplicius dicit dialecticum non eſſe quærere de definitione, quia, vt dicit, Dialectica non exponit quod quid eſt.

Qual. rñ.

Ego vero non intelligo hæc, quæ ſimp. dicit. Nõne quærit dialecticus an quicquam de altero prædicetur, vt definitio: certum eſt ꝙ ſic, & Themiſtius concedit. Præterea Dialecticus conſtituit loca à definitione: ergo conſiderat definitionem.

Propria ſolutio.

Ideo melius cum Philopono dicerem omnia, ſ. ꝓblemata dialectica eſſe de numero quæſtionum quia eſt. nam duo ſumentes in omnibus illis quærimus ſi alteram alteri ineſt. in definitionibus enim ſumentes definitum, & definitionem quærimus ſi definitio in eſt definito, & hoc pacto q̃ſtio compoſita eſt: & quia eſt. At in hoc loco non accipimus in definitionibus duo querentes an alterum alteri inſit. ſed de prędicato definiti quærimus qd G illud ſit, & ita qõ quid in hoc loco ſimplex eſt.

ARGV.

Cum auetm quærimus eſſe, aut ſi eſt ſimpliciter, tum ſi ſit, nec ne ipſius medium quærimus. Atq; cognito vel eſſe. qui quidem modus aliqua ex parte rei complectitur quæſtionem, vel ſi eſt, quod quidẽ ſimplex eſt rei quæſtio, rurſus propter quid eſt, aut quid eſt, quærimus, quidnam ſit, tunc ipſum medium quærimus. Atq; modum tum aliqua ex parte rei quæſtionem complecti dico, cum hoc dicitur pacto. Deficit ne luna aut accreſcit, tum .n. vt patet ſi quidpiam competat, inſitq; cuipiam quæritur, ſimplicem hanc quæſtionem, appello, Eſt ne luna, vel nox, vel dies. Fit igitur vt omnibus in quæſtionibus quæratur, aut ſi ſit medium, aut quidnam medium ipſum ſit.

DILVCI. Qõnes oẽs ad mediũ attinent.

Quærimus autem, cum quidem quærimus quia eſt, aut ſi eſt ſimpliciter, vtrum ſit medium ipſius, aut non ſit. Cũ H autem cognoſcentes aut quia eſt, aut ſi eſt, aut in parte, aut ſimpliciter, rurſus propter quid quærimus, aut quid eſt, tunc quærimus quid ſit medium. Dico autem quia eſt, aut ſi eſt in parte, & ſimpliciter: in parte quidem, vtrum deficiat luna, aut augeatur. ſi enim eſt aliquid, vel nõ eſt aliquid. In huiuſmodi quærimus, Simpliciter autem, ſi eſt, aut non eſt luna aut nox. Contingit igitur in omnibus quæſtionibus quærere, aut ſi eſt medium, aut quid eſt medium.

Com. 5. Expoſitio. Neutericorum.

Neoterici aſſerunt Ariſt. velle quæſtiones quatuor reducere in duas. videlicet ad ſi eſt, & quid eſt. Quam expoſitionem (ſi non male percepi) ſimplicius affert hic. Nec ab ratione. nã per hanc reductionẽ numerum qõnum manifeſtiorẽ fecit Ariſt.

Cum

Cum.n.aliquis numerus in tot ducitur in quot duci poteſt,& rurſus in tot colligitur, in quot colligi poteſt numerus ille manifeſtior apparet. Sed mihi non placet hæc expoſitio, nam præcipua, & prima

Refutatio

Ariſtotelis intentio nec eſt de quæſitorum numero, nec de numero inuentorum, ſed eſt de medio (vt diximus) Sed quia poſſet quis credere mediũ quæri quadrupliciter propterea quæſtiones medij oẽs docet reducere in duas. Quod vero oẽs quæſtiones medij ſint duæ, ſ. ſi eſt, & quid eſt, oſtendit inductione, vt placet Simplicio, poſtea & ſyllogiſmo, inductione, ergo probatur omnes medij quæſtiones in duas reduci: qm̃ cum quærimus ſi eſt, verbi cauſa, ſi eſt Deus, quærimus ſi ſit aliquod mediũ, quo ſciamus an Deus ſit: & ſi quærimus de aliqua propoſitione quia eſt, hoc eſt an ſit vera, quęrimus ſi eſt aliquod mediũ, quo illa ſit vera, ergo ĩ vtraq; quæritur ſi eſt medium. Et hoc inquit. } Quærimus aũt cum quidem quęrimus quia eſt, id eſt cum quærimus hoc ineſt huic, aut cum quærimus ſi eſt ſimpliciter, i. cum quærimus eſſe huius ſimpliciter, vtrum ipſius eſſe huius in hoc, aut ipſius eſſe ſimpliciter, ſit mediũ aut non ſit medium. Ergo in vtraq; quæſtione ratione quadã generali, idem quæritur: nam generali ratione quæritur de eſſe medij quod eſt ſi eſt medium. Deĩde oſtẽdit quæſtionem quid eſt, & qõnem propter quid eſt, vtraq; eſſe qõnem quid eſt medium, & inquit: } Cum autem cognoſcentes aut quia eſt, aut ſi eſt, aut in parte, aut ſimpliciter, rurſus quærimus pp quid, aut quid eſt. in vtraque hac qõne quærimus quid ſit medium. Et intelligas aut in parte, aut ſimpliciter referendo ſingula ſingulis: ipſum in parte ad qõnem quia eſt, ipſum ſimpliciter ad qõnem ſi eſt. Quærimus.n.in qõne quid eſt Deus, vel quid eſt homo quid eſt medium quo Deus ſit quidditatiue, vel quo homo ſit quidditatiue: & in qõne pp quid eſt, quærimus etiã quid eſt medium pp quod propoſitio vera ſit: vt quid eſt illud medium: & propter quod, veluti pp cauſam, hæc propoſitio ſit vera: Luna deficit, vel terra tremit. Quare ratione quadam generali in

Notandum

vtraq; qõne quæritur quid ſit medium. Animaduerſione dignum in quæſtionibus ſi eſt, & quia eſt, nos generali quadam ratione non quærere niſi ſi eſt aliquod medium, quo ſciamus aut eſſe ſimpliciter, aut eſſe, hoc in hoc: ſpeciali vero ratione, ſi eſt medium, ꝙ quærimus in qõne ſi Deus eſt, & ſi eſt medium, quod quærimus in quæſtione, ſi luna deficit, differunt. nam ſi eſt medium reſpectu qõnis, ſi eſt Deus, eſt ſi medium eſt quo probamus de deo eſſe ſimpliciter, ſi eſt medium reſpectu quæſtionis an luna deficiat: ſi eſt medium quo probamus de luna eſſe in parte. Ergo ratione generali ipſum ſi eſt medium in vtraq; eſt idem. Speciali vero ratione: vt refertur mediũ ad quæſita, differt vtraq; in quæſtione, vt quæſtio differt à quæſtione. Simili ratione dici poteſt in quæſtionibus quid eſt, & pp quid eſt: nã generali ratione, quatenus vtraq; eſt de qd eſt medium, vna qõ ſunt, reſpectu vero eorũ, reſpectu quorũ quæritur, alia ratio eſt. ergo generali ratione quęſtiones medij duæ ſunt, vt ſi eſt medium, & quid eſt mediũ, Speciali vero quatuor, vt dictum eſt. Et quia dixit qõnem quia eſt eſſe quæſtionẽ in parte & quæſtionem ſi eſt eſſe quæſtionem ſimpli-

A citer exponit hęc, & inquit. Dico autem quia eſt aut ſi in parte, & ſimpliciter: & referendo ſingulis ſingula, in parte quidem quia eſt, vtrum deficiat luna aut augetur in lumine, hæc enim quæſtio dicitur in parte: nam in hmõi & talibus qõnibus, quærimus ſi luna, ſup. eſt aliquid, vel ſi luna non eſt aliquid. Hoc aũt non eſt quærere ſimpľr ſi eſt, ſed in parte ſi eſt, aliquid, vel non eſt aliquid. Simpľr aũt dico ſi eſt, aut non eſt luna, aut ſi eſt aut nõ eſt nox: nõ.n. quærimus in his aliquid, ſed ſimpliciter. Tũc ex hac inductione concludit, quod intendebat, & inquit. } Contingit igitur in oĩbus quæſtionibus quærere, aut ſi eſt medium, aut quid eſt medium.

Dubiũ pulchra.

SEd circa hæc dubitabis primo, quia non videt verum in quæſtionibus ſi eſt, & an eſt, medium eſſe q̃ſitum ſi eſt. Declarauimus.n.in quæſtio-

B ne ſi eſt, quæſitum eſſe ipſum eſſe ſimpliciter, in quæſtione vero quæſitum eſſe prædicatum in ſubiectum. ſimiliter nec eſt verum in quæſtionibus quid eſt & propter quid eſt quæſitum eſſe quid eſt medium. nam in quæſtione quid eſt diximus quęſitũ eſſe prædicatum, quod eſt definitio, in qõne propter quid eſt, quęſitum eſſe cauſam ergo hæc dicit, falſa ſunt. Prętere a. ſi in quęſtionibus ſi eſt, & quia eſt, quæſitũ eſt medium, cũ medium & cauſa idem ſit, in vtraq; harum quæſita erit cauſa, & ſic vtraq; erit quæſtio propter quid. ſimili ratione ſi idẽ eſt quærere quid eſt, & pp quid eſt, quod quærere qd eſt, tunc idem erit quærere quid eſt, & cauſam quærere quare, omnis quæſtio erit de cauſa, & ita omnis quæſtio erit propter quid. Inſuper ſi eſt. & quia eſt, perſæpe quæruntur & terminantur per ſenſum: igitur non ſemper in illis quærimus ſi eſt medium.

Secũda dubitatio.

C Præterea. ſolet quæri, vtrum quia eſt quęrere, ſit quærere in parte: & videtur quod non, quia quærere quia eſt, eſt ſumere duo, ſubiectum & prædicatum: & poſtea quærere an alterum alteri inſit, tale autem quærere, eſt ponere in numerum (vt ſuperius dixit) Ariſt. ponere vero in numerum eſt componere: ergo eſt quærere totum & non in parte: qui enim quærit in toto compoſito, non quærit in parte. Ad primam aĩaduerſione dignum q̃ quæruntur in quæſtione ſi eſt, eſſe duo, & eſſe vnum. reſpectu quidem quærẽtis, quæ quæruntur, vnũ ſunt: nam eſſe ſimpľr quod quæritur: & ſi eſt medium, quo ſciat quærens illud eſſe, ad intentionem quærentis vnum eſt, ſ. ſi eſt medium, nã eo habito quærens non q̃rit amplius. & hoc pacto bene dicit Ariſtoteles non eſſe aliud quærere ſi eſt Deus, vel ſi

D Luna deficit, quam quærere ſi eſt mediũ, quo Deus ſit, & quo luna deficit. Intentione enim habita ad quærẽtem idem eſt quęrere, reſpectu tñ rerum nõ eſt idem, ſicut non eſt idem medium ſyllogiſmo, & quæſitum: eſt enim quæſitum maior extremitas, quæ non eſt medium. Simili ratione & de aliis duabus qõnibus dicas. nam intentione quærentis idẽ eſt quærere quid medium ſit, per quod ſcimus lunam deficere, & ipſum deficere, tñ ratione habita ad res differunt ſicut medium in ſyllogiſmo differt à quæſito. Ariſ. ſuperius locutus eſt ratione habita ad res, hic vero ratione habita ad eum, qui quærit.

Solutio ad primam.

Ad aliam eiuſdem dubitationis, dicas non ſemper medium eſſe cãm. In qõne ſi Deus eſt, quærimus ſi motus eſt: vbi patet motum non eſſe cãm, ſed ef-

ſectum Dei. Similiter in quęſtione, ſi interpoſitio terræ eſt, quærimus effectum: quidquidem quia eſt cauſæ per effectum deprehenditur. & ita in quęſtionibus ſi eſt & quia eſt, licet quæramus medium, nō quærimus cauſam, ſed medium: quod eſt effectus.

Solutio ad ſecundam. Ad ſecundam vero dubitationem Philoponus inquit. quærens.n. de eſſentia alicuius, vt ſi eſt vacuū, ſimpliciter de ſubſtantia re vna exiſtente quæſtionem quærit. non enim res & eſſentia rei differunt: ergo quærere ſi eſt vacuum, eſt quærere de eſſentia & ſubſtantia, re vna exiſtente: at quærere an deficiat luna partitam in plura quæſtionem quærit: & ita per quærere in parte intelligit quærere qōnem in plura partitam, quærere ſimpliciter eſt quærere rem vnam. Conuenit huic expoſitioni quod ſuperius dixit in numerum ponentes. Reſpondet aliter, q̄ quærere in parte eſt quærere ſi huius eſt hoc: F quærens enim ſi homo eſt animal, quærit ſi animal eſt aliquid hominis: etenim genus aliquid illius eſt,

Alia ſolo & eſt Alex. cuius eſt genus. Quærēs etiam ſi nix alba eſt, quærit ſi album eſt aliquid niuis, nam accidens eſt aliquid illius, cui accidit. Quærens etiam ſi luna deficit, quærit ſi eclipſis aliquid lunæ ſit. videlicet an paſsio ſit ipſius. Hanc expoſitionem Alexander affert, vt Simplicius meminit hic. dicit enim Alexādrum in parte pro diuiſo accepiſſe, ſimpliciter vero pro indiuiſo: qui.enim quærit ſi Deus eſt, indiuiſum quærit, cum eſſe & res idē ſint: qui vero an nix alba ſit, diuiſum quærit in duos terminos, in ſubiectum & prædicatum: quare, quærens ſi eſt, quærit ſimpliciter, quia indiuiſum quid: quærens vero ſi huic hoc inſit, in parte quærit, hoc eſt diuiſum. Sed miror Græcos interpretes, & lōge magis latinos, cum quærant expoſitionem, vbi Ariſto. ſeipſum exponit. Dicit.n. in parte quidem, vtrum deficit luna, aut augetur. Nam in huiuſmodi quæſtionibus quærimus ſi defectus vel augumentum eſt aliquid, vel non eſt aliquid lunæ: & ita per partem intelligit aliquid, ſimpliciter autem ſi eſt, aut non eſt, luna aut nox: non.n. ſi aliquid eſt ipſius lunæ aut nox: ecce quo modo Ariſ. ſeipſum expoſuit, aſſerens ſe quærere in parte, cum quærit ſi aliquid eſt alterius: ſimpliciter, cum non quærit ſi aliquid eſt alterius, exponet etiam & ſe poſtea clarius Ariſto.

ARGY. *Cauſa enim eſt ipſum medium atq; vniuerſis hæc quæritur, deficit ne Luna, eſt ne huius aliqua cauſa: poſtea cognito hoc, cauſam, inquam, aliquam eſſe, quidnam ſit illa cauſa quærimus.*

DI LVCI. *Cauſa enim eſt medium, in omnibus autem hæc quæritur. Vtrum deficit, Vtrum eſt aliqua cauſa, aut non. Poſt hæc cognoſcentes, quia eſt aliqua, quid igitur hæc ſit quærimus.*

Comē. 6. Sylſ. text. ſecundum Simpl. . Non contentus, vt inquit Simplicius, inductione, nūc ſyllogiſmo probat oēs quæſtiones eſſe medij, & quidem prima figura, vt inquit hoc pacto. Cā quæritur in oībus quæſtionibus: mediū eſt cauſa: ergo medium quæritur in oībus qōnibus. De ratione

Refutatio. Sylſ. text. ſecundum propria. in mentem. primo accepit minorē, & īquit: {Cauſa enim eſt medium, hoc eſt medium eſt cauſa. Deinde accepit maiorem, & inquit, } In omnibus autem hæc quæritur. ergo, ſuple mediū in omnibus quæſtionibus quæritur. Sed pace ſimplicij, hic ſyllogiſmus non poteſt eſſe in prima figura, alioquin in prima

E figura ex puris particularib⁹ cōiugatio eſſet vtilis. Quare arbitror ſyllogiſmum eſſe in tertia figura hoc pacto, Cauſa quæritur in omnibus quæſtionibus: oīs cauſa eſt medium: ergo medium quæritur omnibus quæſtionibus. Huius ſyllogiſmi primo accepit minorem, quam intelligas vniuerſaliter ſic. Oīs cauſa eſt medium: deinde maiorē, quæ eſt, cauſa quæritur in omnibus quæſtionibus: ergo, ſup. medium quæritur in oībus quæſtionibus. Quod cauſa quæratur in omnibus quæſtionibus, vt recte Simplicius inquit, probat inductione & īquit, {vt vtrū luna deficiat, vtrum eſt aliqua cauſa, aut non, qua ſciamus lunam deficere: nec induxit in alijs. quia in omnibus idem eſt. cum enim quærimus ſi Deus eſt, quærimus ſi medium eſt, quo Deum eſſe ſciamus: & in cæteris ad genus ſimiliter. Addit Philoponus, & recte, ī omnibus quæſtionibus quęri cauſam, quę medium eſt, non tū in omnibus eodē modo. nam in quæſtione quia eſt, & ſi eſt, ſi eſt cauſa quærimus, in quæſtione vero quid eſt, & propter quid eſt, quid ſit cauſa quærimus. Animaduerſione dignum vnam eandemq; quæſtionem ſi eſt quia eſt, & ſi eſt, ſecundum ſubiectum, alteram vero atque alteram ratione: nā quæſtio ſi eſt medium huius propoſitionis luna deficit, reſpectu medij ſiue cauſæ dicitur ſi eſt, reſpectu vero propoſitionis dicitur quia eſt. denotans autem Ariſt. ſi eſt medium eſſe quæſtionem ſi eſt reſpectu medij, ſubſcribit: poſt hæc cognoſcentes, quia eſt aliqua, quid igitur hæc ſit q̄rimus, quare ſi eſt medium, vel cauſa, q̄ſtio eſt ſi eſt reſpectu medij vel cauſæ, alioquin non q̄reremus, {illa, cognito quidnam illa cauſa vel mediū ſit. Bene ergo dictum eſt quæſtionem ſi eſt cauſa G vel medium eſſe quæſtionem ſi eſt, & quia eſt, alia tū atq; alia ratione. Sed dubitaret fortaſſe quiſpiā cōtra hæc. Primo, quia ſi in omnibus quæſtionibus quæreretur cauſa, tūc omnes quæſtiones eſſent pp quid, cum cauſa & propter quid idem ſit. Secundo dubitat Simplicius quō in quæſtionibus ſi eſt, & quid eſt, medium quæritur. medium.n. ſubiecti & prædicati eſt, quæ extrema ſunt in quæſtionibus aūt his non niſi ſubiectum tantum eſt, aut prædicatum quod quæritur, & non extrema: ergo in talibus medium quæri non poteſt. Sed dicēdum ad primum Ariſt. per cauſam non principium eſſendi intellexiſſe, ſed principium cognoſcendi: quo ratione etiam effectus dicitur cauſa, cum ſit cognoſcendi principium, hoc.n. pacto cauſa & medium idem eſt. Ad ſecundum vero Simplicius longa nar H ratione reſpondet. Ego vero breuibus dicerem in quæſtionibus ſimplicibus non accipi medium, vt accipitur in compoſitis, in compoſitis.n. prædicatur: & ſubijcitur, in ſimplicibus vero accipitur bis cum accipitur ſemel in hypothetica, & ſemel in ſtructione, vel conſtructione. hoc pacto, ſi motus eſt, Deus eſt, ſed motus eſt: ergo Deus eſt. Mediū eſt motus, cū in hypothetica, & in coſtructiua propoſitione aſſumatur. Præterea, ſi vacuū eſt, motus elementorum eſſet ſubitarius: ſed motus elementorum non eſt ſubitarius: ergo vacuum non eſt. Medium eſt, motus ſubitarius: accipitur enim in hypothetica, & in deſtructiua propoſitione, & ſic in omnibus quæſtionibus medium quæritur, licet non eodem modo.

Diſamis

Philopo.

Si eſt & quid eſt ſubiecto eadem ſunt rōne aūt diuerſa.

Solutione ad prima.

Ad ſecūdam.

ARGV.

Cauſam tam eſſendi ſimpliciter, quã eſſendi quidpiam eorũ, quæ vel per ſe vel per accidens cõpetunt ipſum medium eſt. Atq; ſimpliciter eſſe dico ſubiectum ipſum, vt lunam, aut ſolẽ, aut terram, aut triangulũ quidpiam eſſe, vt defectionẽ, ſi in medio vniuerſi conſiſtat, an non in eo conſiſtat, æqualitatem, inæqualitatem & huiuſcemodi.

DILVCI.

Cauſa enim eſſendi non hoc aut hoc, ſed ſimpliciter ſubſtantiam, aut non ſimpliciter, ſed aliquid eorum, quæ ſunt per ſe, aut ſecundum accidens, medium eſt. Dico autem ſimpliciter quidem ſubiectum, vt lunam, aut terram, aut Solem aut triangulum: quid autem defectum, æqualitatem inæqualitatem, ſi in medio ſit aut non.

Com 7

Sed quia accepit in ſyllogiſmo proximi textus hanc minimam, cauſa eſt medium, exponit illam, & declarat, quæ cauſa mediũ eſt. Poſſet enim quilpiã dicere, eam cauſam eſſe medium, quæ accipitur ſolum in quæſtionibus compoſitis. nam in illis poteſt medium eſſe extremorum, in cæteris duabus, cum non poſsit accipi inter extrema, cauſa non erit medium. Ideo vult cauſam, quæ medium eſt, eſſe cauſam eſſendi, non hoc aut illud ſ. ſolum in quæſtionibus compoſitis, ſed eſſe cauſam eſſendi ſimpliciter ſubſtantiam, quæ eſt in vtraq; ſimplici quæſtione, vbi non quęritur niſi eſſe ſimpliciter, quod eſt ſubſtantia quæſiti: & non ſolum eſſendi vel non eſſendi in quæſtionibus ſimplicibus; ſed nõ eſſendi ſimpliciter, ſed hoc vel illud eorum, quæ aut per ſe; aut per accidens inſunt. Quare per cauſam intelligo, quę eſt principium in omnibus quæſtionibus, ſcilicet cognoſcendi (vt dictum eſt) inquit. {Cauſa n. eſſendi nõ hoc, aut hoc, ſ. cõpoſitis quæſtionibus, ſed eſſendi ſimpliciter ſubſtantiam, aut non ſimpliciter eſſendi ſubſtãtiam, ſed aliquid eorum, quæ ſunt per ſe, aut ſecundum accidẽs, medium eſt: quaſi dicat, intelligo per cauſam principium, quo cognoſcimus, & terminamus omnem quæſtionem, & ſimplices, quæ ſunt de eſſe & ſubſtantia: & compoſitas, quæ ſunt de prædicatis, quæ per ſe aut per accidens ſubiectis inſunt. Et ita per cauſam eſſendi ſimpliciter, vel eſſendi hoc, non intelligit principiũ eſſendi, quod eſt propter quid, ſed per verbum eſſendi: & per verbum eſſendi hoc, intelligit in quæſtionibus de eſſe, & in quæſtionibus de ineſſe hoc in hoc. talis autem cauſa eſſendi, vel eſſendi hoc, principium eſt cognoſcendi. Animaduerſione dignum quæſitum, quod eſt de eſſe ſubſtantiam, vel de eſſe ſimpliciter, eſſe quæſitum ſi eſt. Quæſitum eſſendi vel non eſſendi hoc, aut illud, eſt quæſitum compoſitum, quia eſt: & propter quid eſt hoc aut poteſt eſſe eorum accidentium, quæ conuerſim ſubiectis inſunt, & hæc ſunt accidẽtia per ſe, vel quæ inſunt plerũq; & hæc appellat per accidẽs. Et exponit quid per ſimpliciter, & quid per aliquid ipſe intelligit, quæ etiam expoſuit, & inquit. {Dico autẽ ſimpliciter quidem, cum dixi eſſendi ſimpliciter, ſubiectum, ſ. ſine prædicato cum ſolo verbo eſt, vel non eſt. vt lunam, aut terram, aut Solem, aut triangulum: & per lunam & ſolem tangit Aſtrologiam, per terram tangit naturalem ſcientiam, per triangulum vero tangit Geometriam. Quid vero appello defectum, de Sole, & de Luna. eſt enim defectus aliquid Solis vel Lunæ, æqualitatem de triangulo, æqualitas enim & inæqualitas aliquid trianguli ſunt. Si in medio ſit, aut nõ de terra: eſſe enim in medio mundi eſt aliquid terræ. Quæſtio ergo ſimplex eſt, quando quæſitum nihil ponit vltra rei eſſe, quando vero ponit aliquid alicuius prædicamenti, quæſtio eſt in parte, & dicitur compoſita.

ARGV.

In his enim omnibus patet idem eſſe quid eſt, atque propter quid eſt. Quid eſt lunæ defectio, priuatio lunæ lucis ob interpoſitionem terræ: propter quid eſt defectio, aut cur deficit luna, quia lux eius deficit, obijciente ſe terra. quid eſt concentus, ratio numerorum inter acutum, et graue, cur inter ſeſe ſuſcipiunt rationem acutum ipſum & graue. Eſt ne inter acutum & graue concentus, conſiſtitur ratio ipſorum in numeris. Quod ſimul atque percepimus, quænam ſit illa ratio quærimus.

DILVCI.

In omnibus enim his manifeſtum eſt, quod idem ſit quod quid quid eſt, & propter quid eſt. quid eſt defectus, priuatio luminis a luna, terræ obiectu. Propter quid eſt defectus, aut propter quid deficit luna, propter defectum luminis obiecta terra. quid eſt conſonantia ratio numerorum in acuto & graui. Propter quid conſonat acutum graui, propter id quod rationem habent numerorum graue & acutum. Vtrum eſt conſonare acutum & graue? Vtrum ſit in numeris ratio eorum: accipientes autem quia eſt, quid igitur eſt ratio quærimus.

Com. 8. Expoſitio Philopo.

Non eſt facile verba hæc intelligere. Philopo. enim hic dicit Ariſt. oſtendere in quibus idem eſt quid eſt, & propter quid eſt: & vult illa eſſe eadem in his, quę alteri inſunt, non aũt in his, quæ per ſe ſunt. Defectus enim eſt alteri inhærens, ſ. lunæ: & in hac re, quid & propter quid idem ſunt. nam quid eſt defectus reſpectu defectus eſt quid eſt, reſpectu quo alteri inhæret eſt propter quid eſt. Interpoſitio n. terræ reſpectu defectus eſt quid eſt, reſpectu, quo lunæ inhæret, eſt propter quid: quare in omnibus his, quæ alteri inhærent, idem eſt quid eſt, & propter quid eſt: in his vero quæ per ſe ſunt, ſimpliciter non idem ſunt. Quam expoſitionem ſi recte percepi, Simp. ſequitur. Põt etiã exponi, & magis ad verba Ariſto. epilogare duo, quæ prolixe declarauit. Declarauit enim idem eſſe quid & propter quid, & idem eſſe ſi eſt, & quia eſt. Hæc nunc epilogat, & quaſi per exempla illa iterum probat: & propterea vſus eſt particula enim quæ eſt redditiua cauſæ eorum, quæ dixit, inquit. {In his enim omnibus, ſcilicet quæ diximus, perſpicuum eſt idẽ eſſe quid eſt, & propter quid eſt. & quia dixit in omnibus his, exponit quæ hęc ſint, & inquit. {Quid eſt defectio, priuatio luminis à luna à terræ obiectu, hæc eſt quod quid eſt reſpectu defectus. Quod vero ſit propter quid, oſtendit, & inquit. Propter quid eſt defectus, ſup. lunæ inexiſtens, quod exponit cum inquit. Aut propter quid deficit luna, propter defectum luminis obiecta terra. ecce quomodo idẽ eſt quid & propter quid. Interpoſitio enim terræ eſt quid defectus, & eſt propter quid reſpectu, quo defectus ineſt ipſi lunæ. Deinde aſsignat aliud exemplum, & inquit. {Quid eſt conſonantia, ratio atq; proportio numerorum in acuto & graui, proportio (vt Phil. inquit, aut dupla aut tripla, aut ſexquialtera, aut ſexquitertia. Propter quid cõſonat acutum graui, i. propter quid conſonantia ineſt acuto & graui numeris: propter id quod acutum & graue habẽt rationem numerorum, & ita patet

Propria expoſitio.

idem eſſe quid & propter quid, alia tñ atq; alia ratione. Proportio enim numerorum eſt quid ipſius conſonantię, cũ ipſa capitur in ſe, eſt propter quid, cum ipſa accipitur vt inexiſtens alteri. Deinde per exempla oſtẽdit idem eſſe ſi eſt, & quia eſt. nam reſpectu propoſitionis, ſi eſt, mediũ eſt, quia eſt medium reſpectu ſui & in ſe, ſi eſt medium, eſt ſi eſt medium, inquit. Vtrum eſt conſonare acutum & graue, hoc eſt, vtrum numeris acuto & graui inſit conſonantia, tantũ eſt ac ſi quæramus, vtrum inſit numeris ratio acuti & grauis, & ita idem eſt ſi eſt medium, & quia eſt, quando medium accipitur reſpectu propoſitionis. Qñ vero in ſe accipitur, ſi eſt medium, non eſt quia eſt medium, ſed ſolũ ſi eſt medium. cuius ſignum affert, quia cognoſcẽtes, quia eſt mediũ ipſa, ratio, quærimus, quid ſit ratio: quod non quæreremus, niſi idẽ eſſet quia eſt, & ſi eſt.

ARGY. *Indicat etiam ea, quorum medium ſenſu percipi poteſt, nos ipſum medium quærere. Nã non ſentientes Lunæ defectionem, & ne an non eſt defectio quærimus Lunæ. quia ſi eſſemus in ipſa luna. neque ſi ſit, neq; cur ſit defectio vtique quæreremus, ſed ſimul vtrunq; ſe nobis vltro offerret, atque pateſieret.*

DILVCI. Tex 2. Quæſtiões medij eſſe ſenſu manifeſtum eſſe poteſt. *Quòd autem ſit mediũ quæſtio, oſtenditur quandocũq; medium eſt ſenſibile. Quærimus enim non ſentientes, vt defectum, ſi eſt, vel non. Si autem eſſemus ſupra Lunam, non vtiq. quæreremus neq; ſi ſit, neq; propter quid ſit, ſed ſimul manifeſtum vtique eſſet vtrunque.*

Omnes quæſtiones eſſe medij inductione, & ſyllogiſmo, & exemplis probauit, nunc aũt hoc idem ſenſus aſtipulatione cõfirmat. nam licet ſenſus aſtipulatio imbecilla ſit probatio, tñ eſt via (vt inquit Themiſtius) qua in cognitionem cauſæ ſubimus.

Vis ſenſus. Pręterea (vt dicit Auerroes) aſtipulatio ſenſus eſt G examen omnium rationum, inquit. {Quod autem ſit medij quæſtio in omnibus quæſitis, oſtenditur quandocunq; medium eſt ſenſibile: nam cauſa quare medium quærimus, eſt, quia ipſum ſenſu nõ percipimus: ideo dicit. {Quærimus. n. non ſentiẽtes, vt defectu ſi eſt, vel non eſt medium, qñ. ſ. nõn ſentimus medium: at, ſi in ipſa Luna eſſemus, & ſupple videremus ſimul Lunam deficere. & terræ interpoſitionem nõ vtiq; quæreremus ſi ſit lunę defectio, neque propter quid ſit lunæ defectio, ſed ſimul vtrunq; ſ. quia deficit, & propter quid deficit nobis manifeſtum eſſet. Simili ratione ſupplendum eſt, nobis eſſe notum, & ſi eſt medium, & quid eſt medium: quare ceſſaret omnis quæſtio. Quæ ratio docet in omnibus quæſitis ſolum medium quæri, ꝙ ipſo apprehenſo, non ceſſet omnis quæſtio. & intel H ligas hæc (vt ſuperius expoſuimus) oẽs quęſtiones eſſe medij reſpectu quærentes, reſpectu vero rerũ, quæ quærũtur, non oẽs quæſtionis medij ſunt. nam ſi eſt. quæſtio eſt ſubiecti. quid eſt, quæſtio eſt prædicati: quia eſt, quæſtio eſt propoſitionis an vera ſit: propter quid eſt, quæſtio eſt propoſitionis

Supra t. 5. cur vera ſit. Ergo reſpectu rerum, quæ quæruntur, quęſtiones aliquę nõ ſunt medij: ſed reſpectu quęrentis, qui nunquam ceſſat quærere, niſi medium inueniat, omnes quæſtiones ſunt medij.

ARGY. *Etenim ex ſenſus perceptione, & ipſum vniuerſale notum nobis fuiſſet. Senſu nanq. terram nunc ſeſe obijcere Lunæ cognoſceremus. Pateret enim viſu nunc deficere lunam, atq; ex hoc ipſum emerſiſſet vniuerſale.*

E *Ex eo enim quod ſenſiſſemus, & vniuerſale factum eſſet notum, ſenſus quidem enim fuiſſet quoniam nunc obijcitur. Etenim manifeſtum eſſet. quòd nunc, deficiat, ex hoc autem vniuerſale fieret.* DILVCI. Sẽſus via ẽ ad vle.

Sed obijceret quis, ſi per ſenſum perciperemus cauſam cum percipere cauſam ſit ſcire, tũc per ſenſum ſciremus, & ita ſentire eſſet ſcire: cuius cõtrarium dictum eſt Primo huius. Volunt ergo Themiſtius Simplicius, & Philoponus Ariſto. remouere in dictis ſuis contradictionem. Reſpondet ergo Ariſto. ſentire non eſſe ſcire. ſed ſenſus cauſæ particularis, ſ. ꝙ nũc deficit, eſſet via, qua vniuerſale nobis notũ fieret. Multum. n. refert ſenſum eſſe viam ad ſciendum, & eſſe ſcientiam, inquit: {Ex eo. n. quod ſenſiſſemus, & vniuerſale factũ eſſet notũ. } Quo modo vero vniuerſale fieret notum ex ſenſa F tione particularis cauſæ, exponit & inquit. {Senſus quidem enim fuiſſet de particulari cauſa, ſ. quoniã nũc obiicitur terra. Etenim per particularem cauſam fuiſſet notus particularis effectus, & ita eſſet nobis notum ex hac particulari interpoſitione per ſenſum nota, ꝙ nunc deficit: ex hoc aũt apprehenſio per ſenſum. ſ. ꝙ interpoſita nunc terra, Luna nunc deficit, fieret vniuerſale, ſ. ꝙ quandocunque terra interponitur, ſemper tunc luna deficit. Quare ſentire non eſt ſcire, ſed eſt via ad ſciendum, quatenus ex ſenſatiõe particularis cauſæ reſpectu particularis effectus, apud intellectum fieret nota vniuerſalis cauſa, ſeu propoſitio ſignificans vniuerſalem cauſam, reſpectu vniuerſalis effectus. Animaduertendum per ſenſum, vbi fuiſſemus ſupra lunam tempore defectus, nos tria percipere, Lunam G nunc deficere, quod eſſet particularis effectus: Terram ipſam ſeſe nunc obijcere, quod eſſet particularis cauſa: & particularem habitudinem illius particularis cauſæ ad particularem illum effectum. cognoſceremus. n. terra tunc interpoſita, nunc lunã deficere. Sed tunc eſt dubitatio non parua: quia ex vna propoſitione particulari non ſequitur vniuerſalis: ergo non ſequitur, terra nunc interpoſita Luna non deficit, ergo quandocunq; terra interponitur, ſemper Luna deficit. ſic. n. vniuerſale ex particulari deduceretur, contra regulas prioriſticas. Reſpondent Simplicius, & Philopon. Senſum proprie non agnoſcere niſi ſingulare, vtpote, ꝙ ad preſens obijcitur, & non quod ſemper obijciat. Tñ ex hoc ſingulari ſæpius cognito fit ſecundum intellectum vniuerſale. Fortaſſe ex ſenſitiua perceptione illius vnius ſingularis, intellectus addit de H ſimilibus idem eſſe iudiciũ in his, quæ per ſe ſunt, non enim refert in his, quæ per ſe ſunt particulariter, & vniuerſaliter apprehẽdere. Præterea adhuc dubitares. Nam Primo huius Ariſt. dixit, ꝙ ſi eſſemus ſupra lunã, adhuc quæreremus propter quid, hic vero aſſerit ceſſare omnem quæſtionem. Poteſt dici Ariſto. Primo huius aſſerere ſi eſſemus ſupra lunam, nos adhuc quærere propter quid, vt daret intelligere ſenſitiuam perceptionem non eſſe immediatam cauſam ſcientiæ, at hic aſſerit ceſſare omnem quæſtionem, ad ſignificandum, ſenſitiuam perceptionem medij, eſſe cauſam remotam, per quam de remoto ſaltem ceſſat omnis quęſtio: hoc pacto hæc non aduerſantur.

Comẽ. 10. Tex. 44. Senſu ducimur ad vniuerſale, & ad ſcientiã. Notandum. Dubitatio. Rñ. Simplicij & Philopo. Alia dubitatio. Solutio.

ARGV.

A *Vt igitur dicebamus idem eſt ſcire quid eſt, & propter quid eſt. & hoc aut ſimpliciter & non aliquid eorum quę ſunt, aliquid eorum quæ competunt, veluti duo recti, aut maius, vel minus, & huiuſcemodi. Patet igitur omnia, quæ quæruntur, medij quæſtionem eſſe.*

DILVCI.

Sic igitur dicimus, quod quid ſcire idem eſt, & propter quid eſt. Hoc autem aut ſimpliciter, & non eorum quæ inſunt aliquid, aut eorum, quæ inſunt; vt quoniam duo recti ſunt, aut maius, aut minus eſt. Quod igitur omnia, quæruntur, medij quæſtio ſint. manifeſtum eſt.

Com. 11.
Expō Simplicij.
Obiectio.
Solutio.
San. Tho.

Non eſt facile intelligere, quod Ariſt hic velit. Simplicius enim dicit Ariſt. nunc dicere idem eſſe quid eſt, & propter quid eſt. Et tunc dubitat: quia cum ſuperius hoc dixerit, ſuperfluit nunc idem repetere. Verum innuit ſolutionem, aſſerens non eſſe hoc inductum de per ſe, ſed tanquam ſequens ad præſentem rationem. Vnde iniuria Expoſitor dicit Ariſtotel. exemplo aſsignato de luna nunc concludere, quod ſuperius per ſe expoſuerat, videlicet quod idem ſit quid eſt. & propter quid eſt. Dicit enim. Sicut igitur diximus, quod quid eſt ſcire idē eſt, & propter quid eſt ſcire. Ex eo enim quod vidimus terram interpoſitam, ſcimus & quid defectus ſit, &, propter quid luna deficit.

B

Verborum expoſitio.

Quo vero ad verba attinet, debes ſcire Ariſto. non dixiſſe quid, & propter quid eſſe idē, ſed dixit idem eſſe ſcire quid eſt, & propter quid eſt, vt notauit Simplicius, qm̄ in vtriſque ſcientijs in idem concurrunt, licet inter ſe differant. Deinde exponit in quibus ſunt idem. Et; vt Pilopono videtur, autem & aut; pro tam & quā intelligenda ſunt in hunc modum, Hoc autem eſt verum ea eſſe idem, aut, id eſt, tam quando quid eſt aliquid eorum eſt, quę ſimpliciter ſunt, & in eorum quę īſunt: q.d. tam in ſubiectis. quę ſimpliciter ſuut & non alteri inhærent: aut, id eſt quam aliquid eorum, quæ inſunt, hoc eſt quam in accidentibus. In vtriſque enim his quod quid eſt, & propter quid eſt. Expoſuit autem illa, quæ inſunt per exempla & inquit. {Vt quoniam duo recti ſunt, quæ triangulo inſunt, aut quoniam ſupple iris maius aut minus eſt ſua Diametro. Hæc enim ſunt, quæ alteri inſunt: quorum quod quid eſt, & propter quid eſt: Huius cauſam aſsignat Philoponus, quia in his ſubiectis, quæ ſimpliciter ſunt, quod quid eſt cauſa eſt ipſius eſſe ipſis, vt quid eſt triangulus, hoc enim cauſa eſt ipſius eſſe trianguli. Quam expoſitionem, ſi recte percepi, Simplicius ſequitur. Et fortaſſe textus legendus eſt vt iacet hoc pacto: dico autem quod quid eſt idem eſſe propter quid, non in omnibus; aut in his quæ ſimpliciter ſunt, aut in his, quæ alteri inſunt. quod eſt verum pro ſecunda parte: inquit {Hoc autem quod quid eſt, aut eſt aliquid eorum, q̄ ſimpliciter inſunt, vt ſunt ſubſtantiæ: & nō eorum q̄ alteri ſunt, vt ſunt accidentia: q.d. verum ipſum quod quid eſt, quod eſt idem ipſi propter quid eſt, aut eſt aliquid, id eſt quod quid eſt ſubſtantiarum, aut eorū, quæ alteri inſunt, vt accidentium. Et vult pro ſecunda parte eſſe verum: nam quod quid accidentium, eſt propter quid, & cauſa, cur illa inſunt ſubiectis.

Philopo.

C

Thomas.
Dubitatio.

Diximus enim quod quid eſt accidens eſſe, quid illius abſolute conſiderari: propter quid vero illius vt alteri inhæret. Quam expoſitionem expoſitor ſequitur, Demum omnem quæſtionem eſſe medij epilogat, cum inquit, q̄ igitur omnia, quæ quæritur. medij quæſtio ſint manifeſtum.

Verum magna dubitatio eſt. An omnis quæſtio ſit medij. Primo, quia medium eſt in demonſtratione præcognitum non ergo quæſitum. Prȩterea ſi quæſtio eſſet medii, cū illa quæſtio eſſet quæſtio tunc quæſtio medij eſſet quæſtio alterius medij: & ſic in infinitum. Inſuper, quęſtio medij qualis quęſtio eſt, an ſimplex, an compoſita? Debes ſcire hanc propoſitionem, omnis quæſtio eſt quæſtio medij. poſſe bifariam intelligi: aut in prædicatione cauſali, aut in prædicatione formali In prædicatione cauſali. ſenſus eſt, omnis quæſtio eſt propter defectum medij: & hoc pacto intelligit Ariſt. in prædicatione vero formali ſenſus eſt. in omni quæſtione medium eſt quæſitum, quod falſum eſt quia ante demonſtrationem eſt præcognitum. Argumenta ergo concludunt quęſtiones non eſſe medij in prędicatione formali, quod concedo cum quo ſtat omnes eſſe medij in prædicatione cauſali, cum omnes ſint ob medij defectum. nam; ſi in vnaquaque quęſtione medium ſciremus, nō amplius quæreremus. Vbi enim ſciremus mediū quo. Deus eſt, nō quæreremus, ſi Deus eſt. & ſi ſciremus mediū, quo homo eſſet animal rationale, non quæreremus quid homo eſt: & ſi ſciremus mediū, quo luna deficit, non quæreremus an Luna deficiat. & ſi ſciremus medium, propter quid Luna deficit, non quæreremus propter quid Luna deficit. Quare quicquid quærimus & omnis quæſtio eſt defectu medij. Medium ergo non eſt quæſitum, ſed quærendi cauſa. Quæſita enim illa quatuor ſunt, cauſa quærendi illa quatuor, eſt medium,

Reſpon.
Hæc propoſitio oīs eſt quæſtio medij bifariā intelligi pōt.

ARGV.

His itaque determinatis dicendum eſſe videtur, quonam pacto oſtenditur ipſum quid eſt, quis reductionis eſt modus, quid eſt denique, & quorum eſt definitio. Atque antea dubitandum eſſe videtur. Idq; initium faciendum, quod maxime dicendis erit accommodatum. Dubitauerit itaque quiſpiam. vtrum fieri poſsit, vt idem rationeq; eiuſdem, definitione, demonſtrationeq; ſciatur.

DILVCI.

Quo modo autem quodquid eſt demonſtratur, & quis modus introductionis, & quid eſt definitio, & quorum, dicemus; primum opponentes de ipſis. Principium autem ſit futurorum, quod quidem eſt maxime proprium habitis rationibus. Dubitabit enim vtiq; aliquis, vtrum ſit idem & ſecundum idem definitione ſcire, & demonſtratione.

αναλωγισ
Introductionis.
Reductionis
Inductionis.

Com. 12.

His determinatis, Ariſt. de definitione quatuor proponit. Primum quomodo quodquid eſt demōſtretur, i. oſtendatur, an ſyllogiſmo, an diuiſione, an compoſitione. Verbum enim Demonſtratur, non ſyllogiſmo demonſtratiuo oſtenſum ſignificat ſed communiter accipitur. Secundum, quis modus reductionis ſit, hoc eſt quomodo definitio in demonſtratione ipſā reducitur: Verbum enim introductionis græce eſt αναλωγισ, Latine ſonat inductionem, ſiue reductionem. Erit ergo ſecundum problema, quomodo definitio inducitur, ſiue reducitur in demonſtratione. Tertium. quid eſt ipſa definitio, an demonſtratio, an propoſitio. Quartum, quorum eſt definitio, an omnium entium, an ſolius ſubſtantiæ. & ſi ſolius ſubſtantiæ, an ſolius ſpeciei, an generum. hæc ſunt quatuor problemata, quæ proponit, & ſtatim ordinat ſe ad dicenda. & inquit. {Dicemus primum opponentes de his: nā qui inuenit, prius dubitat, vt ſcribit Ariſ.

D

in Methaphyſica. Vnde vero primum dubitationē accipiet, exponit, & inquit. {Principium autem ſit futurorum, id eſt eorum, quæ in futurum dicemus à dubitatione illius: quod quidem eſt maxime proprium habitis rationibus. Id autem videtur maxime accommodatum, quod erat quartum, videlicet quorum eſt definitio, vtrum omnium, quorum eſt demonſtratio. Sed quid per habitas rationes intelligit non eſt planum. Simplicius intelligit per habitas rationes, eas pertractationes, quæ proxime dicentur, hoc eſt cætera tria problemata, quæ conſequenter dicentur poſt declarationem quarti problematis: exponit autem illud, vnde commode principium dubitandi eſſe aſſumendum propoſuit, & inquit. {Dubitabit enim vtique aliquis, vtrum ſit idem, & ſecundum idem definitione ſcire, & demonſtratione. Addit autem, ſecundū idem. vt Phi- F lo notauit, & Themiſtius, quia probabile eſt de aliquo vno & eodem cognitionem non habere ſecundum aliud quidem per definitionem, ſecūdū aliud vero per demonſtrationem. De triangulo enim quid ſit, per definitionem cognoſcimus, quod autem duobus rectis æquales angulos habeat, per demonſtrationem ſcimus. De neceſsitate vero capituli, Expoſitor aſſerit pertractationem hanc eſſe neceſſariam, ex eo, quia prius declarauit omnem quæſtionem eſſe mediū; & cum medium ſit quod quid eſt, ideo nunc de ipſo quodquid eſt, dicere cogitur. Simplicius vero dicit neceſsitatem capituli eſſe ex eo, quia dixit idem eſſe propter quid ſcire & quid ſcire: ideo credet aliquis demōſtrationem eſſe eorum, quorum eſt definitio, & contra definitionem eſſe eorum, quorum eſt demonſtratio. Similiter credet idem eſſe demonſtrabile, & definibile, rurſus idem demonſtrationem, & definitionem: quæ, cum non ſint, iure quærit, an idem ſecundum idem ſit demonſtratione, & definitione ſcire.

Quæ expoſitor Thomas de huius capituli neceſsitate. Simpl.

Themiſti. Themiſtius vero neceſsitatem capi. aſsignat ex eo, quia ſupra dictū eſt quonimodo quæſtiones compoſitæ monſtrantur, nunc vult agere, an quod quid rei demonſtrari poſsit. At hoc intelligi nō poteſt, niſi prius diſputetur, vtrum omnia eodem reſpectu per demonſtrationē & definitionem ſcire contingat. Quare ab hoc recte & incipit. hæc de cap. neceſsitate.

ARGY. *An idipsū fieri nequeat. Etenim deffinitio ipſius quid eſt eſſe videtur: omne autem quid eſt, vniuerſale eſt, atque affirmatiuum. At ratiocinationes alias negatiuas, alias non vniuerſales eſſe patet. Vniuerſæ namque ratiocinationes ſecundæ figuræ ſunt negatiuæ, Tertiæ autem vni- H uerſales non ſunt.*

DILVCI. *Aut eſt impoſsibile: Definitio enim ipſius quod quid eſt eſſe videtur, ipſum autem quod quid eſt omne vniuerſale, & prædicatiuum eſt. Syllogiſmi autem ſunt, Alij quidem priuatiui, Alij autem non vniuerſales, ſicut in ſecunda figura priuatiui omnes ſunt, in tertia vero nō vniuerſales.*

Ne oīm quorum demonſtratio eſt, diffinitiōes ſunt. Com. 13.

Soluit problema propoſitum, & inquit. {Aut eſt impoſsibile. Aut enim quod græce eſt ἤ eſt ſolutionis nota, non tn̄ certæ ſolutionis, ſed dubie, eſt ergo ſol. vt Themiſtius, & Simplicius exponunt, nō omnium, quorum demonſtratio eſt, eſſe definitionem. Latini vero interpretes non bene textum intelligunt, cum verbum aut, disiunctiue, legūt. nam vt diximus, eſt nota dubiæ ſolutionis. Quod vero E non omnium, quorum eſt demonſtratio, ſit definitio, probat: & primo accipit definitionem eſſe rei vniuerſalis, & affirmatiuæ. Quam ſuppoſitionem probat ſic, oē quodquid eſt eſt vniuerſale, & prædicatiuum. Definitio eſt ipſius quodquid eſt: ergo definitio eſt rei prædicatiuę & vniuerſalis. Ariſtoteles accipit minorem, & inquit. {Definitio enim ipſius quodquid eſt, eſſe videtur. Deinde accipit maiorem; cum inquit. {Ipſum autē quodquid eſt omne vniuerſale & prędicatiuum eſt: patet ergo definitionē eſſe vniuerſalium, & prædicatiuorum: & ꝑ quodquideſt, intelligit eſſentiam definiti, ſiue illa ſit ſpecies, ſiue genus? Accepta ergo hac ſuppoſitione pro maiore, hoc pacto, definitio eſt rerū vniuerſaliū, & prædicatiuarum, inquit. {Syllogiſmi autem ſunt, alij quidem priuatiui, alij autem nō vniuerſales. Sicut in ſecunda figura priuatiui omnes, ſunt In tertia vero non vniuerſales: ergo non omnium, quorum eſt demonſtratio, eſt definitio.

Simi. ter.

ARGY. *Deinde nec eorum omnium eſt definitio, quæ per primam affirmatiue demonſtrantur figuram quale eſt hoc, Omnis triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales, aliaque ſimilia. Huius autē ratio eſt, quia id ſcire, quod demonſtrari poteſt, nil aliud eſt quā demonſtrationem eius habere quare, ſi eſt talium demonſtratio, patet eorundem & definitionem non eſſe. Nam ſi eſſet, per diffinitionem etiam quiſpiam ſciret demonſtrationem non habens. Nihil enim vetat, vt non ſimul demonſtratio atque diffinitio habeatur.*

DILVCI. *Poſtea neque eorum, quæ ſunt in prima figura prædicatiuorum, omnium eſt definitio, vt quoniam omnis triangulus duobus rectis æquales habet. Huius autem ratio eſt, quoniam ſcire demonſtrabile eſt demonſtrationem ha- G bere. Quare, ſi in talibus eſt demonſtratio, eſt manifeſtum, quod non erit vtique eorum definitio. Sciet enim vtique aliquis, & ſecundum definitionem non habens demonſtrationem. Nihil enim prohibet non ſimul habere.*

Com. 14. Latini. Expō Phil.

Latini expoſitores Ariſto. facere ſecundam rationem ad idem exponunt. Verum Philoponus, Ariſto. dicit ſoluere inſtantiam. nam cum ea, quæ in prima figura demonſtrantur ſint vniuerſalia, & affirmatiua, poſset quiſpiam dicere ſaltem eorum eſſe, definitione, propterea hanc inſtantiam ſoluēs, inquit. {Poſtea neque eorum quæ ſunt in prima figura prædicatiuorum, & vniuerſalium omnium eſt definitio, vt quoniam non eſt definitio eius, quod eſt omnis triangulus, habet duobus rectis æquales tamen tn̄ eſt demonſtratio in prima figura. Quod vero illorum non ſit definitio, proponit cauſam ſe velle aſsignare, & inquit. {Huius autem ratio eſt. & in aſsignando cauſam, accipit quid eſt ſcire ipſum demonſtrabile, & inquit. {Quoniam ſcire demonſtrabile eſt demonſtrationem habere: hoc ſtante, proponit concluſionē, quā vult probare, & inquit, {Quare, ſi in talibus ſcilicet vniuerſalibus prædicatiuis eſt demonſtratio, eſt manifeſtum, quod non erit eorum definitio: hæc eſt concluſio, quam intendit, & vt mihi videtur ipſam probat per propoſitum. Dicas enim quod eorum demōſtrabilium ſit definitio, ſequitur tunc aliquem ſcire illa, & quidem per definitionem non habens demonſtrationem. Probat autem conſequentiam, & inquit. {Nihil enim prohibet aliquem illas non ſimul habere, immo poteſt aliquis habere definitionem, & tunc

non habere demonſtrationem: quo fit, vt aliquis ſciet demonſtrabile, & non per demonſtrationem Vtpote ſciendo illa demonſtrabilia per definitionem, quorum dicis eſſe definitionem: & tunc habetur contra ſuppoſitionem. ſuppoſuit enim demonſtrabile non ſciri niſi demonſtratione. Patet ergo quatenus inſtantia non valet.

Obiectio. Sed occurres, quia primo huius. Ariſt. tradit definitionem neque eſſe in toto, neque eſſe in parte, hoc eſt, nec eſſe vniuerſalem, nec particularem: hic vero eam eſſe aſſerit & prædicatiuorum, & vniuerſalium. Præterea, prædicatiuum eſt conditio propoſitionis: at definitio nec propoſitio eſt, nec enuntiatio.

Solutio. Et dicendum, definitionem nec vniuerſalem eſſe, nec particularem: nec vniuerſalium nec particularium vniuerſalitate aut particularitate ſigni, licet ſit eius, quod eſt quodquideſt, quod eſt vniuerſale. Simili ratione nec affirmatiua nec negatiua eſt: nec negatiuorum nec affirmatiuorum qualitate propoſitionis, ſed virtute eius, quod eſt, quodquideſt.

ARGV. *Inductione etiam idem ſatis oſtendi, crediqúe poteſt. Nihil enim vnquam eorum, quæ vel per ſe, vel per accidens inſunt diffinientes cognouimus.*

DILVCI. *Sufficit autem fides & ex inductione. Nihil enim aliquando definientes cognoſcimus, neque eorum quæ per ſe inſunt, neque eorum quæ accidunt.*

Com. 15. Præterea quod non omnium quorum eſt demõſtratio ſit definitio, fides eſt ex inductione, ſcilicet de vno particulari. Non enim per inductionem hic intelligit argumentum, quod in omnibus particularibus inducitur, ſed intendit inductionem in vno ad probandum enim non omnem hominem eſſe album, ſufficit inducere vnum hominem non eſſe album, vt Aethiopem. Sic ad probandum non omnium quorum eſt demonſtratio, eſſe definitionem ſufficit inducere in accidentibus, quorum eſt demonſtratio, & tamen non eſt definitio. Cognoſcimus enim aliquando accidentia per ſe alicui inexiſtentia, & per ſe accidens inexiſtens demonſtratione quorũ nullum definimus, ĩquit. Sufficit autem fides & ex inductione, ſcilicet non in omnibus, ſed in aliquibus. Aliquando enim nihil eorum, quæ per ſe inſunt, aut accidunt, definientes, cognoſcimus, ſcilicet illa per demonſtrationem. Ergo non omnium, quorum eſt demonſtratio, eſt definitio. Superfluit autem duplex negatio, vt duplex neque. more enim græco magis negant. Et per ea, quæ per ſe inſunt, intelligit ea, quæ inſunt omni, ſoli, & ſemper: per ea, quæ accidunt, intelligit ea, quæ inſunt plerumque, vt accidentia corporum Phyſicorum.

ARGV. *Præterea ſi definitio ſubiectum explicat atque declarat, patet talia non ſubſtantias eſſe. Perſpicuum igitur eſt non omnis eius diffinitionẽ eſſe, cuius eſt demonſtratio.*

DILVCI. *Amplius ſi definitio quædam ſubſtantiæ cognitio eſt, & huiuſmodi manifeſtũ eſt quod non ſunt ſubſtantiæ, quoniam quidem igitur non definitio omnis, cuius quidem & demonſtratio, manifeſtum eſt.*

Com. 26. Vltimo ratione hoc idem probat, & accipit duo Primum, quod definitio ſit cognitio ſubſtantiæ. Secundum quod accipit eſt, & demonſtrabilia non ſunt ſubſtantiæ quia ſunt accidentia. Ex his ſequitur demonſtrabilium non eſſe definitionem. de ratione accipit illa duo, & prætermiſit concluſionem inquit. Amplius, ſi definitio ſubſtantiæ quædam

A cognitio eſt, hoc eſt primum. Et huiuſmodi demonſtrabilia manifeſtum eſt, quod non ſunt ſubſtantiæ, & hoc eſt ſecundum. Ex his non concludit concluſionem ſed loco illius infert epilogum, & inquit. Quoniam quidem igitur non eſt definitio omnis cuius eſt demonſtratio, manifeſtum eſt. tacuit ergo concluſionem, quia in epilogo habetur. Dixit autem talia demonſtrabilia non eſſe ſubſtantias, & non dicit nulla: nam genus demonſtratur de ſpecie, quod eſt illius ſubſtantia: bene tamen aliqua demonſtrabilia non ſunt ſubſtantiæ, ſ. accidentia, quæ per accidens inſunt. Quod, ſi aliqua demonſtrabilia non ſint ſubſtantiæ, non omniũ quorum eſt demonſtratio, definitio erit.

ARGV. *At eſt ne eius omnis demonſtratio cuius eſt diffinitio. At videtur non eſſe. vna namque & eadem de hoc etiam erit ratio.*

DILVCI. *Conſtat enim vnius ea ratione qua vnum eſt,*
B *ſcientiam vnam eſſe. quare, ſi id ſcire quod demonſtrari poteſt, nil aliud eſt quam demonſtrationem eius habere, eueniet aliquid quod fieri nequit. Sciet enim is, qui diffinitionem habet ſine demonſtratione profecto.*

Nõ quecũque deffinibilia demõſtrabilia ſunt.

Quid autem cuius eſt diffinitio: nunquid omnis demonſtratio eſt, Aut non. vna quidem iam ratio & de hoc eadem eſt. Vnius enim inquantum vnum, eſt vna ſcientia, Quare, ſi ſcire demonſtrabile eſt demonſtrationem habere, accidit quoddam impoſsibile. Definitionem enim habens ſine demonſtratione ſciet.

Com. 17. At nunc probat, quod non omnis, cuius eſt definitio, ſit demonſtratio: & cauſa eſt, quia particularis negatiua non conuertitur, ideo non ſequitur, non omnis cuius eſt demonſtratio eſt definitio, ergo non omnis cuius eſt definitio eſt demonſtratio propterea cogitur hoc probare. Et primo quærit
C cum inquit. Quid autem eſt, ſupple id, cuius eſt definitio? Vtrum illius omnis ſit demonſtratio. ſoluit an non. & declarat hoc eadem ratione. Primo tamen facit vnam ſuppoſitionem, quæ eſt vnius inquantum vnum vna ſcientia eſt. ex hac ſuppoſitione poſſet ſequi immediate propoſitum. nã, ſi vnius inquantum vnum eſt vna ſcientia, ipſius definibilis inquantum definibile non poteſt eſſe demonſtratio, alioquin ipſius eſſet & definitio & demonſtratio: & ita duæ ſcientiæ. Tamen accepta hac ſuppoſitione, accipit duas alias. quarum primam ponit cum inquit. Quare, ſi ſcire demonſtrabile eſt de ipſo demonſtrationem habere. Secundam non poſuit, ſed Philo. ſupplebit, & inquit. Et ſup. & cõceſſerimus ipſum demonſtrabile etiam definitione cognoſci: ex ipſis infert accidere quoddam im-
D poſsibile, habere ſcilicet cognitionem demonſtrabilis, ſine demonſtratione: quia qui definitionem haberet illius demõſtrabilis, illud ſciret ſine demõſtratione. Sed hæc ratio probat potius demonſtrabile non ſciri definitione, quam definibile non ſciri demonſtratione. Ideo Philo. ſupplet rationem. nã pari cauſa, ſi definibile demonſtratione ſciretur, cũ non poſſet ſciri definibile demonſtratione, niſi vt demonſtrabile per aſſumpta, tunc demonſtrabile ſine demonſtratione ſciri poſſet. Poſſet enim ſciri definibile, quod eſſet demonſtrabile, ſola definitione: & priuſquam ſciretur demonſtratione ſciretur ſine proprio eius modo ſciendi. Sic enim ſupplet Philoponus & bene. Sed dices, ad quid ſeruit prima ſuppoſitio, quæ eſt, vt vnius inquantum vnum Theophraſtus & Alexan.

non ſit niſi vna ſcientia. Fortaſſe ſeruit ad tacitã rationem. nam ex illa poteſt fieri alia ratio, quam non expræſsit. Tranſiuit.n.ad aliam, quam expreſſit non totam. Theophraſtus, & Alexãder vt narrat Simplicius, Dixerunt Ariſto. addidiſſe in ſuppoſitione inquantum vnum, quia eiuſdem rei poſſunt eſſe plures ſcientiæ, non tamen quo vnum eſt, ſed quo ſubit vicem plurium ſcibilium.

ARGV.

Praterea demonſtrationum principia ſunt diſinitiones. Quorum non eſſe demonſtrationes, antea demonſtrauimus, alioquin in infinitum eſſet proceſsio. Etenim aut principia demonſtrantur, & principiorum ſunt ſemper principia, moduſque nullus vnquam occurrit, aut in primis ſletur neceſſe eſt, quæ quidem diffinitiones ſunt, & demonſtrari non poſſunt.

DILVCI. Com. 18.

Amplius principia demõſtrationum definitiones ſunt: quorum, quod non ſint demonſtrationes, demonſtratum eſt prius. Aut erunt principia demonſtrabilia & principiorum principia, & hoc in infinitum abibit, & prima de finitiones erunt indemonſtrabiles.

F

Secundo idem probat, & ſumit primo definitiones eſſe principia demonſtrationum. Accipit ſecundo, principia demonſtrationum eſſe indemonſtrabilia. nam, ſi erũt demonſtrabilia, erunt principiorum principia, & ſic ibitur in infinitũ, aut oportet dicere prima principia eſſe definitiones indemonſtrabiles. inquit. {Amplius principia demonſtrationum ſunt definitiones, hoc eſt definitiones ſunt demonſtrationum principia: hoc eſt primum. accipit ſecundum, & inquit.} Quorum quod non ſint demonſtrationes, oſtenſum eſt prius. Et probat hoc ſecundum, & inquit.} Aut erunt principia demonſtrabilia, & principiorum principia, & hoe in infinitum abibit. Patet ergo ſecundum, ſ. princi- G pia demonſtrationum eſſe indemonſtrabilia, illis aſ-

Verborum expoſitio.

ſumptis, infert concluſionem, & inquit.} Et pro ergo primæ definitiones erunt indemonſtrabiles. Vnde ſyllogiſmus eſt, Principia demonſtrationum ſunt indemonſtrabilia: hæc eſt maior, & fuit ſecundum aſſumpum. Definitiones ſunt principia demõſtrationum: hæc eſt minor, & fuit primum àſſumptum. Ergo definitiones ſunt indemonſtrabiles.

Dubĩ Simplicij.

Quo vero ad verba attinet Et, græce καὶ ſcribitur & in translationibus antiqnis vel habetur: tamen & legi debet pro ergo, hoc pacto, & definitiones erunt indemonſtrabiles, id eſt ergo primæ defini-

Solutio.

tiones indemonſtrabiles erunt. addit verbum primæ, non ad neceſsitatem ſed ad innuendum definitiones omnes reſpectu eorum quorum ſunt, eſſe primas. Sed dices ex hoc ſyllogiſmo nihil aliud ha- H betur niſi definitiones eſſe indemonſtabiles. At noſtra intentio eſt probare non omnium, quorum eſt definitio, eſſe demonſtrationem. Quam dubitationem Simplicius tetigit. Dicendum ex hoc haberi propoſitum: nam, ſi definibilium ſunt definitiones, quæ de illis non ſunt demonſtrabiles, aliquorum erunt definitiones, ſcilicet definibilium, quorum non erunt demonſtrationes. Et ita non

Themiſti.

omnium erunt demonſtrationes, quorum erunt definitiones. Themiſtus legit hunc textum cauſaliter hoc modo, Principia demonſtrationum per definitionem intelliguntur, per demonſtrationem vero minime, alioquin procederetur in infinitum. Ergo non omnium, quorum eſt definitio, eſt & de

monſtratio. Inquit Ariſto. principiorum demonſtrationum ſunt definitiones: quorum, quòd non ſit demonſtratio, oſtenſum eſt prius. iterum probat, vt patet, ergo non omnium, quorum definitio eſt, eſt demonſtratio. Verum melius hic textus legitur, vt nos fecimus. nam cum illo modo Simplicius legit. ἀλλὰ Ne

At ſi non omnis eiuſdem, cuiuſdam ne ſaltem definitio ac demonſtratio eſt.

DILVCI. Com. 19.

Sed vtrum ſi non omnis eiuſdem, ſed alicuius eiuſdem definitio & demonſtratio.

Duo problemata Ariſto. perſoluit, ſ. ꝙ non omnis cuius eſt demonſtratio, ſit & definitio: & quod non omnis, cuius eſt definitio, ſit demonſtratio. Ex ſolutione horum duorum, ſequitur non omnis eiuſdem eſſe demonſtrationem, & definitionem: ideo quærit tertio, ſi non omnis eiuſdem eſt definitio, & demonſtratio, vt ſequitur ex ſolutione illorum duorum, vtrum ſaltem eiuſdem eſt definitio & demonſtratio. Quo vero ad verba attinet, ἀλλὰ græce hic potius pro ne intelligitur: licet vetus translatio, ſed, habeat. Sed nihil variatur, quouis modo legatur. Philo. vero hanc tertiam dubitationem ſic inducit: nunquid, ſi non in omnibus accidit hoc vnum & idem ſubiectum ſimul & ſecũdum idem per definitionẽ, & demonſtrationem cognoſci, ſaltem aliquo erit poſsibile. Themiſtius vero, & Simplicius hanc dubitationem induxerunt, vt nos expoſuimus, & quidem magis ad verba, licet ad rem nulla prorſus ſit differentia.

Verborum expoſitio. Phi. introductio. The. & Simpli.

ARGV.

An neque hoc eſſe poteſt. Non enim eius demonſtratio cuius eſt definitio. Etenim definitio eſt ipſius quid eſt, ſubſtantiamque declarat. Demonſtrationes autem idipſum ſubijcere ſumereque vidẽtur. Mathematica namque quid eſt vnitas, quid par, quid impar accipiunt, cæteraque demonſtrationes ſimiliter.

DILVCI.

An impoſsibile eſt. non enim eſt demonſtratio cuius eſt definitio. Definitio quidem enim ipſius quid eſt, & ſubſtantia eſt, ſed demonſtrationes omnes videntur ſupponere, & accipientes quodquid eſt, vt mathematica quid vnitas, & quid impar, & aliæ ſimiliter.

Non alicuius eiuſdẽ demõſtratio ac definitio eſſe po.

Soluit nunc tertiam dubitationem. Verbum enim an, ſiue aut ſolutionis ſignum eſt, vt Philopo. inquit, & Themiſtius exponit. Et ſyllogizat ſic aſſumens primo quod vult probare, & inquit. {Non enim eſt eiuſdem demonſtratio, cuius eſt & definitio: hoc eſt quod vult probare. & debet vniuerſaliter intelligi hoc pacto, nullius eſt demonſtratio, cuius eſt definitio: quod probat, cum inquit.} Definitio quidem enim ipſius quid eſt & ſubſtantiæ eſt intelligit autem per quid eſt, & ſubſtantiam, vt exponit Philoponus, naturam & ſpeciem. Sed demonſtrationes omnes non ſunt ipſius quid eſt & ſubſtãtiæ: cuius cauſam aſsignat, quia demõſtrationes oẽs vidẽtur ſupponere, & eſſe accipiẽtes quod quid eſt, hoc eſt, vt Pilo. inquit, Omnes demonſtrationes ſupponunt ipſum quodquid eſt, vt conceſſum, atque præcognitum, vt mathematicæ, ſcilicet arithmeticæ ſupponere videbuntur quid vnitas ſit vt, quod ſit quantũ indiuiſibile. Et quid impar, quia eſt numerus non poſsibilis diuidi in duo æqualia. Hæc enim arithmetica, vt conceſſa ſumit. Similiter nec aliæ ſcientiæ propria principia, oſtendunt. Ex his ſequitur, quod nullius eſt demonſtratio, cuius

eſt

eſt definitio. Quod ſi nullius eſt demonſtratio, cuius eſt definitio non alicuius eiuſdem erit definitio & demonſtratio.

Dubiũ pulchra.

Sed occurres, quia hæc ratio ſi valet, probat nullam demonſtrationem eſſe definitionem: nam ſyllogiſmus eſt iſte, Omnis definitio eſt ſubſtantiæ. Nulla demonſtratio eſt ſubſtantiæ: ergo nulla demonſtratio eſt definitio. Sed non hoc propoſuit. Præterea ſtat nullam demonſtrationem eſſe definitionem, & vtranque eſſe eiuſdem.

Solutio.

Fortaſſe vis rationis Ariſt. hęc eſt. Conceſſa non demonſtrantur: Quod quid & ſubſtantia, & definitiones conceſſa ſunt: non ergo demonſtrantur: quare nullius eſt demonſtratio, cuius eſt definitio. Vel ſi aliter occurret, aliter dicam.

Alia dubiũ.

Præterea dubitabis, videtur enim definitio non ſolum ſubſtantiæ, ſed accidentis, cum accidens habeat proprium genus & propriam differentiam. Præterea, falſum eſt definitionem eſſe conceſſum: cum ſit duplex definitio, altera, vt principium, altera vt concluſio, primo huius.

Tex. 22.
Solũ.
Subſtã multiplex eſt.

Dici poteſt ad primum ſubſtantiam eſſe multiplicem. Alia enim eſt ſecundum rem, & modum, vt prima ſubſtantia: alia ſecundum rem, & nõ modum, tu differentia: alia ſecundum modum & non rem, vt abſtracta accidentia, & concreta reſpectu prædicatorum ſui generis. Dicerem ergo definitionem eſſe ſubſtantiæ aliquo horum modorum accidentium vero non niſi quatenus conſiderantur reſpectu eorum quæ ſunt ſui generis: reſpectu enim ſubiectorum quorum ſunt, non. Ad ſecundum patet ſolu. loquitur enim de definitione, quæ dicit quid, & propter quid. Hæc enim vt cõceſſum accipitur, definitio vero, quæ eſt vt concluſio, eſt definitio materialis: de qua hic non loquitur.

ARGV.

Præterea, omnis demonſtratio aliquid demonſtrat de aliquo, vt eſſe, aut non eſſe. At in diffinitione nihil de alio prædicatur, veluti neque animal de bipede, neque hoc de animali, nec item figura de plano: non eſt enim planum figura, neque figura planum.

DILVCI.

Amplius, omnis demonſtratio aliquid de aliquo demõſtrat, vt quia eſt, aut non eſt, in definitione nihil alterum de altero prædicatur, vt neque animal de bipede, neque hoc de animali, neque de plano figura: non enim planum figura eſt, neque figura planum eſt.

Com. 21.

Secundo idem probat ſic, Omnis demonſtratio oſtendit aliquid de aliquo, vt quia eſt, vel non eſt, hoc eſt, affirmatiue, vel negatiue: ſed in definitione nihil alterum de altero prædicatur: quod quaſi inductiue probat. nam in definitione hominis, quæ eſt animal bipes, nec animal genus de bipede differentia, nec contra, bipes differentia de animali genere pręedicatur: itemque nec in definitione trianguli, quæ eſt figura plana, figura genus de plano differentia prædicatur: nec contra. Ergo nulla definitio eſt demonſtratio.

Dubiõnes.
Prima.
Secunda.
Libr. primo cap. 4.
Tertia.

Sed primo dubitabis, quia ex hac ratione nõ concluditur propoſitum, ſed ꝙ definitio non ſit demonſtratio. Præterea, in Topicis dicit Ariſto. definitionem eſſe orationem ſiue propoſitionem: igitur in ea prædicatur quoddam de quodam. Præterea, aĩal prædicatur de homine ergo de omni eo, quod conuertitur cum homine: ergo de rationali, & de differentia hominis.

Solũones ad Primam.

Et dicendum ad primam, ꝙ hęc ratio poteſt reduci: quoniam definitio non eſt niſi de termino, demonſtratio non niſi de propoſitione: ergo nihil eſt, de quo ſit definitio, & demonſtratio.

Ad ſecũdã Cap. 3.

Ad ſecundam vero dico, quod propoſitio definitiua, vt hic Themiſtius dicit, eſt oratio, in qua definitio prædicatur de definito: at definitio pro ratione, quæ dicit rei eſſentiam, non eſt propoſitio, in qua prędicatur aliquid de aliquo, & de hac loquitur Ari.

Ad tertiã.

De tertia dubitatione diſputãt metaphyſici, an genus de differẽtia, an non prædicetur: ſed quia res hæc eſt extra propoſitum, ideo dicamus Ariſto. voluiſſe genus non prædicari de differentia, nec contra in definitione ipſa, cum quæritur quid eſt homo, & reſpondetur animal rationale. nam in hac oratione animal rationale. neutrum de neutro prædicatur, vtrum vero alterum de altero prædicari poſsit extra hanc orationem, quęſtio eſt metaphyſica, & ꝑter propoſitum.

ARGV.

Præterea, differt quid eſt, & eſſe oſtendere. At diffinitio quidem quid eſt patefacit. Demonſtratio vero quidpiam ineſſe cuipiam vel non ineſſe demonſtrat.

DILVCI.

Amplius, alterum quod quid eſt, & quia eſt, eſt demonſtrare: Sed definitio quid eſt oſtendit, demonſtratio autem, quia eſt hoc de hoc, aut non eſt.

Com. 22
Dubitatio.
Rñ. Phi.

Tertio idem probat. Alterũ eſt dicens eſſe quid eſt, quod indicat definitio: & quia eſt, vel non eſt, quod indicat demonſtratio: ergo demonſtratio nõ eſt definitio. Sed non videtur hæc ratio differe à proxima. Reſpondere videtur Philoponus accipiens à Themiſtio: quia hæc ratio accipitur à differentia quæſtionum. nam per definitionem quæſtio quid eſt terminatur, per demõſtrationem quęſtio quia eſt & propter quid. Proxima vero ratio proceſsit ex differentia definitionis & demonſtrationis ex ſe ipſis ſumpta. Animaduerte hanc rationẽ debere reduci ad propoſitum, vt cæteræ reductæ ſunt, quoniam non concludit quod propoſuit.

ARGV.

Diuerſorum autem diuerſa eſt demonſtratio, niſi quid totius ſit pars. Quod quidem propterea dictum eſt, quod ſi demonſtratum eſt, triangulum omnem duobus rectis angulos tres æquales habere, demonſtratum eſt etiam triangulum duorum æqualium alterum tres angulos æquales duobus rectis habere: iſte namque partis, ille totius rationem habere videtur: At quid eſt eſſe, non ita ſeſe habere videntur: quippe cum neutrum ad alterum partis habeat rationem.

DILVCI.

Alterius vero altera demonſtratio eſt, niſi ſit tãquam pars quædam totius. Hoc autem dico, quoniam oſtenſum eſt duobus rectis æquale habere de Iſochele, ſi omnis oſtenſus eſt triangulus. Pars enim hoc eſt, illud totum. Hæc autem adinuicem ſe non habent ſic, quia eſt, & quid eſt: non enim alterius alterum pars eſt.

Com. 23.

Soluit hic quæſtionem tacitam, vtrum videlicet quia, eſt & quid eſt aliquo pacto idem ſint. Videtur enim prima facie illa eadem eſſe: quia quid eſt, eſt quæſtio ſimplex: quia eſt, eſt quæſtio compoſita: at ſimplex videtur pars compoſiti: ergo quæſtio quid eſt, videtur pars quæſtionis quia eſt: & ita aliquo pacto idem eſſe poſſunt. Quod ſi quia eſt, & quid eſt aliquo modo idem ſunt, etiam definitio & demonſtratio illo modo idem eſſe videntur. Soluit & ſumit pro ſolutione, Primo, quod diuerſarũ rerum vna eſt demr̃o, qñ illæ res ita ſe habent, vt totum & pars: hoc eſt vt vl̃e, & minus vniuerſale: verbi cauſa, vna eſt demr̃o qua de triãgulo demr̃atur, ęqualitas angulorum, & de Iſochele, quę eſt ſpecies

cies trianguli:eſt.n. triangulus totū vniuerſale Iſocheles eſt ſpēs illius,& minus vniuerſale.Hoc accepto tanquā maiori, ſubiungit minorē: ſed quid eſt & quia eſt non ſic ſe habent, quoniā neutrum neutrius eſt pars,non enim quid eſt, vniuerſale totum eſt, ad quia eſt, nec e contra. Quare,ſi ipſius quid eſt eſt definitio, illius non poterit eſſe demonſtratio:& ſic nec ecōtra.Patet ergo ſolu. dubitationis.

ARGY. *Patet igitur nec eius omnis demōſtrationem eſſe cuius eſt diffinitio, nec eius omnis diffinitionem eſſe cuius eſt demonſtratio. Quibus efficitur, vt omnino cuiuſquam eiuſdem vtrunque haberi non poſſit:quare perſpicuum eſt, neque idem eſſe diffinitionem demonſtrationemque, neque alterum in altero eſſe. nam ea quæ ſubiciuntur ſimiliter profectò ſeſe haberent. Sed de his hactenus, ſatis enim de hiſce diximus dubitando.*

DILVCI. *Manifeſtum ergo, quoniam neque cuius definitio eſt, huius omnis demonſtratio eſt,neque cuius demonſtratio eſt huius omnis definitio eſt. Quare omnino eiuſdem nullius contingit vtraque habere. Manifeſtum itaque quod neque definitio & demonſtratio idem erunt, neque alterum in altero:etenim ſubiecta ſimiliter ſe haberent. hac ergo vſque huc dubitata ſint.*

Com.24. Epilogat nunc quę declarauit, & quæ ex declaratis ſequuntur, & inquit.} Manifeſtum ergo, qm̄ neque cuius definitio eſt, huius oīs demonſtratio eſt,vt ſecūdo loco fuit probatum:neque cuius eſt demonſtratio huius, oīs definitio eſt,vt primo loco dictum eſt. deinde deducit ꝙ ex his ſequitur, & inquit.} Quare omnino eiuſdem nullius contingit vtraque habere,ſcilicet demonſtrationem & definitionem.Deducit etiam ꝙ ſecundo loco ex dictis ſequitur, & inquit. } Manifeſtum itaque ꝙ neque definitio & demonſtratio idem erunt, neque erit alterum in altero,vt ſpecies in genere,& cauſam dicit quia ſi eſſent idem, & alterū in altero eſſet,ſubiecta illarum,ſ.definibile, & demonſtrabile ſimiliter ſe haberent,ſ.ꝙ erunt idem, & alterum in altero erit. Vſque vero quantum proceſſerit inquit, } Hæc ergo vſque huc dubitata ſint. Appellauit autem definibile ſubiectum definitionis, & demonſtrabile ſubiectum demonſtrationis, quia ſubſunt illis conſiderationibus,quę ſunt definitio,& demōſtratio. Et dixit vſque huc de his eſſe dubitatum, quia more dialectici perſoluit has dubitationes,ſ. dubitando,non aſſerendo.

Tex.3.
ARGY. *Nunc inueſtigemus oportet, vtrum ipſius quid eſt, ratiocinatio ſit. demonſtratioque.*

DILVCI. *Ipſius autem. quid eſt, vtrum ſyllogiſmus, ſit & demonſtratio?*

An definitio de definito ſit demōſtrabilis.
Cō.25.
Continuatio.
Obiectio.

Quatuor propoſuit problemata. de quibus vltimum,q̄ erat,quorum eſt definitio,diſſoluit:declarauitque non eſſe idem ſecundum idem definibile atque demonſtrabile, ex cuius ſolutione tertium determinauit:declarauitque non eſſe idem demonſtrationem,& definitionem:quo fit vt illorum problematum duo ſint modo definita. at nunc ad primum tranſit, Vtrum ſcilicet definitio demonſtretur,nam hoc definito , ſecundum apparebit, ſcilicet quo modo definitio in demonſtratione cadet, & ita oīa erunt determinata. Sed occurret, quia Ariſt.videtur ſuperfluus,nam vt Phi.expoſuit,ſolutio præſētis problematis apparet ex ſolutione pręcedentis. Si enim habemus ꝙ definibile ſecundum E idem non ſit demonſtrabile,& ꝙ definitio non eſt demonſtratio:ſequitur ſtatim definitionem de definibili non eſſe demonſtrabilem: quo ſit vt ſuperfluum ſit problema iſtud per ſe diſputare. Innuit Themi.ſolu.aſſerens hoc problema rurſus eſſe ſeorſum diſputandum:quia controuerſia dignum eſt & huius cauſa eſt, quia vt primo huius dictum eſt, triplex eſt definitio: Alia quidem demonſtrationis concluſio, Alia demonſtrationis principium, Alia tota demonſtratio poſitione differens: ergo aliqua eſt definitio, quæ poteſt demonſtrari. Et ideo dignum eſt dubitatione,ſi definitio poſſit demonſtrari:& quæ ſit illa,& quis modus ſit,quo demonſtrabitur. At Philo. aliquo modo aliter dicit hoc problema non eſſe ex dictis ſolutum : quia dato ꝙ definibile ſecundum idem non ſit demonſtrabile, nec contra, ad huc eſt per ſe durabile, ſi definitio F de definito demonſtrari poſſit. Eſt ergo problema,ſi ipſius quid eſt ſyllogiſmus ſit aut demonſtratio. ꝙ eſt quærere an definitio de definito demonſtretur,vel ſyllogizetur.

Sol.Them. Tex 22. commē.92
Sol.Phi.

ARGY. *An non ſit, vt nunc ſermo noſter ſupponit. Patet enim ratiocinationem quidē aliquid per medium de aliquo ſemper oſtendere. Ipſum autem quid eſt proprium eſſe & hoc ipſo quid eſt prædicari. hæc autem conuerti neceſſe eſt, Nam, ſi A ſit proprium ipſius C, patet B, quoque ipſius C, & A rurſus ipſius B proprium eſſe. Quo ſit vt omnia conuertantur mutuamque prædicationem ſuſcipiant. At vero ſi tam A competit ipſi B, vt quid eſt ipſius quam B, competat identidem ipſi C, neceſſe eſt tum, A de C prædicetur, vt quid eſt ipſius. Quia ſi non hoc pacto bis illud quiſpiam ſumpſerit, nulla ſanè neceßitas omnino compellet, vt A de C,vt quid eſt ipſius dicatur. Vt ſi A quidem G vt quid eſt ipſius B, competere dixeris, B vero non eodem modo de quolibet C, prædicaueris , quare non ſolum A de B dicatur oportet , vt quid eſt ipſius, ſed B quoque de C modo eodem prædicetur neceſſe eſt.*

DILVCI. *Au non eſt, ſicut nunc ratio ſuppoſuit. Syllogiſmus enim aliquid de aliquo demonſtrat per medium, ſed quid eſt & proprium eſt, & in eo quod quid eſt prædicatur. Hæc autem neceſſe eſt conuerti. Si enim ipſius C proprium eſt A, manifeſtum, quod & ipſius B, & hoc ipſius C:quare omnia ſunt adinuicem. At vero & ſi A, in eo quod quid eſt omni B ineſt, & vniuerſaliter B de omni C,in eo quod quid eſt dicitur neceſſe eſt & A in eo quod quid eſt de C dici. Si autem non ſic aliquis accipit duplicans,non neceſſe erit, A de C prædicari in eo quod quid eſt, Vt ſi A quidem de B,in eo quod quid eſt, non autem B de quocunque in eo quod quid eſt. Si autem ipſum quid eſt vtraque H habebunt, erit ergo & A de C,in eo quod quid eſt.*

At particu la ſupp.
Si particu. ſuppleta.
In græc. ll. loco A legitur B & male legit. In græc. ſic legitur. Ipſū autē qd eſt vtraq; habebunt.
Com.26.

Soluit nunc problema, aſſerens ipſum quid eſt non demonſtrari de definito, nec ſyllogizari. inquit.} An non eſt,ſcilicet ipſius quid eſt demonſtratio,nec ſyllogiſmus,ſicut nunc noſtra ratio ſuppoſuit Debes ſcire Ariſto. in ſolutione proximi problematis ſuppoſuiſſe,definitionem demonſtrationis eſſe principium,& indemonſtrabilem:quia ſi eſſet demonſtrabilis, tunc(vt dixit)principiorum eſſet principium,& ita in infinitum. Propterea dicit nunc verificando ſuppoſitum, ꝙ definitio ſit indemonſtrabilis. Pro veritate ergo ſolutionis accipit quatuor ſuppoſitiones. Prima eſt,ꝙ oīs ſyllogiſmus aliquid de aliquo oſtendit per certum medium, vtpote prædicatum de ſubiecto per certum me-

Quatuor ſuppōnes Ariſto.pro ſolutiōe accipit.

me-

medium. Et hoc inquit. {Syllogiſmus enim aliquid de aliquo demonſtrat per medium. Secunda eſt,

Pria ſpp. Secũda.

quod definitio eſt prædicatum conuerſim de definito in eo ꝙ quid eſt, vt Primo libro Topicorum eſt dictum. dicitur quidem prædicatum loco generis, quia omnis definitio eſt prędicatũ. & non econuerſo, dicitur conuerſim ad differentiam generis, & accidentis, quæ ſunt prædicata, non conuerſim: dicitur in eo quod quid eſt ad differentiam proprij, quod non prædicatur in eo quod quid eſt, inquit. {Sed quid, eſt, & proprium eſt, hoc eſt conuertibile: & in eo quod quid eſt prædicatur. Tertia eſt, ſi definitio de definito ſyllogizetur, oportet

Tertia.

maiorem & minorem terminum & medium inuicem conuerti, inquit. Hæc autem neceſſe eſt conuerti, ſcilicet ſi definitio de ipſo definito ſyllogizetur. nam ſi ipſius c proprium eſt A, hoc eſt, ſi A conuertitur cum c, vt neceſſe dicere, quia eſt A ipſius definitio: manifeſtũ, ꝙ & ipſius B proprium etiam conuertibile erit: & hoc B neceſſe eſt etiã eſſe proprium ipſius c. quare omnia ſunt adinuicem conuertibilia. Philopo. vero aſſerit hanc non eſſe tertiam ſuppoſitionem, ſed probationem ſecundę. Accepit enim definitionem eſſe proprium, ideo hoc probat, ex eo quia cõuertitur.

Quid Phil. de tertia ſuppõne. San. Tho.

Expoſitor aũt arbitratur Ariſto. in hac probatione ſyllogizaſſe intentum ex illis duabus ſuppoſitionibus. Quod nõ placet. Nam Ariſtot. clare probat illa tria conuerti, quod eſt tertia ſuppoſitio. Quarta ſuppoſitio eſt,

Refutatio. Quar. ſuppoſitio.

ꝙ, ſi debet ſyllogizari aliquid de aliquo, vt illius definitio. verbi cauſa, A de c, vt eius definitio, debet ſyllogizari duplicatio quid eſt, quia ſemel aſſumpto ad prædicatum, vt ad A, & ſemel ad mediũ, vt ad B, hoc pacto videlicet omne B eſt A, vt quid eſt: omne c eſt B, vt quid eſt: igitur, omne c eſt A, vt quid eſt: nam ſic Plato quid eſt, ſequitur c eſſe A, vt quid eſt, inquit. {At vero & ſi A in eo quod quid eſt omni B ineſt; & vniuerſaliter B de omni c in eo quod quid eſt dicitur: terminis & propoſitionibus ſic ſtantibus, neceſſe eſt & A de c in eo quod quid eſt dici. Si autem non ſic aliquis accipit ipſum quid eſt duplicans, non neceſſe eſt A de c prædicari in eo quod quod eſt. Verbi cauſa, ſi A quidem de B, vt quid eſt prædicetur: ipſum vero B nõ de quocunq; c prædicetur, vt quid eſt, ſupple non ſequitur A, vt quid eſt prædicari de c. Ideo addit. Si autem ipſum quid eſt vtraq; habebũt, ſcilicet maius extremum, & medium modo quo diximus, erit ergo & A de c prædicatum in eo quod quid eſt. In græco Codice ſic legitur, erit ergo A de B in eo quod quid eſt. Et vt mihi videtur, error eſt in libro, & loco B legi debet c, vt græci legunt.

Verborum expoſitio.

Verba autem illa, ſi autem ipſum quid eſt vtraque habebunt in græco non ſic leguntur, ſed hoc pacto, Ipſum autem quid eſt vtraq; habebunt. Et Philopo. per vtraq; intelligit vtraſq; propoſitiones, ſcilicet A B, & B C, quia non ſolum A B propoſitio, ſed etiam B C, habere debet quid eſt. & intelligit per autem certe, vt ſit quaſi nota illationis. Vnde ſecundum Philolonũ debet text. ſic legi. Si autem non ſic accipit aliquis duplicans, non neceſſe erit A prædicari de c, in eo quod quid eſt. Poſtpoſitis autem verbis exemplificatiuis, infert ſuppoſitionem, ipſum certe quid eſt vtraq; habebunt. Erit ergo A de c in eo quod quid eſt. Ver-

A ba autem illa, vt ſi A quidem de B interponuntur, vt exemplum in contraria ſuppoſitione: quaſi velit per illa ꝙ ſi non ſic diſponantur termini, ipſum A (vt quid eſt) de c non prædicabitur. Sic legit Philopo. & non male: tamen (vt nos legimus) textus clarus eſt. Sed hic ſunt dubitationes non leues.

Dubõnes. Prima.

Prima, quia videtur poſſe ſyllogizari definitionem de definito ſine dupla ipſius quid eſt acceptione. Poteſt enim animal bipes de homine ſyllogizari per animal rationale: & tamen animal bipes eſt definitio hominis, ſequitur enim omne animal rationale eſt animal bipes: omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt animal bipes. Ecce, ꝙ animal de homine ſyllogizatum eſt, & eſt definitio: igitur definitio ſyllogizari poteſt de re, cuius eſt definitio ſine dupla acceptione ipſius quid eſt. B Præterea: videtur ſufficere vna ipſius quid eſt

Secunda.

acceptio: quia ſequitur, Omne animal rationale eſt animal bipes, vt quid eſt: homo omnis animal rationale eſt. Ergo omnis homo animal bipes eſt, vt quid eſt: ecce quod definitio, vt quid eſt, ſyllogizatur ſine illa duplicatione. Inſuper (vt probauimus primo Priorum) omnis ſyllogiſmus reduplicatiuus,

Tertia.

reduplicat aut medium, aut minorem extremitatem. non enim poteſt reduplicare maiorem extremitatem, quia eſſet inutile, & falſum, & intelligibile, vt Ariſto. illic probat, & quouis modo fiat reduplicatio non poteſt addi niſi propoſitioni maiori, & ad prædicatum illius, vt Ariſto. ibidem probat. Ex his ſequitur magna dubitatio. cũ enim ipſum quid eſt nec medium ſit, nec minor extremitas, non videtur facere ſyllogiſmum reduplicatiuum.

Ca. 3. Primi Priorũ.

Præterea, ſi faceret, non deberet addi niſi C maiori, & prædicato. ergo videtur Ariſto. ſibi ipſi contrarius. Hæ ſunt dubitationes mihi nõ leues, nec has legi in aliquo libro. Propterea in harum ſolutione pro libenter præceptorem audirem.

Difficultas dubõnum. Solutio ad primã dubitationem.


Animaduertendum ergo primam & tertiam dubitationem non multum eſſe difficiles: quia Ariſt. non negat definitionem de definito demoſtrari poſſe abſolute: quia, vt docuit Primo huius, vna definitio eſt, quæ eſt demonſtrationis concluſio, altera, quæ eſt demonſtrationis principium, & ita definitionem demonſtrari de definito eſt neceſſarium. Sed

Tex. 22.

intentio Ariſtote. eſt hic probare, quòd definitio non poſsit demonſtrari de definito, vt eſt definitio: quod eſt dicere, vt Philopon. exponit, ꝙ non poſſumus demonſtrare animal bipes, eſſe hominis definitionem. nemo enim dubitare debet animal D rationale demonſtrari poſſe de homine, quia vel per propriam hominis paſsionem, vel per aliam definitionem, vel per definitionem definitionis, ſed tota dubitatio noſtra eſt, ſi poteſt animal bipes demonſtrari eſſe hominis definitionem vel utrum poſsit animal bipes demonſtrari de homine, vt quid eſt, vel vt definitio hominis: & Ariſtotel. probat hoc fieri non poſſe, vt videbitur. Ex his ſequitur, quòd, ſi debeat ſyllogizari animal bipes de homine, vt definitio. in ꝓpoſitionibus ſyllogiſmi omnibus vel aliqua addi debet verbum illud, vt definitio: vel verbum illud, vt quid eſt, quod idem ſonat, alioquin non habebitur de homine animal bipes, vt quid eſt, vel vt definitio: vel animal bipes eſſe definitionem hominis, quæ eadem ſonant. Et

ſic diluitur prima dubitatio. Pro ſolutione tertiæ Græci videntur facere differentiam inter reduplicatiuum ſyllogiſmū,& duplatiuum.nam reduplicatiuus dicitur,qui aut medij,aut minoris extremitatis eſt replicatiuus,vtpote qñ reduplicat mediū vel minerū in propóſitione maiore, & ex parte p̄dicati:& de hoc poſuit Ariſt. præcepta in libro Priorū Duplatiuus vero vel duplās ſyll's eſt,quibis aliquid in propōnibus, vel qui in vtraq; propoſitione aliqnid idem accipit:ſicut hic, qui in A B,& in B C propoſitionibus vtriſq; accipit verbum illud, vt quid eſt,aut vt definitio: & hoc pacto appellant ipſum Græci duplantem ſyll'm. Fit aūt hic ſyll's ad ſyllogizandum aliquod prędicatū ſpecificū de aliquo ſubiecto.vt ſi vellemus probare de hoīe prædicari de pluribus vt vl'e:acciperemus bis verbum vt vl'e,hoc pacto,ſpecies p̄dicatur de pluribus,vt vl'e: homo eſt ſpecies vt vl'e:ergo Homo prædicatur de pluribus,vt vniuerſale:eodem modo ad ſyllogizan

Syllogiſm. duplatiu.



dum aīal bipes:vt quid eſt de hoīe probatio eſt alicuius ſpecificati de aliquo. Et ideo duplando illud ſpecificans,dicetur ſyll's duplatiuus, vel ſpecificatiuus. Poſſumus etiam aliter dicere reduplicatiuū ſyll'm eſſe duplicē, veluti duplex eſt reduplicatio aut rei,aut intentionis.rei quidem eſt, quoties ſubiectum reduplicatur ex parte prædicati,vt ſi dixero animal eſt Orthographus inquantum grāmaticus.Reduplicatio intentionis eſt,non qñ ſubiectū, aut prædicatū reduplicatur ſed qñ additur prædicato aliqua intentio,rōne cuius prædicatū verificatur de ſubiecto. veluti ſi dixero, homo eſt ſpés vt vl'is: quo fit, vt ſyllogiſmus biſariā reduplicatiuus ſit. rei quidē,& intentionis:rei eſt duplex,vt Ariſt. dixit Primo Priorū:aut medij,aut minoris. nam reduplicatione maioris nullus vtilis eſt, vt ibi Ariſt. expoſuit: reduplicatione intentionis eſt,nō qui aliquem ſyllogiſmi terminum reduplicat, ſed aliquā

H intentionem in propoſitionibus duplat,vt ſyllogizetur prædicatum ſpecificatum de ſubiecto, veluti in propoſito noſtro: quia volumus ſyllogizare de homine aīal bipes(vt quid eſt)ſiue(vt definitio)reduplicamus ipſum quid eſt, vt aīal bipes ſpecificatum per quid eſt,verificetur de homine. Hic ergo ſyll's eſt duplicatiuus intentionis, & ſic deletur tertia dubitatio.

Reduplicatiuus ſyll's duplex.

Ad ſecūdū.

Reſtat ergo quæſtio ſecunda,cur videlicet requiratur illa duplatio intētionis,cum ex vna ſola illius acceptione in p̄dicato maioris ſufficiat. Hæc.n.quæſtio eſt mihi non leuis. Ab Ariſ.n. non plus habemus,niſi ꝙ ſi duplatio illa non fieret, ipſum quid eſt vt definitio de definito non ſyllogi-

E zabitur,hoc enim valde diminutum eſt: quia videt poſſe ſyllogizari per vnam ſolam illius acceptionem in A B propoſitione. Ex verbis igitur Themiſ. & Simplic.& Philoponi colligendum eſſe arbitror ꝙ quid eſt,vt definitio,ſyllogizari non poſſe de eo cuius eſt, niſi ad prædicatum addatur verbum vt quid eſt:vel vt definitio. nam ſine illius aſſumptione quod quid eſt de eo cuius eſt, non vt definitio ſyllogizabitur, ſed abſolute, & ita non haberemus ipſum quod quid eſt eſſe eius definitionem, cuius eſt quod quid eſt: ſine ergo acceptione vérbi, vt quid eſt in propoſitione A B,ſyllogiſmus noſter eſſe non poteſt. Reſtat nunc aſsignare cauſam,cur in B C propoſitione ipſum,vt quid eſt, ſit replicādum & dicamus hoc eſſe: quia, quando aliquod prædicatum de aliquo ſubiecto prædicatur aliquo addito, & ſubiectum illud eodē addito iterum de alio

F ſubiecto prędicatur, neceſſe eſt illo addito primū prædicatum de vltimo ſubiecto prædicari, vt ſi A de B ipſo D addito prædicatur, & B de C eodem addito iterum prædicatur,A de C,illo D addito neceſſe eſt prædicari.at vbi primum prædicatum, ſcilicet A de primo ſubiecto,ſcilicet B prædicaretur D ipſo addito:& B prædicaretur de C.Sed non D ipſo addito, non oportet A prædicari illo addito de C. ſubſtātia enim de animali vt genus prædicatur.hæc enim vera eſt,animal eſt ſubſtantia, vt genus. Sed quia non accipitur animal vt genus prædicari de homine:ideo non ſequitur hominem eſſe ſubſtantiam,vt genus. Quare,ſi animal bipes,vt definitio ſyllogizabitur de homine,debet prædicari de animali rationali,vt q̄d eſt, vel vt definitio, & animal rationale de homine vt quid eſt. ſic enim ſequitur

G animal bipes,vt quid eſt prædicari de homine:quia (vt Philoponus inquid) quicquid eſt definitio definitionis eſt definitio definiti: quibus fit ſyllogiſmum non eſſe vtilem ad propoſitum, ſi ſolum A B propoſitioni adderetur. Sed adhuc quæres: cur in ſyllogiſmo reduplicatiuo reduplicatione rei nō requiritur illius rei in vtraque propoſitione acceptio. Cauſa eſt,quia additio intentionis eſt quaſi diminuens,illa rei non:hac ratione intentionis additio dupla eſſe debet.non autem illa rei. Cum enim illa intentionis ſit quaſi diminuēs, niſi medio adderetur, fiet quaſi ſyllogiſmus in quatuor terminis committendo paralogiſmum accidentis. at in additione rei nulla fit diminutio: non ergo oportet addere eam in vtraque. hæc mihi videntur, & fuerunt mihi non facilia.verum ſi melius occurret non recuſabo aliter dicere. ſatis enim mihi fuit monſtraſſe locum. Animaduerte tamen ſyllogiſmum duplantem fieri poſſe intentione addita ad vtranque propoſitionem, non tamen ad alteram earum bis. poſſumus enim ſic ſyllogizare. Species prædicatur de pluribus vt vniuerſale: Homo eſt ſpecies, vt vniuerſale: Ergo homo prædicatur de pluribus vt vniuerſale. Similiter valet, Animal rationale eſt animal bipes, vt quid eſt: Homo eſt animal rationale vt quid eſt: ergo homo eſt animal bipes,vt quid eſt. Alij autem volunt ſic eſſe ſyllogizandum,animal rationale,vt quid eſt,ergo animal bipes vt quid eſt. Sed iſtud non refert: nam ipſum vt quid eſt,ſi non adderetur niſi ſemel à parte p̄dicati, concluderet ſyllogiſmus ipſum animal bipes

Quæſitum.

Reſponſio.


Notandū.

bipes eſſe ipſius hoīs, vt quid eſt. Sed dices tunc aliquid bis ſumptum ingrederetur concluſionem. Et ſolutio eſt, hoc nō eſſe abſurdum, quia illud bis ſumptum non accipitur vt medium, ſed, vt ſpecificatio prædicati, & medij, quam ingredi concluſionem ꝓhiber nihil: immo in diſtractiuis neceſſe eſt vtriq; addi, ſi debet in concluſione addi. Ex his colligetur hæc quarta ſuppoſitio, ꝙ, ſi quod quid eſt ſyllogizabitur de eo cuius eſt, vt quid eſt, & vt definitio, oportet ipſum, vt quid eſt in vtraq; propoſitione ſemel ſaltem accipi, videlicet in A B, & in B C. nam ſic ſumpto, ſequitur A prædicari vt quod quid eſt de C, & illo non ſic ſumpto, non ſequitur.

Obiectio. Solutio.

ARGV. *Hæc cum ita ſint, ſi in vtroq; ratiocinationis interuallo ipſum quid eſt quidditaſque ſumatur, quidditas nimirum antea quam concludatur, in ipſo medio ratiocinationis termino collocabitur. Atque omnino ſi fieri poteſt, vt oſtendatur quid nam ſit homo, ſit C quidem homo, A vero quid eſt ipſius, ſiue ſit animal bipes ſiue aliquid aliud. Si igitur huiuſce ratiocinatio fiet, neceſſe eſt A de quolibet B prædicetur. Hoc autem erit alia media inter A & C ratio, quæ quidem etiam quid eſt ipſius hominis erit. Sumitur igitur id profectò quod demõſtrare oportet: B nãq; diffinitio ipſius hominis eſt.*

DE LVCI. *Si igitur quod quid eſt, & quid erat eſſe vtraque habent, in medio termino erit prius quod quid erat eſſe, & omnino ſi eſt demonſtrare quid eſt homo. ſit C homo, A vero quid eſt ſiue animal bipes, ſiue aliquid aliud. Si ergo ſyllogizatur, neceſſe eſt A de omni B prædicari, huius autem erit alia media ratio, quare & hoc erit quid eſt homo. Accipit igitur quod oportet oſtendere. Etenim B eſt quid eſt hominis.*



Com. 17. His quatuor ſumptis, nũc oſtendit propõtum, ſ. ꝙ definitio demõſtrari non poſsit de definito vt qd eſt. nam ſi quid eſt demõſtrari poſsit de definito, maius extremum de medio, & medium de minori extremo vt quid eſt neceſſe eſt prædicari. Hæc conſequentia patet ex tertia & quarta ſuppoſitione. Vltra, ſi maius extremũ de medio, & mediũ de minori extremo vt quid eſt ꝓdicat, in medio termino erit prius quod quærebatur, ſ. qd quid erat eſſe: quare cũ conſequẽs ſit abſurdũ, primũ antecedẽs erit abſurdũ: non ergo põt definitio vt quid eſt de ipſo demõſtrari: inquit. Si igitur quid eſt, qd alio verbo etiam qd quid erat eſſe dr̃, vtraq; interualla habent, ſ. ita ꝙ extremum maius de medio, & mediũ de minori extremo, vt quid eſt ꝓdicetur: in medio termino erit prius quod quid erat eſſe, & ita ſumetur quod quærebatur. Deducit conſequentiam in terminis, & inquit. Et oīno ſi eſt demonſtrare quid eſt homo. ſit C homo, A vero quid eſt ipſius hominis, ſiue tale hoīs quid eſt ſit aīal bipes, ſiue aliqd aliud, ſ. aīal rõnale. terminis ſic collocatis, inquit. Si ergo ſyllogizatur, ſ. A de C, hoc eſt aīal bipes de homine, vt quid eſt, neceſſe eſt A de omni B prædicari, vt quid eſt, per tertiam & quartam. huius aũt erit alia media ratio, hoc eſt, quod quidẽ B erit huius, ſ. ipſius C, alia media ratio, id eſt alia definitio quaſi medians inter A primam rationem, & C minorem: & quia B erit quædã media ratio inter A & C. erit & illa quid eſt homo, videlicet rõnale animal: Quare, ſi A de B, vt quid prædicatur, & B vt rõ media ꝓdicatur de C, & ita iterũ vt quid demõſtrans accipit in medio termino, quod oportet oſtendere. Etenim accipit B, quod eſt quid eſt hominis: & ita eius erit petitio, quod principio quærebatur.

Sed occurres Ariſto. accepit quatuor ſuppoſitiones, quarũ prima erat ſylm̃ eſſe alicuius de aliquo per medium. Secunda fuit, definitionem eſſe prædicatum conuerſim in eo quod quid eſt. Tertia fuit, ꝙ ad ſyllogizãdum definitionem de definito, oportet oẽs terminos ſylĩ eſſe conuertibiles. Quarta fuit ad ſyllogizandum quod quid eſt de eo, cuius eſt, oportet accipi ipſum vt quid eſt in vtroq; interuallo ſylĩ. Poſtea, cum probauit propoſitum, ſ. nõ poſſe definitionem demonſtrare de definito per ſylm̃, vſus eſt quarta tantum: & ita cætera videtur ſuperfluæ. Et dicendum, omnes illas ſuppoſitiones fuiſſe neceſſarias: tertiam quidem & quartam ad vſum probationis. nam in probatione neceſſarium eſt ſupponere non poſſe ſyllogizari definitionẽ de eo cuius eſt, niſi per medium cõuertibile cũ vtroq; extremo: & huic ſeruit tertia ſuppoſitio iterum neceſſarium eſt ſupponere B conuertibile cum C, & A cum B habere ipſum quid eſt: nam, vt dictum eſt, niſi in vtroq; interuallo accipiatur ipſum vt quid eſt, non ſequitur ſyllogizatum eſſe A de C, vt quid eſt, & ita tertia & quarta ſeruiũt probationi. prima aũt & ſecunda ſeruiunt terminis, quibus vtimur in ipſa probatione. nam, ſi intendimus probare ꝙ definitio accipi non poteſt de definito per ſylm̃, oportet ſcire quid ſyllogiſmus ſit, per quem acciperet, vel non acciperetur, & ad hoc ſeruit prima: & oportet ſcire quid nã ſit definitio, de qua dicimus ipſam ſyllogizari non poſſe, & ſic ſeruit ſecunda. Oẽs igitur vtiles ſunt. Vlterius occurres, quia definitio, ꝙ quæritur, eſt A, quæ aũt ſumitur, petiturq;, eſt B: & ita non idem qſitum, & conceſſum. De hac dubitatione multæ erũt rõnes. diximus. n. olim quinque modis peti principium, vel ſumi quod quærebatur, vt libro Topi. 8. dicit Ariſt. & Elencorum. t. Primo quidem modo, vt ſi quis in propoſitionibus id quod demonſtrare vult aſſumat. Secundo, vt ſi quis volens demonſtrare particularem vl̃em aſſumat illi ſubalternã. Tertio, vt ſi quis vl̃em velit demonſtrare, particularem petat illi ſubalternatam. Quarto, vt ſi quis velit demõſtrare aliquod cõiunctũ, petat partẽ illius quãlibet ſeorſum. Quinto vero vt ſi quis velit demõſtrare vnum cõuertibile, petat ſuum cõuertibile æque notum cum illo, vel minus notũ: & hoc quinto modo qui probare vult definitionẽ de definito vt quid eſt, ſumit alterã definitionẽ vt quidem aut æque notam cũ priore, aut minus notã. etiam diximus, illud qd quæritur atq; probatur, videlicet A eſſe aliud ab eo quod petitur in ſylſo, videlicet B: tñ ſub eadẽ ratione petitur B, ſub qua probatur A, quia B, vt quid eſt petitur de homine. & A de hoīe quæritur. vt quid eſt: & ita eſt idẽ quæſitum

Dubium. Solutio. Alia dubõ. Quinq; modis ſit petitio princip. Cap. 5. & 6.

tum & conceſſum, ſaltem ſm rationé Qua ratio-
Quæ Neoterici. ne non imper te dixerunt Neoterici in hoc ſyllo eſſe petitioné eius, quod in principio quærebatur ſm intentionem, non aūt ſm rem. qm̄ quærebatur A ſub intentione definitionis, de C & petit̄ B de C, ſub eadē intentione, ſub qua quærebatur A: quare
Them. eadem intentio ſumitur, quæ quæritur. Them. aūt dicit in hoc ſyllo peti quod quærebat̄, quatenus q̄ intēdit probare definitionem de definito, inſtituebat demr̄are definitionem hominis per demõſtrationem. Sed ſtatim ſumit ſine demonſtratione, aliquam eſſe hominis definitionem. Eſt ergo petitio eius quod in principio: quia, qui volebat ſyllogizare definitionem de eo cuius eſt, nullā ſupponebat definitionem. In probando vero accepit aliquam, & ita eadem quærebatur, & cõceditur. Nā ſupponendo nullam, eam quam ſumpſit non ſuppoſuit, & accipit q̄ non ſuppoſuit: quare eadem quærebatur, quæ conceditur. Quam rem Philopon. approbat. Sed poſtea aliam aſsignat Ariſto. eius quid in principio quærebatur, petitionem. Vlterius occurres: quia Ariſto. propoſuit, an definitio de definito poſsit demonſtrari, & ſyllogizari: & tñ ſolum probat illā demonſtrari non poſſe. Propterea quiſpiam diceet eam ſaltem poſſe ſyllogizari. An quia idem eſt: nā, ſi ſyllogizaretur, id quod quærebatur peteretur. Propterea quod de demonſtratione aſſerit, de ſyllogiſmo voluit eſſe aſſertum.

Id autem ipſum in duabus propoſitionibus, & primis medioq; vacantibus terminis conſideretur oportet. Maxime autem id quod dictum eſt eluceſcit.


Sīs definitionis immediatis conſpiciendus eſt. *Oportet autem in duabus propoſitionibus & primis, & immediatis conſiderare. Maxime enim manifeſtum, quod dicitur ſit.* G

Comen. 28 Quid velit Ariſto. hic, non facile patet q̄nquidem Alexā. verba hæc aliter, aliterq; Simpl. intelligit. Propterea videtur mihi Ariſt. remouere quandam dubitationē circa ea, quæ dixit. Accepit enim A eſſe definitionem ipſius C, ſyllogizandam, B vero eiuſdem C eſſe mediam aliā definitionē, ſ. iter A & C. Poſſet ergo quiſpiam dicere adhuc inter B & C eſſe tertiam definitionem, quam oportet aſſumere, antequ B aſſumatur de C. Rñdet igitur Ariſto. & inquit. Oportet aūt hoc ipſum quod pauloante diximus, conſiderare in duabus propoſitionibus, & primis, & immediatis. Nam ſiue inter B & C detur alia media ratio, ſiue non, cum non ſit proceſſus in infinitum, tandem ad immediatam, & primam rationé oportet venire. Et tunc in talibus exēplum noſtrum conſideretur: nam tale exemplum in his H
Simpli. magis eluceſcet. Vel vt placet Simplic. A de B, & B de C, vt immediatas propoſitiones & primas aſſumpſit, aſsignat nūc cauſam, cur vt immediatæ & primæ aſſumptæ ſunt: quia, ſi p̄ ſe accidentia per prima, & immediata demonſtrantur, multo magis qd̄ quid eſt per prima & immediata demr̄abitur: & maxime quia ſi per immediata definitio demõſtrabitur, fiet manifeſtius quod dictum eſt, ſ. quod pe-
Alia expoſitio Simp. ratur quod quærebatur. Vel aliter (vt Simpli. etiā exponit) dicamus q̄ Ariſt. declarat quō volentes demonſtrare definitioné, propōnes debent aſſumere: & dicit oportere propoſitiones duas aſſumere eum, qui demonſtrare quærit definitioné de definito: & primas, & immediatas. Primas quidem & E immediatas, vt ſeruetur ius demonſtrationis: qđ eſt, vt ſit ex primis & immediatis: duas vero, vt magis eluceat, quod dictum eſt de petione eius quod quærebatur: nam multitudine propoſitionum nō ita eluceſceret, cū accideret cõfuſio. Hæc tertia expoſitio refert hæc verba ad demonſtrationem: per quā inducebatur definitio de definito. Primæ duæ verba retulerunt ad exemplum.

Qui igitur per ea quæ conuertuntur, quid ſit aīa, quid homo, vel quoduis aliud conantur oſtendere, hi petunt id ſine dubio quod initio quærunt, demonſtrareq; nituntur. Vt ſiquis cenſuerit id animā eſſe, quod eſt ſibi viuendi cauſa, atque hoc numerum eſſe ſeipſum mouentem: is enim neceſſe eſt poſtulet adeo animam numerum eſſe ſeipſum mouentem, vt idem ſit anima numeruſq; ſeipſum mouens.

F *Qui quidem igitur per conuerſionem oſtendentes ſunt quid eſt anima, aut quid eſt homo, aut aliud quodlibet entium, quod eſt ex principio petijt. vt ſiquis putauerit animam eſſe eandem ſibiipſi cauſam viuendi, hoc autem numerum ſeipſum mouentem. Neceſſe eſt enim petere animam, quod quidem eſt eſſe numerum ſeipſum mouentem, ſic ſicut idem ens.*

Numerus ſeipſum monēs vt qd eſt.	Sibi viuendi cā, vt qd eſt.	Anima
A	B	C




Hic textus vno modo exponitur ſm veritatem, alio modo ſm Iuniores. Secundū veritatem quidē, debes ſcire, q̄ quidā conſtituebant cuiuslibet definiti duas definitiones, & dicebant alterā de definito per alterā demr̄ari. verbi cauſa, ipſius aīæ duæ definitiones ſunt ſm Xenocratem: altera quæſita, altera conceſſa. quæſita, vt numerus ſeipſum mouēs: conceſſa, ſibiipſi viuendi cauſa. Dicebant itaq; q̄ſitam demr̄ari per conceſſam. qm̄ per ſibiipſi viuendi cauſam, demonſtratur de aīa numerus ſeipſum mouens. Vbi patet in demonſtratione tali demonſtrari definitionē de definito: & tñ nec in propōnibus, nec in concluſione ponitur ipſum vt quid eſt. Ariſt. ergo primo demonſtrauit non poſſe demonſtrari definitionem de definito, niſi in concluſione addatur vt qd eſt, alioquin nō magis ſciremus prædicatū ſyllogizatum eſſe definitionem, q̄ aliud prædicatū, ſ. genus, vel accidens, vel propriū, Poſtea declarauit, non poſſe definitionē demr̄ari de definito vt quid eſt, niſi in vtraq; propoſitione ponatur ipſum (vt quid eſt.) Quibus deduxit eſſe petitionē principij in medio termino. At nunc vult oſtendere q̄ dato q̄ non demonſtrat̄ definitio de definito vt quid, propoſitiones non debent accipere vt quid eſt: & vbi nō acciperetur cõcluſio vt quid eſt, neq; propoſitiones, licet nō peteretur principiū formaliter, peteretur per identitatē, ſ. (vt ita loquar) idēntice. vnde inquit, Qui quidē igitur per conuerſionem

nem oſtendentes ſunt quid eſt anima, vt Xenocrates, qui oſtendit aiam eſſe numerũ ſeipſum mouentẽ p conuerſionem, i. per eſſe ſibi cauſa viuẽdi, quæ eſt definitio conuertibilis cũ illa definitione demõſtrata: aut quid eſt homo, aut quid eſt aliud quoduis entium, quod ex principio petunt. Et aſsignat exẽplum: & inquit. Vt ſiquis putauerit aiam eſſe eandẽ ſibiipſi cauſam viuendi. hoc aũt, ſ cauſam ſibijpſi viuẽdi putaueiit eſſe numerũ ſeipſum mouẽtẽ, hic ſic ſyllogizans petit in eſt ꝑ principio ꝗnam neceſſe eſt petere aĩam, quod quidem petere eſt accipere ipſam eſſe numerum ſeipſum mouentem: & ita quærebamus an anima ſit numerus ſeipſum mouens, & hoc petitur. ſed occurres, qa non petitur animam eſſe numerum ſeipſum mouentem, ſed in minore animal petitur aĩam eſſe cauſam ſibijpſi vivendi. Rñdet Philo. Ariſt. ſupponere idẽ eſſe B & C, hoc eſt aĩam, & ſibijpſi cauſam viuẽdi. Cuius cauſam aſsignat. Quia, ſi B eſſet aliud à C tũc, A in quo ponitur numerus ſeipſum mouens, eſſet definitio duorũ, ſ. ipſius B, & ipſius C: quod eſt contra præcepta definitionis: quia igitur ita eſt, patet idẽ eſſe B & C, & idem ſibi viuendi cauſa, & anima. Quod ſi B & C idem ſunt cũ quicquid petitur de aliquo, petatur de eo, quod eſt idẽ illi, ſi de B in maiore petitur A, hoc eſt, ſi de ſibijpſi viuẽdi cauſa petit numerus ſeipſum mouẽs: & B eſt idẽ ipſi C, qa ſibi viuẽdi cauſa eſt, i. aĩe, ergo & A petit de C hoc eſt numerus ſeipſum mouẽs peteretur de ipſa aĩa: ſed hoc quærebatur: igitur ꝙ in principio quærebatur, petitur. Hãc rñſionem innuit Ariſ. cum inquit. ſic ſicut idẽ ens: quaſi dicat, ſic ſyllogizans petit aĩam eſſe numerũ ſeipſum mouentẽ non formaliter, ſed ſic, ſicut idẽ ens hoc, eſt p identitatẽ: petit. n. in maiore identice quia accipitur de B, hoc eſt de cauſa ſibijpſi viuẽdi, quod eſt idem ipſi C aiæ. Quare petitur identice. & cũ ita ſit, ſequitur in talibus ſylliſ, in quibus non probatur definitio, vt qd eſt de definito adhuc cõmitti, ſaltem p identitatẽ, petitionẽ principij. Sed dices Ariſto. docuit demõſtrare formalẽ definitionem per materialem, & ecõtra. ergo: docuiſſet demonſtrare per fallaciam petitionis principij. Vno modo dici poteſt vtranque definitionẽ differre à definito, quia vtraq; dicit partem, quæ non eſt ſub totũ, & vtraq; inter ſe differt. Formalis enim eſt res alia à definito, & materialis etiã: ſicut forma alia à cõpoſito, & materia ſimiliter: iter ſe quoq; differũt ſicut materia & forma. at definitiones cõuertibiles de quibus loquutus eſt Xenocrates, erãt ambæ totales: & ſimplr datæ de aĩa: ideo ambæ inter ſe eædẽ, & cum ipſa aĩa. Vel dici põt non eſſe abſurdũ cõmitti petitionem principij in demonſtrationibus identicã, modo non cõmittatur formaliter: & ſi dicitur Ariſt. inducit hoc tanq̃ abſurdũ contra Xenocratem, dici põt hoc non induxiſſe tanquã abſurdũ quia non deſtruxit ipſum, ſed ſolũ voluit innuere etiã aliquo mõ peti i talibus ſyllis, licet nõ ꝓbetur per ipſos definitio vt quid eſt. & ita non vt abſurdũ hoc induxit, ſed vt dignum cõſideratione. Aliter hic textus exponi põt ſcdũm Iuniores, vt dicamus Ariſto. velle probare non poſſe alteram definitionem demõſtrari per alteram vt quid eſt qa peteret principium ſcdũm intentionem. nam, cum aſſumeretur in minore animam eſſe ſibijpſi cauſam viuendi vt quid eſt, petitur numerus ſeipſum mouẽs: non ſecundũ rem, ſed ſecundum intentionem: nã licet A ſit aliud à B, tñ ſub ea rõne petit B, ſub qua ꝓbatur A: nã B, vt quid eſt petitur de aia, & A, vt quid eſt quærit de homine: & ita eſt idẽ cõceſſum & quæſitum, ſaltem ſcdũm eandem intẽtionem, & hoc inquit. Neceſſe eſt enim petere aĩam, quod quidẽ petere eſt accipere numeru ſeipſum mouentem in minore. Licet enim hoc ſcdũm rem nõ accipiatur in minore, accipit ſic, ſicut idẽ ens, qm accipitur B, tanquam idem ens ipſi A, cum accipitur ſub eadem intentione: at quod ſub eadem intentione accipitur, & ſi non accipiatur vere idem illi, ſub cuius intentione accipitur, tamen accipitur quaſi idem illi: & ſic in minore petitur A nõ vere, ſed vt idem ens, ſaltem ſm intentionem: at hoc eſſe abſurdum ſuperius declaratum eſt.

Non. n. ſi A quidẽ ipſum B, B vero C ipſum ſequatur, A diffinitio erit ipſius C, ſed de ipſo tantum vere dicetur, vt patet. Neque ſi rurſus A ratione ſubſtatiæ competit, & de oĩ B prædicatur A cõtinuo, diffinitio erit ipſius C. ARGV.

Non enim ſi conſequitur A B, & hoc C erit ipſi C A, quod quid erat eſſe. Sed verum erit dicere ſolum. Neq; ſi eſt A, quod quid eſt, & de B prædicetur omni. DILVCI.

Superius Ariſt. accepit non poſſe ꝓbari definitionem de definito, vt quid eſt, niſi vtraq; interual la habeant, vt quid eſt. Sed quia accepit hoc & non probauit, nunc probat cum inquit. ſ Non. n. ſi conſequitur A ad B, & hoc B ad C, erit ipſi C. A quod qd erat eſſe. Sed verum erit dicere ſolum, ſic igitur nõ poteſt definitio de definito demonſtrari vt quid eſt, ſi vtraq; propoſitio accipiatur abſolute: qa vbi ſic abſolute acciperentur, non ſequetur A de C, vt qd eſt. ſed abſolute A de C, verbi cauſa, ſiquis ſic ſyllogizabit, Omne aĩal eſt ſubſtantia aĩata ſenſitiua: Omnis homo eſt aĩal: non ꝓpterea ſequitur, Ergo hõ eſt ſubſtantia aĩata ſenſitiua, vt q̃d eſt. Erunt. n. aſſumptæ propõnes veræ, & cõcluſio falſa. Non. n. ſubſtãtia aĩata ſenſitiua de hoĩe dicitur vt definitio hoĩs, cũ dicatur de aĩali vt definitio, & non de hoĩe. Comẽ. 30.



Hic explica tionib' exe diſtio pri ſit vel non potius ſyllo gizari defi nito de de finito, vt quidem.

Præterea neq; ſequitur A de B, vt quid eſt, ſi altera propoſitio ſolum ſit vt qd eſt: quia non ſi in maiore accipiaturi, vt quid eſt. Non. n. ſequitur ſi A de B, vt quid eſt prædicatur, & B de C non vt qd eſt, ſed abſolute, vt A de B prædicetur vt quid eſt. vnde inquit. ſ Neq; ſi eſt A, quod quid eſt, & prædicetur de oĩ B, vt quid eſt: ſupple ſequitur, A pdicari de C, vt quid eſt. Nõ. n. ſequitur, Oẽ aĩal eſt ſubſtantia aĩata ſenſitiua vt quid eſt: Oĩs homo eſt aĩal: Ergo omnis hõ eſt ſubſtantia aĩata ſenſitiua vt quid eſt. nam am

Obiectio.

Dubitatio.
Solutio.

Alia ſolut.

Expoſitio Iuniorum.

bæ propoſitiones ſunt veræ,& cõcluſio falſa, cum, vt dictum eſt, ſubſtantia aiata ſenſitiua non prædicetur de hoie vt qd eſt, ſed de aiali. Simili ratione, ſi ſola minor habeat quid eſt. Non.n.ſequit. Omne aial rationale eſt ſuba aiata ſenſitiua: Ois homo eſt aial rõnale, vt quid eſt: Ergo ois homo eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, vt quid eſt: quia (vt diximus) ſubſtantia animata ſenſitiua non eſt definitio hominis: ideo non poteſt inferri de homine, vt illius quod quid eſt. Tacuit aût hoc Ariſto. quia de ſimilibus idem eſt iudicium. Cum enim probauit ex ſola maiore habẽte quid eſt non ſequi concluſionem habere quid eſt, idem voluit eſſe intelligendum de minore. Quare ſi debet demonſtrari de homine ſubſtantia animata ſenſitiua, vt quid eſt vtraq; debet habere quid eſt, hoc pacto. Omne animal rationale eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, vt quid eſt: Omnis homo eſt animal rationale vt quid eſt: Ergo omnis homo eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, vt quid eſt, Sed quia concluſio eſt falſa: & non ratione minoris, ergo ratione maioris. Patet ergo nõ poſſe diffinitionem de definito demõſtrari vt quid eſt: quod erat quarta ſuppoſitio ſuperius aſſumpta.

ARGY. *Quanquam enim animalis eſſe de hominis eſſe dicitur, omne enim animal rationis particeps ſubſtantia, vere eſt animal particeps quæ eſt principium ſentiendi, quemadmodum & omnis homo eſt animal, non tamen hoc dicitur pacto vt vnum ſit. Si igitur quiſpiã non hoc pacto terminos ſumpſerit, nunquã A ſanè quidditatem ipſius C, ſubſtantiamq; eſſe concluſerit.*

DI LVCI. *Etenim animalis eſſe prædicantur de hominis eſſe. Verum enim eſt de omni hominis eſſe, animalis eſſe, ſicut & de omni homine animal, ſed non ſic ſicut vnum eſſe, Siquidem igitur non ſic accipiat non ſyllogizatur, quod A ſit ipſius C, quod quid erat eſſe, & ſubſtantia.*

Com. 51. Quod aût ex duabus abſolutis nõ ſyllogizetur definitio de definito vt quid eſt, exponit per terminos: & in A ponit rationem animalis, ſ. ſubſtantiã aiatam ſenſitiuam, in B rationem hois, ſ. aial rationale. in C vero ponit hoiem, & inquit. Etenim aia-

Ex altera ſumẽteq; qd eſt, definitio ſyllogizari nequit ſed ex ambabus abſolutis.

Suba animata ſenſitina. Aial rõnale. Homo.
A B C



lis eſſe, ſ. ſubſtantia aiata ſenſitiua, quæ eſt aialis eſſe & ratio, prædicatur de hois eſſe, ſ. de aiali rationali, quod eſt eſſe atq; hois ratio. verũ enim eſt de omni hominis eſſe aialis eſſe, qm omne animal rationale eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, ſicut & de omni homine prædicatur aia, non tñ ratio animalis de ratione hominis prædicatur, vt vnũ eſſe, hoc eſt vt quid eſt, nec ratio hois de homine vt qd eſt. qm igitur ratio aialis prædicatur de ratione hominis nõ vt vnum & idem eſſe, quod eſt prædicari vt

E quid eſt, nec etiam in minore accipitur vt quid eſt, licet poſſit accipi, dicit ſiquidem igitur non ſic accipiat, ſ. vt quid eſt in vtraq; propoſitione non ſyllogizatur, q A ſit ipſius C, quod qd erat eſſe & ſubſtantia, quia propoſitiones erunt veræ, & cõcluſio falſa, vt intelligenti patet. Perſpicuum igitur eſt definitionem non poſſe ſyllogizari de definito vt qd eſt, niſi in vtraq; accipit (vt qd eſt) qđ erat quarta ſuppoſitio. tacuit aût exẽpla alia, vbi aut maior, aut minor abſolute acciperetur: qđ facile eſt inuenire. Quæ Simplicius.

Debes ſcire, q Simplici. probat hic non poſſe ſyllogizari definitionem de definito vt quid eſt ex altera reduplicatiua ſolum: nam modus concluſionis ſequitur modũ alterius propõnis. Altera igitur propõnum erit reduplicatiua: q ſi vna, ergo & oẽs. Prio prio. Cap. 15. i digreßione.
F ſi in altera tñ ſit reduplicatiua, altera vero abſoluta: cũ reduplicatiua ſit potior, abſoluta vero debilior pars: & cõlo ſemper debiliorem partem ſequitur, vt in prioribus patet, cõcluſio abſolutã propoſitionem ſequetur: quare cõcluſio erit abſoluta: qđ eſt contra præſuppoſitum. Si igitur cõcluſio eſt reduplicatiua, oportet oẽs eſſe reduplicatiuas.

ARGY. *Si autem hoc acceperit modo, tum antea profecto B, ipſius C diffinitionem ſumpſerit eſſe, quare non demonſtrabit. Sumit enim id quod initio quærebatur.*

DI LVCI. *Si vero ſic accipiat, prius erit accipiens in C, quoniam eſt quod quid erat eſſe B. Quare non demonſtratum eſt: quod enim erat in principio accepit.*

Com. 52. Probata quarta ſuppoſitione, breuibus repetit vim rationis: quæ hypothetice ſic conficitur. ſi definitio de definito demonſtrabitur, oportet vt demõſtretur vt quid eſt de ſuo definito, alioquin nõ magis ſciremus ipſam eſſe de ſuo definito definitionẽ,
G ſi aliud prædicatum. ſi definitio demonſtratur de ſuo definito vt quid eſt. oportet, vt vtraq; propoſitio habeat vt quid eſt. Sin aût ſic accipiat i vtraq;, ſcilicet aſumendo ſemper vt quid eſt, prius erit accipiens in c definito: qm B eſt quod quid erat eſſe ipſius, quare non demonſtratũ eſt: quod enim erat in principio accepit. Supponens. n. nullam ipſius c eſſe definitionem, & quærens à principio an aliqua ſit ipſius c definitio, accepit B eſſe ipſius c definitionem: & ita accipit in medio, quod quæſierat. Simplicius tribus rationibus probauit definitionem de definito, vt quid eſt demonſtrari nõ poſſe. Quæ Simplicius.
Prima quidem ex eo, quod nullum antecedens demonſtrationem, per demonſtrationem demonſtratur. at definitio antecedit demonſtrationẽ. Secunda vero ex eo: quia ita quidditas ad demonſtrationem ſe habet, vt intellectus ad animã: at intellectus
H prior anima eſt, quare & quidditas demonſtratione, ergo non per demonſtrationem accipi poterit. Tertia deniq; q ſubſtãtia accidente prior ſit: definitio eſt ſubſtantia, demonſtratio accidentium per ſe: quo fit, vt definitio demonſtratione ſit prior. Sed quantum rõnes hę valeant, differẽdum nũc nõ eſt Tranſeãt aût, atq; quo valere poſſunt, valeant.

ARGY. *At qui neq; per diuiſionis viam ſit ratiocinatio, vt in Priorum reſolutiorum diximus libro nunquam enim in diuiſione ſit, vt cum hæc ſint neceſſario illa ſequãtur, ſed ſit per inde atque cum quiſpiam concluſionem inducit non enim demonſtrat. nam non interrogare concluſionem oportet, nec quia data eſt, ideo ipſam eſſe oportet, ſed neceſſe eſt ipſam eſſe cum illa ſint, & ſi hiſce qui reſpondet non dicit nec aſſentitur*

titur. Etenim ſi quiſpiam hoc interrogat pacto, homo animal ne, an inanimatum eſt? deinde accipit animal nullam prorſus ratiocinationem facit vt patet. Rurſus, ſi omne animal greſsibile eſſe, aut aquaticum dixerit: deinde greſſibiles ceperit, nullam ratiocinationem fecit profecto, nec hominem hoc eſſe totum animal inquam greſsibile neceſſario ex dictis emergit, ſed hoc quoque perinde vt illa ſumit. Atq; nihil omnino refert ſiue in multis ſiue in paucis hoc pacto fiat, eſt enim idem.

DI LV CI. Tex. 4.

Diuiſionis methodus alia eſt a demõſtratiõe

*At vero neque per diuiſiones via hæc ſyllogizat. ſicut in reſolutione circa figuram fere dictum eſt. Nequaquam enim neceſſario fit rem illam eſſe, cum hæc ſint. Sed ſicut neque inducens demonſtrat. Non enim oportet concluſionem interrogare, neque eo quod concedatur, eſſe. Sed neceſſe eſt eſſe, cum ſint illa, & ſi non dicat reſpondens. Vtrum homo animal eſt, aut inanimatum. Poſtea accipit animal, non ſyllogizat. Iterum omne animal aut greſ*B*ſibile, aut aquaticum, accipit greſsibile, & hominem eſſe totum animal greſsibile non neceſſe erit ex dictis ſed accipit. & hoc differt autem nihil in multis, aut in paucis ſic dicere. Idem enim eſt.*

Omnes ferè arbitrantur Ariſto. nunc velle probare definitionem de re, cuius eſt definitio, per diuiſionem probari non poſſe. Quam expoſitionem Themi. & Auer. innuunt, ſequunturque ipſam cęteri. At melius cum Simplicio atque Philo. dicendum eſt. Cum enim Ariſto. declarauit demõſtratiuam ſcientiam aliam eſſe à definitiua, & definitionem alterã eſſe à demonſtratione, quia igitur, qui diuiſione definitionem inuenit, ſyllogizare videtur: ideo oſtendit nunc diuiſionem à demonſtratione ſyllogiſmoque ipſo alteram eſſe, ſimulq; cum hoc oſtendens eos, qui ad definitionis inuen-C tionem diuiſione vtuntur, nequaquam ſyllogizare. Ex his apparet error expoſitorum: qui arbitrantur Ariſtotelem velle probare definitionem inueniri non poſſe diuiſiua methodo, ꝙ falſum eſt: nam definitio nulla alia via inueniri poteſt, quam diuiſione, licet illa non ſit abſque petitione principij. Sed intendit probare diuiſionẽ alteram eſſe à ſyllogiſmo, demonſtrationeque ipſa: & ꝙ qui vtitur diuiſione ad definitionis inuentionem, non ſyllogizat, neque demonſtrat. Et hoc proponit Ariſ. cum inquit. {At vero neq; via, quæ per diuiſiones eſt, hoc eſt neque via diuiſiua, qua vtimur ad inuentionem definitionis, ſyllogizat, ſicut in libro Priorum ferè dictum eſt: qui liber eſt inſcriptus de Solutione figurarum. Ergo Ariſto. non negat definitionem inueniri diuiſiua via. Sed ait illam non eſſe

Syſls tex.

D ſyllogiſmum, neque demonſtrationem. probat vero Ariſto. hoc primo, Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud ſequitur de neceſsitate: diuiſio non eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud ſequitur: ergo in ſecũda figura diuiſio nõ eſt ſyllogiſmus. De ratione ponit minorem, cum inquit. Nequaquam enim neceſſario fit rem illam eſſe, cum hæc ſint: quaſi dicat, Diuiſio non eſt oratio, in qua quibuſdam, poſitis neceſſario alia res ſequitur ex illis. Quare repete concluſionem, ſ. ꝙ diuiſio non eſt ſyllogiſmus. Sed dubitabis fortaſſe, & quidem non ab ratione. nam in diuiſiua methodo ſunt duo proceſſus, alter ſyllogiſmus, alter enthymema. verbi cauſa, ſi voluero probare omnem

Dubium. An diuiſiua methodus ſit ſylls.

A hominem eſſe animal, faciam hoc pacto, oẽ animatum animal eſt, vel inanimal: Omnis homo eſt animatũ: Ergo omnis homo animal eſt aut inanimal. Hic eſt primus proceſſus, qui ſyllogiſmus eſt. Secũdus vero eſt enthymema hoc pacto, Omnis homo eſt animal vel inanimal: ſed non eſt inanimal: ergo eſt animal. Hoc enim enthymema eſt, in quo proceditur à toto diſiuncto cum deſtructione alterius partis ad alteram, vel eſt proceſſus quidam hypotheticus, in quo proceditur à toto diſiuncto cũ deſtructione alterius partis ad alteram. Quia, ſi in diuiſiua methodo ſunt duo proceſſus, tunc ſaltem ipſa erit ſyllogiſtica ſecũdum primum proceſſum. Non ergo recte Ariſto. aſſerit nullo modo diuiſionem eſſe ſyllogiſmum, cum ſecundum partem ſit ſyllogiſmus, quare minor rationis Ariſto. falſa eſt: quũ ſaltem ſecundum partem diuiſio eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis aliud emergit. Et dicendum ꝙ definitio non probatur de definito per primum proceſſum, vt recte Neoterici aſſerunt. Sed per ſecundum, vt omnibus perſpicuum eſt. at ſecundus non eſt ſyllogiſmus, nec oratio in qua duobus ad minus poſitis, aliud ſequitur neceſſario ex illis: non ergo diuiſio erit ſylogiſmus, cum ſecũda pars, quæ probat definitionem, ſyllogiſmus non ſit. Deinde ſequuntur illa verba. Sed ſicut neque inducens. Quæ Phi. copulat ad præcedentia. accepit enim diuiſionem non eſſe orationem, in qua quibuſdam poſitis aliud ſequitur, non probauit, ideo ſecundũ Phi. nunc illud probare videtur. Simplicius vero vult Ariſto. hic facere ſecundam rationem per argumentum à ſimili. ſunt enim, vt inquit, tria argumenta. Aliud, ꝙ procedit ab eo, ꝙ eſt magis, ad id quod eſt minus: & quidem negatiue hoc pacto, vt ſi ꝙ magis dicitur eſſe, & non eſt, ꝙ minus videtur eſſe, minime erit. Aliud ꝙ procedit affirmatiue ab eo, ꝙ minus eſt, ad id, ꝙ magis eſt, vt ſi ꝙ minus videtur eſſe & ꝙ magis videtur eſſe erit. Aliud ꝙ procedit indifferenter affirmatiue: & negatiue ab eo: quod eſt ſimile: ad id, ꝙ ſimile eſt, & hoc pacto: vt Simplicius autumat. Ariſto. argumentatur. Nam, ſi quod alicui ſimile eſt, non eſt, id, cui ſimile eſt, minime erit, ſed diuiſio: ſimilis eſt inductioni, & inducens neque ſyllogizat, neque demonſtrat, ergo nec diuiſio, vnde inquit. Sed ſicut inducens non demõſtrat, ita ſupple nec diuidens demonſtrat. Sed quomodo nec inductio demonſtret, nec diuiſio, Græci interpræres, vt Simplicius, & Philo. Ariſto. declarare volunt ex verbis ſequentibus, ſ. quia demonſtratio non interrogat concluſionem, nec ſumit illam, vt conceſſam, at diuidens, & inducens aut concluſionem interrogat, aut illam datam conceſſamque ſumit, vt poſtea declarabitur. Hæc expoſitio vera eſt, ſed in vno eſt dubitatio: quia per verba ſequentia Ariſto. ſolum oſtendit de diuidente, ꝙ ipſe concluſionem interrogat, aut conceſſam ſumat. Propterea tantis viris non contradicendo, ſed ſolum innuendo dicerem, Ariſto. reliquiſſe nobis declarandum quomodo inducens nõ demonſtrat, neque diuidens. Accepit enim tanquã aut declaratum, ſecũdo priorum, aut tanquã nobis declarandum. Quidam intelligentes per diuiſionem primũ proceſſum ſyllogiſticum in diuiſiua Methodo, dixerunt Ariſt. voluiſſe eum non eſſe demonſtrationẽ, ſicut

Quæ phi.

2. Topico. Cap. 27.

ppria põ.

Expõ alia quorũdã.

nec

ſert autem nihil in multis, aut in paucis ſic dicere idem enim eſt, quia omnia accipientur ſine ſyllogiſmo.

ARGV.

Fit igitur vt hiſce, qui hoc procedunt modo, inutilis ſit hic vſus, & ad ea quorum fieri ratiocinatio poteſt. Quid vero prohibet vt illud totum vere quidem dicatur de homine non tamen quid eſt, neque quidditatē declaret.

Aſſyllogiſtius quidem igitur & vſus ſit ſic procedentibus, Et de contingentibus ſyllogizare, quid enim prohibet hoc. Verum quidem omne eſſe de homine non, tamen quod quid eſt, neque quod quid erat eſſe oſtendens.

Quiditariũ pdicatũ nō aũt definitionē demonſtrari contingit.

Primo concludit diuiſionem eſſe aſſyllogiſticā, & inquit: Aſſyllogiſticus & non demonſtratiuus igitur & vſus diuiſionis fit, ſ. procedentibus, vt dictum eſt: eſt ergo cōcluſio, vſus diuiſiuus, qui via inuenitur, definitio eſt aſſyllogiſticus. Sed tunc eſt dubitatio, qm̄ quælibet definitionis pars poteſt ſyllogizari de definito, verbi cauſa, poſſumus ſyllogizare primo de homine bipes, hoc pacto, Omne animal erectæ ſtaturæ eſt bipes: Homo erectæ ſtaturę eſt: Ergo homo bipes eſt. Ergo via diuiſiua, definitio poteſt ſyllogizari de definito hoc pacto ſ. quālibet partem proprio ſyllogiſmo ſyllogizando: quibus ſeorſū ſyllogizatis, poteſt diuidēs inferre totā definitionem de definito, vnde inquit. Et de contingentibus, id eſt de partibus definitionis indifferente ſumptis ſyllogizare ſeorſum: quid enim prohibet hoc, hæc eſt dubitatio. Vbi verbū enim interrogatiue legendum eſt. Reſpondet illud fieri poſſe, & ſeorſum, & ſimul. non tñ qui ſic ſyllogizaret, & partes ſeorſum & totum, oſtenderet ꝙ quid eſt, aut quod quid erat eſſe: quia non haberetur illud totum de definito vt quid eſt, quare non haberet intentum.

Reſpon.

ARGV.

Quid in ſuper obſtat, vt aut addatur ſubſtantia quidpiam aut auferatur.

DILVCI.

Amplius quid prohibet aut apponere, aut auferre, aut excedere aliquid ſubſtantię.

Com. 35.

Probauit, ꝙ via diuiſiua ad probandum definitionem de definito non eſt vtilis ad venandum definitionem de definito vt quid eſt, ſed ad venādum ipſam abſolute. Secundum igitur Latinos interpretes Ariſt. probat ipſam definitionem de definito non poſſe probari, vt quid eſt ſecunda ratione & iuxta aliquos ſyllogiſmus ſic cōponitur, Definitio alicuius rei deducitur per aliqua certa, quibus nec addere, nec ſubtrahere, nec excedere oportet: nihil autem prohibet diuidentem apponere ſupra his, q̄ ſufficiunt ad ipſum ꝙ quid eſt, aut auferre aliquod neceſſariorum, aut excellere rei ſubſtantiam: ergo diuidens nō ſyllogizabit definitionē, vt quid. eſt. Iuxta vero alios ſic componitur, Nullus ſyllogiſmus indifferens ad definitiones ſuperfluas, & diminutas, & excedentes eſt conueniens in probando definitionem, vt quid eſt: ſed diuiſio eſt huiuſmodi: igitur non eſt conueniens ad probandum definitionem de definito, vt quid eſt ſyllogiſtice.

Expō latinorum.

Sed licet hæc expoſitio diligēs ſit, nō tñ litera Ariſ. videt̄ ſyllogiſtica, ſed quæſtionaria, ſiue īterrogatoria, vt inſpiciēti verba græca patet. Propterea Phi. dupliciter exponit textum hunc. Primo, ꝙ, cum Ariſto. accepiſſet diuiſionem vtilem eſſe ad venandum definitionem abſolute, licet non vt quid eſt. Contra hoc dubitat ex eo, quia in diuiſionibus accidunt peccata, & diuidens in diuidendo trifariam peccare videtur. Primo, ſi diuiſioni addat differentias quaſdam, quæ non aptę ſunt addi, vt dato ꝙ homo ſit animal, & velit inuenire differentiam diuiſioni animalis apponat maſculinum & fœmininum inducens, ꝙ animalium aliud ſit maſculinum, aliud fœmininum, non enim in his animal oē continetur, nā quęcunque ex putrefactione animalia fiunt neque fœminina ſunt, neque maſculina, vt hic Phi. inquit, & Ariſt. lib. de Generatione animalium. Secundo, ſi dato ꝙ homo ſit animal & velit quærere differentiam ipſum diuidat per vniuerſaliores differentias, vt per rationale aut irrationale, & particulares ſubticuerit: quæ ſunt poſt illas, vt bipes & quadrupes, & id genus. Tertio vt dato ꝙ homo ſit animal, & velit per diuiſionem inuenire differentiam: tranſcendat diuidendo animal per particulares differētias, & vniuerſaliores intermedias omittat, vt ſi dixerit animalium aliud eſſe mortale aliud immortale derelinquens vniuerſaliores differentias, rationale. ſ. & irrationale. Eſt ergo dubitatio diuidens, in diuidendo poteſt trifariam errare: ergo diuiſio erit inutilis ad venandum definitionem etiam abſolute de definito. cum enim in regula error eſſe poteſt, non bene aliquid per ipſam colligi poteſt: inquit. Amplius, quid prohibet ipſum diuidentem poſtquam ſumpſit genus definiti apponere aliquid ſubſtantiæ diuiſæ. faciendo generis diuiſionem per differentias extraneas, & non aptas generi, ꝙ diuiditur. Aut quid prohibet aliquid ſubſtantiæ diuiſæ auferre, vt ſi diuidens genus diuidat per differentias communes in illis ſiſtendo, nec vltra illas procedendo. Aut quid prohibet excedere aliquid ſubſtantiæ diuiſæ: id eſt tranſcendere diuidendo genus per particulares differentias, prætermittendo communes & intermedias, & ſic per ſubſtantiam intelligit illud, ꝙ diuiditur, vt genus. Cū igitur in diuidendo peccata ſint, iure diuiſio regula eſſe non poteſt ad colligendum definitiones, nec abſolute, nec vt quid eſt de definito. Hæc ergo expoſitio refert illa tria verba: apponere, auferre, & excellere ad diuiſionem, & ſubſtantiam ad illud genus, ꝙ ſupponitur de definito. & ꝙ poſtea diuiditur. Vel aliter, tria illa verba referri poſſunt ad definitionem, & ſubſtantia ad ipſum definitum. Nam cum dixiſſet, ꝙ nihil impedit omne, ꝙ ex diuiſione componitur, vt animal bipes prædicari de homine non tñ vt quid eſt. Obijcit contra hoc, qm̄ diuidēs poteſt vltra eſſentialia definitionis apponere accidentia, ex quibus corrumpetur definitio, vt, ſi vltra animal rationale mortale, quæ ſunt eſſentialia, apponat recte ambulans, & latas habens vngues. nā ſic non erit proprie definitio, cum addat accidentia. Inſuper poteſt diuidens accipere ex diuiſione genus & communes differētias, auferens proprias vt ſi ex diuiſione dixerit animal rationale, prætermittens bipes vel mortale. Præterea poteſt diuidens ex diuiſione colligere genus, & vltimas particularesque differentias. prætermitten intermedias, vt ſi dixerit animal bipes prætermittens rationale. Cum igitur ex diuiſione colligere poſsit has definitiones improprias, & in diuidendo committere hæc peccata in definitione non videtur diuiſio via conueniens ad colligendum definitiones

Refuta. expoſitionis.

Expō Phil. Diuidēs in diuidendo trifariā peccare poteſt.

Ad qđ referātur illa 3. verba. ſ. apponere, auferre. & excedere

de

de definito, nec abſolute, nec vt quid eſt: inquit. {Amplius quid prohibet diuidentem ipſum in diuidendo apponere aliquid ſubſtantiæ definitæ, vt differentias accidentales: aut auferre aliquid ſubſtantiæ definitæ, ſ. relinquendo vltimam differentiam, colligendo ſolum ex diuiſione cõmunes differentias: aut excellere ſiue tranſcendere, ſiue, vt ita dixerim, ſaltare, ex diuiſione prętermittendo intermedias differentias: & aliquid ſubſtantiæ definitæ: hoc eſt differentiam particularem colligere, quaſi dicat nihil. ſi ergo ex diuiſione diuidens colligere poteſt definitiones ita peccãtes, videtur ex diuiſione definitio non eſſe colligenda, nec abſolute, neque vt quid eſt.

Nota.

Animaduerte nonnullos dixiſſe hanc inſtantiam fuiſſe Speuſippi Platonis diſcipuli aduerſus ea, quę dixit Ariſto. nam, cum dixiſſet Ariſto. diuiſionem vtilem eſſe ad colligendum F definitionem ſaltem abſolute de definito, obijcit Speuſippus, ex diuiſione diuidens colligit definitiones peccãtes, ergo eſt ſimpliciter inutilis, & ita nec ad colligendum definitionem abſolute, nec vt quid eſt, vtilis eſt. Alex. vero aſſerit hanc obiectionem eſſe factã ab ipſo Ariſto. ſibijpſi, & non a Speuſippo. Sed quouis modo ſit, hoc ad rẽ parũ refert.

ARGY.

Aut prætermittatur, Atque hæc quidem eueniunt, ſed ſummam quiſpiam dixerit vniuerſa ea, quæ hoc ipſo quid eſt prædicantur. Et adhibita diligentia poſt primi diuiſionem alterinſue poſtulationem, ipſius rurſus poſtulari diſtributionem deinceps faciam, atque adeo vt nihil prætermittatur quod quidem eſt neceſſarium. Si omne cadit in diuiſionem, & nihil deeſt. Id vero eſt neceſſarium: Indiuiduum enim iam eſſe oportet.

DILVCI.

Hæc igitur dimittuntur quidem: contingit autem ſoluere accipiendo in eo quod quid eſt omnia, & quod eſt conſequenter ad diuiſionem, faciendo conceſſum primum, & nihil relinquendo. Hoc autem neceſſarium eſt. ſi omne in diuiſionem cadit, & nihil relinquit, hoc autem neceſſarium eſt. Indiuiduum enim ſpecie oportet eſſe.

Diuiſi quõ ad diffinitiões valeat.

Dicebamus Ariſto. ſoluere nunc inſtantiam, verum primo ſecundum alios, cum inquit. {Hæc igitur dimittuntur, hæc, ſ. apponere & auferre, & tranſcendere, dimittuntur quidem, hoc eſt cõcedi ſolent, & poteſt intelligi in diuiſione, & poteſt intelligi in definitione: quaſi velit dicere inſtantiam illam ab aliquibus recepi, vt in ſolutum argumẽtũ, vel fortaſſe nõ ſoluit ſecundum alios, ſed ſecũdum veritatem: q. d. concedo peccata illa tria in diuiſione accidere poſſe, aut in definitione, quæ diuiſione colligitur, verum, vt dicit Simplicius, corrigi poſſunt duobus ſeruatis in ipſa diuiſione: quorum pri H mum eſt, vt diuidens eſſentialia ſumat, vt genera, & differentias: ſecundum eſt, vt diuiſione continua proficiſcatur vſque ad vltimam differentiam, quæ eſt ſpecies indiuidua.

Diuiſionis bonæ cõditiones duæ ſunt.

Nam, cum hęc duo obſeruentur, tria peccata, quę dicta ſunt, corriguntur. Vel fortaſſe tria illa peccata corrigi poſſunt tam in diuiſione, q̃ in definitione, ſi tria obſeruentur, quæ Ariſto. tangit, vnde inquit. {Hæc igitur, ſ. tria peccata, ſ. apponere, auferre, & tranſcendere diuiſioni, vel definitioni dimittuntur quidem, hoc eſt permittuntur quandoque, atque conceduntur fieri, contingit autem hæc tria peccata ſoluere, hoc eſt corrigere. Quomodo vero corrigantur exponit, cum inquit. {Primo in accipiendo in eo ꝙ quid eſt E omnia: hoc eſt in accipiendo ea, quæ ſecundũ ſubſtantiam prædicantur, & non accidentia: & ſic corrigitur primum peccatum, ꝙ erat, cum diuidens accipiebat genus, & ipſum poſtea diuidebat per quędam accidentia, & accipiendo ꝙ eſt conſequenter ad diuiſionem, non ſaltando ad vltimam differentiã relinquendo intermedias, & per hoc corrigitur tertium peccatum, ꝙ erat cũ diuidens poſt aſſumptum genus ipſum diuidebat per vltimas differentias omittens cõmunes, & intermedias. Addit faciendo primum genus, vt conceſſum hoc eſt modo ſumat primũ genus, vt conceſſum de definito, vt exponit Phi. Nã vt pulchre Sim. declarat, diuidens à principio ſupremum genus ſine demonſtratione petit, & vt conceſſum ſumit, poſtea ipſum diuidit per eſſentiales differentias ordinate atque continuate: & corrigendo peccatum ſecundum inquit: & nihil reliquendo vſque ad vltimam differentiam, qñ. n. ſic facit, corrigitur ſecundum peccatum: ꝙ erat, cum diuidens non complebat diuiſionem vſque ad vltimam differentiam. Ecce ꝙ tres ſunt obſeruationes; quæ haberi debent in diuiſionibus vtilibus ad colligendum definitiones, & non duæ, vt Sim. autumat. Addit hoc autẽ, vt Phi. inquit, vt nihil apponat diuiſioni, vel definitioni nihilq; auferatur, atq; tranſcendatur, tũc fit de neceſsitate, cũ omne in diuiſionem cadit, & nihil relinquat diuidens. Sim. vero exponit ſi oẽ in diuiſionem cadit, quod in recta linea eſt; & nihil diuidens relinquat eorum, quæ in latitudine ſunt, & a latere: quaſi dicat, corriguntur illa tria peccata neceſſario, cum omne ꝙ in recta linea eſt diuiditur: & quidem nihil relinquendo de differentijs illius lateralibus, vt G ſi diuiditur aĩal non per greſsibile, & volatile tñ, ſed etiam per aquaticum, & cætera. Addit autem, hoc autẽ neceſſarium eſt, hoc eſt vtile, nam vt Sim. & Philo. dixerũt, Primũ neceſſarium ſumptum eſt pro neceſſario ſequi, ſecundum pro vtili, q. d. hoc autem, ſ. diuidere hoc modo diuidenti vtile. Indiuiduum. n. ſpecie oportet eſſe: & per indiuiduũ ſpecie, intelligit vltimam differẽtiam, vt Sim. & Philo. intellexerunt, quæ non dicitur indiuidua, quia non poſsit diuidi, ſed quia ipſa addita, non opus eſt vlteriori additione: vel quia per ipſam indiuiſibiliter definitio conuertitur cum definito: aut, vt Phi. inquit, indiuidua dicitur, quia vltimo occurrit diuidenti: & non apta eſt, in vlteriores differentias diuidi. Patet igitur quomodo diuiſio vtilis eſt ad colligendum definitiones, vtpote cum diuidens tribus illis ſeruatis in diuiſione proficiſcitur.

Dubitatio.

Sed occurres, quia nullo modo diuiſio vtilis videtur ad definitionem colligendam: qm̃ diuiſio eſt poſterior compoſitione: & definitio compoſitio quædã eſt: poſterior ergo eſt diuiſio definitione, non ergo ad illam vtilis videtur.

Solutio.

Dici poteſt, ꝙ diuiſio eſt prior compoſitione, & poſterior: prior, quia diuiſio generis eſt prior compoſitione ſpeciei, quæ eſt definitio: Poſterior vero, quia diuiſio ſpeciei poſterior eſt compoſitione ſpeciei.

ARGY.

At quanquam id fieri poteſt, nulla tamen hoc pacto vnquam efficitur ratiocinatio. Sed ſi noſcere diuiſio facit alio quodam id facit modo.

DILVCI.

Sed ſyllogiſmus tamen non ineſt, ſed ſiquidem alio modo cognoſcere facit.

Oſten-

Cõm. 37. Oſtẽdit vtilem eſſe diuiſionem ad definitionem colligendam ſaltem abſolute, licet non vt quid eſt, tribus obſeruatis: & quia poſſet quiſpiam dicere, eſt ne diuiſio his ſeruatis ſyllogiſmus, vel demonſtratio. Reſpondet, & inquit. {Sed ſyllogiſmus tñ non ineſt: & per ineſt, intelligit eſt. q. d. licet diuiſiua Methodus ſic correpta vtilis ſit, non tñ eſt ſyllogiſmus, ſcilicet demonſtratiuus. Sed ſiquidem diuiſiua Methodus definitionem cognoſcere facit, ſupple tu, alio modo illam facit cognoſcere, quam faciat demonſtratio. Facit. n. cognoſcere alio modo, quia ſicut inductio ex datis à reſpondente aliquid cognoſcere facit, non tñ, demonſtratiue, ita diuidens ex diuiſione, definitionẽ componens aliquid cognoſcere facit, licet non ſyllogizat, Sed vt, Philo. ſupplet, per parabolam vel comparationem oſtendit.

ARGV. *Atque hoc quidem non eſt abſurdum. Neque enim is qui vtitur inductione fortaſſe demonſtrat; notum tamẽ aliquid facit.*

DILVCI. *Et hoc quidem non eſt inconueniẽs. neque enim inducẽs fortaſſe demonſtrat, ſed tamen oſtẽdit aliquid.*

Non ex ſyllogiſmo cognoſcit quicũq; ex alio cognoſcit; vt in inductione quis conſpicere poteſt.

Sed adhuc obijcies, oĩs cognitio alicuius ex alio deducti eſt ſyllogiſtica, atque ſyllogiſmus: ſed cognitio definitionis per diuiſionem eſt alicuius, ꝙ ex alio infertur: ergo diuiſio eſt ſyllogiſmus. Reſpondet ergo Ariſto. negando maiorem: quia non omnis cognitio alicuius, ꝙ ex alio deducitur eſt ſyllogiſtica vel demoſtratiua. Propterea dicit. {Et, hoc quidem non eſt inconueniens: nam falſa eſt maior, ideo non eſt abſurdum aſſerere aliquam cognitionem alicuius ex alio deducti non eſſe demonſtratiuam. & affert inſtantiam, qm̃ cognitio propoſitionis vniuerſalis ex particularibus fit per inductionem: quæ tñ non eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus, inquit. {Neque enim inducens fortaſſe demonſtrat. dixit fortaſſe: quia aliqua inductio vim habet demõſtrandi, vt, Secundo priorũ dicit Auerroes, & ſecundo Phyſicæ auſcultationis, vtpote illa, quæ fit ex his, quæ ſunt per ſe. Licet igitur inductio non demonſtret, tñ oſtendit aliquid, quia vniuerſale: ex manifeſtis nobis ſingularibus,

Cap 16.

ARGV. *Ratiocinationem autem non dicit, qui diffinitionem ex diuiſione dicit. Nã vt in conclusionibus quæ ſine medijs inferuntur ſi quiſpiam dixerit hoc neceſſe eſt eſſe cum iſta ſint, fit, vt interrogetur propter quid, ſic & in diffinitionibus, cum per diuiſionem inueſtigantur fieri poteſt. Nam, cum hæc conficitur diffinitio hominis, animal mortale pedes habens, bipes ac alis vacans. Cur hoc, in vnaquaque partium additione nimirum interrogatio fieri poteſt.*

DILVCI. *Si ſyllogiſmum autem non dicit ex diuiſione eligens definitionem. Sicut enim in concluſionibus, quæ ſine medijs ſunt, ſi aliquis dicat quoniam his exiſtentibus, neceſſe eſt hoc eſſe, contingit interrogare propter quid, ſic & in diuiſiuis terminis, quid eſt homo, animal mortale, pedes habens, bipes, ſine pennis, propter quid ſecundum vnamquamque appoſitionem.*

Com. 39. Syllogiſm. tex. Quod proximis verbis acceperat hoc pacto ſyllogizare videtur. Nulla ratio qua habita, & completa contingit quærere propter quid: eſt demonſtratio: ſed diuiſio eſt ratio, qua habita & completa contingit quærere propter quid: ergo non eſt demonſtratio. Primo accipit concluſionem, & inquit. {Syllogiſmum autem, ſ. demonſtratiuum non dicit ex diuiſione eligens definitionem, hæc eſt concluſionis vis. Deinde ponit minorem, & quaſi eius expoſitionem per comparationẽ, & inquit. {Sicut enim in concluſionibus, quæ ſine medijs ſunt, ſi aliquis dicat, qm̃ his exiſtentibus, neceſſe eſt hoc eſſe contingit interrogare propter quid, ſic & in diuiſiuis terminis hoc eſt in definitionibus, quæ per diuiſionem inueſtigantur, ſupple contingit interrogare propter quid. vt ſi per diuiſionem concludatur qd eſt homo, & dicatur, ꝙ eſt animal mortale, habens pedes, bipes, ſine pennis, cõtingit interrogare propter quid ſecundum vnamquãque appoſitionem, ideſt ſecundum vnamquamque partium additionem: hæc eſt quaſi minor. Et per cõcluſiones ſine medio The. intelligit enthymemata: in quibus medium verbis explanatum non eſt, ſed mente conceptum. nam poſt illatam concluſionem contingit quærere. Phi. vero intelligit ſyllogiſmos, qui ex mediatis propoſitionibus conſtat: nam poſt illatam concluſionem contingit quærere. Ego vero dicerẽ cum The. nam Ariſt. per hãc ſimilitudinem vult habere, ꝙ ſicut in concluſionibus ſine medio contingit quærere de illata concluſione propter quid, ita poſt illatam concluſionem à diuiſione, contingit quęrere de vnaquaque parte eius propter quid. Modo, qñ ſyllogiſmus eſt ex mediatis, non de concluſione, ſed de propoſitionibus contingit quærere. Melius ergo cum The. nam poſt illatam concluſionem enthymematis de concluſione contingit quærere propter quid, & ita ſimilitudo verior eſt.

Quid The. intelligat p cõclõnẽ ſine medio' Philop.op.

Propria expoſitio.

ARGV. *Dicet enim atque oſtendet per diuiſionem, vt putat, omne animal aut immortale eſſe, aut mortale. Talis autem oratio tota non per ratiocinationem eſſe oſtenditur. Quare etiam ſi definitio per diuiſionem demonſtraretur, nunquam tamen per ratiocinationem conficitur.*

DILVCI. *Dicet enim & demonſtrabit diuiſione ſicut opinatur, quoniam animal aut mortale, aut immortale eſt. Huiuſmodi autem oratio omnis non eſt definitio: quare, ſi diuiſione demonſtrauit, tamen quod & definitio eſt, non ſyllogiſmus fit.*

Aĩal verbũ additũ eſt.

Com. 40. Dictum eſt diuiſionem non eſſe ſyllogiſmum, contra quia diuiſio fit ex duobus proceſsibus. Primus ſumit pro conceſſo hominem eſſe animal: & poſtea accipit, omne animal eſſe mortale vel immortale: ex conceſſo pro minore, & aſſumpto pro maiore ſequitur hominem eſſe mortalem vel immortalem. Secundus ſumit à reſpondente hominẽ non eſſe immortalem, & ita argumentatur, Omne animal eſt mortale, vel immortale: & homo nõ eſt immortalis: ergo eſt mortalis. Vbi patet primum proceſſum eſſe ſyllogiſmum, qui tamen eſt diuiſio vel diuiſiuæ methodi pars. Reſpondet Ariſto. {Dicet enim & demonſtrabit per diuiſionem ſicut opinatur ipſe diuidens cum ſyllogizat: qm̃ omnis homo eſt mortale, aut immortale, & ſic legit. Simpli. nam in verbis grecis non legitur verbum animal, vtpote ſic argumẽtans, Omne animal mortale aut immortale: omnis homo eſt animal. Ergo omnis homo eſt mortalis vel immortalis. Phi. illi verbo omne ꝙ græce eſt πᾶν, ſuppleuit animal: & tũc lege ſic, Etenim diuidens cum ſyllogizat, dicet & demõſtrabit per diuiſionem omnem hominem eſſe mortalem


talem vel immortalẽ qm̃ animal aut mortale, aut E immortale eſt: & ſupple, omnis homo eſt animal: dicet & demonſtrabit, non propria demonſtratione, ſed vt opinatur demonſtrare, quia ſibi videtur demonſtrare. Verum huiuſmodi vniuerſa oratio, quæ eſt categorica de prædicato diſiuncto, non eſt definitio: & addit, quare etiam ſi concedamus, quod oſtenditur aliquid ex diuiſione, non fit tñ ex diuiſione demonſtratio definitionis: qm̃ neque definitio ſit ſyllogiſmus, id eſt concluſio, vt exponit Phi. Sic igitur diuidens nõ ſyllogizat: & dato ꝙ ſyllogizat, ſyllogizat vnam categoricam de prædicato diiuncto, quæ non eſt definitio. & dato ꝙ tota diuiſiua methodus, quæ conſtat duobus proceſſibus, aliquid oſtendat, definitio, quam demonſtrat non eſt ſyllogiſmus, hoc eſt concluſio. non. n. de-

Notandũ. monſtrat ipſam, vt quid eſt. Debes ſcire, ꝙ tam diuidens quam inducens, aliquid oſtendit; vterque tñ F ſumit à reſpondente. diuidens enim ſumit à reſpondente primũ genus de definito, verbi cauſa ꝙ omnis homo ſit animal. Deinde accipit ꝙ omne animal aut mortale eſt aut immortale: ex his concludit, ꝙ omnis homo mortalis vel immortalis deinceps in ſecundo proceſſu ſumit, ꝙ homo nõ ſit immortalis ab ipſo reſpondente: & demum infert, ꝙ omnis homo eſt mortalis, quare animal mortale. Inducens vero accipit Socratem currere, & Platonem currere & Ciceronem. Sed ꝙ alij omnes, ſimiliter ſumit à reſpondente, vel ꝙ illi ſunt omnes homines, vel ꝙ omnis homo ſit Socrates, & Plato, & Cicero, & nullus alius, etiam ſumit à reſpondente, & ita tam diuidens, quàm inducens aliquid oſtendit; vterque vero petit aut aliquid à reſpondente, aut id, ꝙ in principio quærebatur. Diuidens G enim petit à reſpondente, aut ꝙ eſt æquè notum, aut quod eſt conuertibile, & æquale. Inducens vero petit ꝙ à principio quærebatur; quia ſumit à reſpondente concluſionem formaliter, antequam inferat eam, vtpote cum dicit, & ſic de ſingulis, vel aliquid tale.

ARGY. *Sed ne fieri poteſt vt ipſum quid eſt, accommodatum ſubſtantiæ demonſtretur, ex ſuppoſitione tamen hoc pacto, vt accipiatur id quidem proprium, quod ex hiſce conſtat, quæ hoc ipſo quid eſt, prædicantur, diffinitionem eſſe, hæc autem ſola dicto prędicari modo, totumque quod ex hiſce conſtat proprium eſſe. Id eſt enim illius omnium ratio.*

DILVCI. Defiõnem an ex definitionis definitione cõtingat demonſtrari. *Sed vtrum etiam ſit demonſtrare quod quid eſt ſecundum ſubſtantiam? ex ſuppoſitione tamen, accipientem ipſum quidem quid erat eſſe, id eſſe, quod ex his eſt, quæ H in eo quod quid eſt, ſunt proprijs: hæc autem in eo quod quid eſt ſola, & proprium omne. Hoc enim eſt eſſe illi.*

Comẽ. 41. Expõ the. Quid ſit ſyllogiſm⁹ definitiuus. Tranſit in aliud problema, ꝙ ſecũdum Themi. ſic intelligitur, vtrum definitio poſsit demonſtrari de definito per ſyllogiſmum definitiuum. Eſt autem ſyllogiſmus definitiuus ille, qui definitionem definitionis pro medio accipit. verbi cauſa, definitio definitionis hominis eſt proprium hominis, ꝙ de homine, vt quid eſt dicitur. erit ergo ſyllogiſmus, Omne proprium hominis, ꝙ de homine vt quid eſt, dicitur, eſt hominis quod quid eſt: animal bipes rationale mortale eſt proprium hominis, ꝙ de homine prædicatur, vt quid eſt: ergo animal bipes rationale mortale eſt hominis quod quid eſt.



Quærit ergo vtrum definitio de definito demõſtrari poſsit per ſyllogiſmum definitiuum, inquit. ¶Sed vtrum etiam ſit demonſtrare ꝙ quid eſt ſecundũ ſubſtantiam, i. eſſentiale de definito, ex ſuppoſitione tñ ſit demonſtrare. dico accipientem ipſum quidem ꝙ quid erat eſſe, id eſſe, ꝙ ex his proprijs eſt, quæ in eo ꝙ quid eſt ſunt: quaſi dicat, ita vt accipiens ſumat, ꝙ quid erat eſſe, ſcilicet hominis eſſe illud quod ex his proprijs eſt, quę in eo ꝙ quid eſt ſunt, & hanc tanquam maiorem. Hæc autem, ſ. animal bipes rationale mortale ſola ſunt in eo ꝙ quid eſt, & omne ex his compoſitum eſt propriũ & hanc accipiat tanquam minorem. Et concludo, ergo hoc totum, videlicet animal bipes rationale mortale eſt illi, ſ. homini eſſe atque ratio. vbi patet verbum enim illatiuum eſſe. quærit ergo vtrũ hoc pacto ex definitionis definitione poſsit definitio de definito demonſtrari. Appellat autẽ Ariſ. hunc ſyllogiſmum ex ſuppoſitione definitionis definitionis. Non enim dicitur hic ſyllogiſmus ex ſuppoſitione, cum ſit categoricus, ſed dicitur ex ſuppoſitione: quia in ipſo ſupponitur definitio definitionis, & hoc pacto etiam Philo. expoſuit, & Simplicius licet obſcure.

An & hic rurſus ſumitur diffinitio: neceſſe eſt enim per medium ipſum oſtendere. ARGY.

An iterum accipit quod quid erat eſſe, & in hoc: neceſſe eſt enim per medium demonſtrare. DILVCI.

Reſpondet definitionem de definito hoc pacto demonſtrari non poſſe, quia in medio acciperetur quod quid erat eſſe: ꝙ demonſtrandum erat. accipitur quidem actu atque in propria forma, & non ſolum potentia. Cum enim dicitur in minore, animal bipes rationale mortale propriũ hominis eſt, quod de homine, vt qd eſt, dicitur, nihil aliud eſt, quàm conſtituere hominis definitionem eſſe animal rationale mortale bipes: quod quærebamus inquit. ¶An iterum vtens hoc ſyllogiſmo accipit in medio, & in hoc ſyllogiſmo quod quid erat eſſe: neceſſe enim eſt, hoc eſt, ꝙ quidem neceſſe eſt per medium demonſtrare. Com 24.

ARGY. *Præterea, quemadmodum nec in ratiocinatione ſumitur quid eſt ratiocinari, ſemper enim tota vel pars eſt propoſitio ex quibus ratiocinatio conſtat, ſic neque diffinitionem oportet in ratiocinatione ineſſe, ſed ſeorſum à propoſitionibus eſſe. Atque vt ſi quis ambigat, ſi ratiocinatio ſit confecta necne, obuiandum eſt aſſerendo ratiocinationem eſſe extructam. id enim ratiocinatio, ſic & ad eũ qui dicit non diffinitionem eſſe concluſam aſſerendum eſt diffinitionem eſſe concluſam. Id enim nobis ſupponebatur eſſe ratio diffinitione. Quare, neceſſe eſt & ſine ratiocinationis & ſine diffinitionis ratione, aliquid per ratiocinationem concluſum eſſe.* Quid ẽ enĩ

DILVCI. *Amplius ſicut in ſyllogiſmo non accipitur quid eſt ſyllogizare, Semper enim tota aut pars eſt propoſitio ex quibus*

bus eſt ſyllogiſmus.ſic neq; quod quid erat eſſe oportet eſſe A *in ſyllogiſmo. Sed ſeorſum hoc appoſitis eſſe: & ad dubitantem ſi ſyllogizatur vel non ſyllogizatur hoc, obuiando, quoniam hoc quidem erat ſyllogiſmus, & ad eum, qui dicit.quoniam ſic quod quid erat eſſe ſyllogizatur quoniam ſic. Hoc enim poſitum eſt nobis quod quid erat eſſe: quare neceſſe eſt & ſine ipſo quid eſt ſyllogiſmus, aut ſine quod quid erat eſſe, aliquid ſyllogizare.*

Com. 43.

Secundo hoc idem probat exemplariter, vt dicit Philop. hoc modo. quemadmodum non contingit in combinatione ſyllogiſtica ſumi medium definitionem ſyllogiſmi, ſed alterum proprium & conueniens, q̄m propoſitio ſumpta in ſyllogiſmo ſemper totum aut pars eſt, id eſt ſemper velut maior ſumitur, aut minor, ex quibus propoſitionibus fit ſyllogiſmus: ſic neq; definitionem definitionis poſsibile eſt medium ſumere terminum in demonſtra- B tione definitionis, in qua concluditur ꝙ hæc definitio, aĩal greſsibile bipes definitio eſt huius definibilis, ſ. hominis. Sed debet definitio ſyllogiſmi & definitionis ſeorſum à poſitis in mente ſeruari, velut regula duplici de cauſa ad obuiandum cõtra dubitantem an ſit ſyllogiſmus hic vel ne quẽ fecimus, & hæc definitio, quam concluſimus ſit definitio vel ne: & ad confirmationem eius, qui dicit hunc eſſe ſyllogiſmum, & definitionem eſſe concluſam, vt inquit. {Sed ſeorſum hoc appoſitis eſſe oportet, ſ. definitionem definitionis: & definitionem ſyllogiſmi. & hoc duplici ratione, & ad dubitantem ſi ſyllogizatur, vel non ſyllogizatur hoc, obuiãdo: quoniam quidem hoc erat ſyllogiſmus aſſerendo & ſyllogizatum. Similiter ad dubitantẽ an concluſum ſit definitio, aſſerendo contra ipſum, ꝙ eſt definitio. Et ad eũ, qui dicit, q̄m ſic quod q̄d erat eſſe ſyllogiza- C tur, confirmando q̄m ſic ſyllogizatur: ſimili modo & de ſyllogiſmo, cõfirmando eſſe ſyllogizatum ſi quis dixerit eſſe ſyllogizatum, Hoc enim & ad hoc ipſum quod quid erat eſſe ſyllogiſmi & definitionis poſitum erat eſſe, vt obuiemus, & confirmemus. ex his concludit propoſitum, & inquit: {Quare neceſſe eſt & ſine ipſo quid eſt ſyllogiſmus aliquid de aliquo ſyllogizare, & ſine quod quid erat eſſe definitionis aliquid de aliquo vt quid eſt ſyllogizare. Scd̃m ergo Philo. ꝓbatio eſt per exẽplum Poteſt t̄n eſſe vis ſyllogiſmi: nam quod vt regula ſupponitur non accipitur in ſyllogiſmo: definitio definitionis, vt regula ſupponitur ab obuiandum & ad confirmandum: ergo in ſyllogiſmo non accipitur. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire hunc textũ eſſe in græco, & in latino valde fragmentatum. Pro- D pterea de licentia interpretis ſuppleui quædã verba, vt patet conſideranti verba græca.

ARGY.

At enim neque ſic bene ſeſe habebit ipſius. quid eſt probatio, ſi ex ſuppoſitione etiam quiſpiam ipſum oſtendat hoc pacto, ſi ratio mali eſt diuiſibile eſſe, quibus aũt eſt contrariũ, eorum & rõ contraria eſt ratio contrarij atq; bonum eſt malo contrarium, & indiuiſibile diuiſibili. ratio boni nimirum eſt indiuiſibile eſſe. Et hic enim accipiens diffinitionem oſtendit.

DILVCI.

Tex. 6.

Ex ſi ex ſuppoſitione demonſtraret, vt ſi malo ineſt diuiſibile eſſe, In contrario autem eſt, quod in contrario eſt eſſe. in quibuſcunque eſt aliquod contrarium: Bonum autem malo contrarium eſt, & indiuiſibile diuiſibili: Et itaque bonum quod eſt indiuiſibile eſſe, & enim hic accipiens quod quid erat eſſe, demonſtrat.

Com 44.

Tranſit ad aliud problema, an, ſ. definitio de definito demonſtrari poſsit per ſyllogiſmum hypotheticum, acceptum à loco contrarij, quem Themiſt. appellat ſyllogiſmum à fictione & ſubiectione: qui hoc modo conficitur, ſi definitio mali eſt diuiſibile & contrarij cõtraria definitio eſt: Dico in quibuſcunq; reperitur cõtrarium, Bonum aũt malo contrarium eſt, & indiuiſibile diuiſibili: ergo definitio boni eſt eſſe indiuiſibile. Simul itaq; quærit, & ſoluit problema cum inquit. {Et ſi ex ſuppoſitione, ſ. ſumpta à definitione contrarij demõſtraret: etiam ſup. minime ſyllogiſmus valeret: cuius cauſam dicit. {Etenim hic id eſt in hoc hypothetico ſyllogiſmo demõſtrat: accipiens quod quid erat eſſe, & ita acciperet, vt conceſſum, quod erat quæſitum. Animaduerſione dignum, vt ex Them. accipitur, vnum B cõtrarium ita ſe habere ad propriã definitionem, ſicut alterum ad ſuã: & ita æqualiter boni ratio de bono ignota eſt, vt illa mali de malo. Præterea vt illa mali põt ſumi pro medio ad ſyllogizandũ illam boni de bono. ſic contra, illa boni accipi poteſt ad ſyllogizandum eam q̃ eſt mali de malo, ita, vt ꝓbatio reciproca ſit, cum alterum alteri medium eſſe poſsit & econtra. ergo ſecundum Themiſt. ſpecies petitionis eius, quod in principio quærebatur non in propria forma, ſed in ſuo æqualiter ignoto, & reciproco. Philoponus autem dicit eum, qui hoc pacto ſyllogizat, petere quod in principio: quia quærebat definitionem, & accipit definitionem ſine demonſtratione. Nam volens oſtẽdere definitionem boni eſſe quod indiuiſibile, aſſumpſit vt conceſſum ꝙ definitio mali eſt diuiſibile: & ita petit quod in principio ſumens vt conceſſum, quæſitum: oſtende C re enim ꝙ hoc eſt definitio huius, quia hoc eſt definitio huius, principium petere eſt, cum alterum per alterum oſtendatur: Hæc Philoponus & quaſi innuit eſſe petitionẽ in propria forma. Qui enim probat boni definitionem eſſe indiuiſibile, quia definitio mali eſt diuiſibile, non ſcit definitionem mali eſſe diuiſibile, niſi quia ſcit definitionem boni eſſe indiuiſibile, cum alterum per alterum oſtendatur, & quærebat definitionem boni eſſe Indiuiſibile, ergo ſumit (vt conceſſum definitionem boni) quam quærebat. Addit aũt Simp. ꝙ dato hoc modo ſyllogizari poſſe definitionem de definito, regula nõ erit vniuerſalis, q̄m non in oĩbus habebit locum, ſed (vt dicit Ariſt.) in ſolis contrarijs.

Notandũ. ex Tne.

Philopon.

Simp.

ARGY.

Sumit autem definitionem ad oſtendendam definitionem. At ſit aliquid aliud. Et in demõſtrationibus enim D *aliquid de alio dici ſumitur, non tamen ipſum, neque id cuius eſt eadem ratio atque conuertitur.*

DILVCI.

Accipit autem ad demonſtrandum, quod quid erat eſſe, alterum tamen ſit. Etenim in demonſtrationibus eſt hoc de hoc: Sed non ipſum, neque cuius eſt eadem ratio, & conuertitur.

Comẽ. 45.

Dubitaret quiſpiam, nam accipiẽs definitionem mali ad ſyllogizandum definitionem boni non videtur ſumere quod quærit, vt cõceſſum, nam quærit definitionem boni, ſumit vero, vt cõceſſum definitionem mali: modo definitio mali, quam vt conceſſum ſumit, alterum quid eſt à definitione boni, q̃ quærit, & ita qđ quæritur non vt conceſſum ſumit, inqt. {Accipit aũt ad demõſtrandũ quod q̄d erat eſſe, ſup. etiã qđ quid erat eſſe, alterum t̃n ſit, hoc

Expoſitio Simp.

eſt no idem. ſed alterũ. nam ſumit quod quid erat E eſſe mali ad ſyllogizandum quod quid erat eſſe boni, & ita quod quæritur non ſumitur, vt conceſſum. Rñdet in omni demſtrone prædicatum eſſe de ſubiecto, verum in demõſtratione prædicar de ſubõ nõ debet ſumi ipſum prædicatũ neq; aliquid, cuius, ſ. cum prædicato eadem ratio eſt, & conuertibile cũ perdicato. Modo licet in oſtẽſione definitionis boni non ſumatur definitio boni, ſumitur tñ definitio boni, cũ ſumitur definitio mali. pro medio cuius, cum definitione boni eadem eſt ratio, reciproca. qm̃ ita ſe habet ratio mali ad malũ, vt ratio boni ad bonum, & ſicut ratio boni de bono ꝑ rationem mali demonſtrari põt, ita contra mali de malo per rationem boni. Inquit. Etenim in demſtrationibus omnibus eſt hoc ꝑ̃dicatum de hoc ſubiecto: ſed quod pro medio ſumitur non eſt ipſum prædicatũ, neq; F eſt id, cuius cum prædicato eſt eadem ratio, & conuertitur cũ ꝑdicato. hoc eſt, neq; eſt aliquod conuertibile cum prędicato, cuius cũ prædicato eſt eadem ratio. modo ſic eſt in tali ſyllõ, in quo prædicatũ quod eſt definitio boni de ſubiecto, quod eſt bonũ oſtenditur. Nam licet non ſumat pro medio ipſamet boni definitio ſumitur mali definitio, quæ eodem modo ſe habet ad malum, vt definitio boni ad bonum, & eſt quid conuertibile & reciprocum, • cũ alterum per alterum, mutuo ſyllogizari poſsit.

Expoſitio Philopon.

hoc pacto (vt mihi videtur) Simpl. intellexit hunc locum. Philop. vero aliter textum intelligit nam in omni demõſtratione ſumitur quod quid erat eſſe, ergo in omni demonſtratione ſumitur definitio vt conceſſum, & ita petitur. Reſpondet hoc non eſſe inconueniens, quia ſumitur quod quid eſt eſſe ſubiecti, ad demonſtrãdum prædicatum de ſubiecto, G & ſic non eſt idem quæſitum & conceſſum: quærimus n. riſibile de homine, ſumimus vt conceſſum animal rationale de homine. Modo hæc non idem ſunt: alterum enim eſt riſibile prædicatum, quod quæritur de homine ſubiecto, & alterum definitio hominis, quæ vt conceſſa ſumitur. Inquit. Accipit autem ad demonſtrandum prædicatum de ſubiecto ipſe demonſtrans quod quid erat eſſe terminũ medium, alterum tamen ſit ab eo prædicato, quod quærebatur: Etenim (vt inquit) vt demonſtrationibus omnibus eſt hoc prędicatum, videlicet riſibile de hoc ſubiecto, ſcilicet de homine, ſed mediũ quod ſumitur, non eſt ipſummet prædicatum, neq; aliquid ꝙ & cum prædicato conuertitur, & cuius cum prædicato eſt eadẽ ratio, i. idem ratione. quaſi dicat, medium in demonſtrationibus non eſſe ip- H ſummet prædicatum, nec definitionem conuertibilem cum prædicato, ſed definitionem ſubiecti cũ ſubiecto conuertibilem, & ita quod quæritur non ſumitur, vt conceſſum. Quo vero ad verba attinet, dixit & conuertitur, quia (vt dicit Philopo.) aliquid poteſt eſſe idem ratione alicui non conuertibile, vt ſubſtantia animata ſenſitiua idem eſt homini, non tamen cum homine cõuertitur, ſed cum animali. Ex his ſequitur definitionem ſubiecti eſſe medium in demonſtratione, non autem definitionem prædicati, alioquin in demonſtratione ſumeretur, vt cõceſſum quod queritur, verum de his poſtea. Arbitror autem expoſitionem Simplicij magis ad mentem Ariſt. eſſe.

Verborum expõ.

• An definitio ſubiecti mediũ ſit in demonſtratione.

ARGV.

Ad vtroſq; autẽ, quorum alter diuiſione, alter tali ratiocinatione oſtendit, eadem eſt dubitatio, cur homo ſimul aĩal bipes greſsibile, ſed non aĩal ſeorſum, & bipes erit ſeorſum. Nulla nãq; neceſsitas cogit vt ex his quæ ſumuntur vnum efficitur quod prædicetur, ſed erit forſitan perinde atq; idem homo & muſicus eſt, & grammaticus.

DILVCI.

Ad vtroſque autem & ſecundum diuiſionem demonſtrantem, & ad ſic ſyllogizantem eſt eadem dubitatio, propter quid eſt homo animal greſsibile bipes, ſed non animal & bipes. ex acceptis n. nulla neceſsitas eſt vnum fieri, quod prædicatur, ſed vtique ſicut idem homo erit & muſicus, & grammaticus.

Com. 46.

Nunc vero quadam cõi ratione refellit & eum, qui per diuiſionẽ enititur probare definitionem de definito, & eum qui ex ſuppoſitione definitionis contrarij etiã intẽtat de definito probare definitionem, & proponit hoc, & inquit. } Ad vtroſque aũt expoſitiue. & ad eũ. qui ſm diuiſionem demonſtrat definitionẽ, & ad ſic ſyllogizantẽ. ſ. ex ſuppoſitione definitionis contrarii eadem dubitatio, hoc eſt idẽ argumentũ, quo refellitur vtraq; poſitio. Deinde exponit illã, verum ſolum de oſtendente definitionẽ per diuiſionem, relinquit tñ nobis exponere, qño eadem ratio facit contra eum, qui ex ſuppoſitione definitionis contrarij enititur probare definitionẽ de definito. Ad diuidentem ergo. ſup. dubitauerit quiſpiam, & vt exponit Philo. propter qd totum cõpoſitum ex tot differentijs hoĩs eſt definitio hoĩs, & non vnaquæq; ipſarum ſeorſum (vt aĩal ſeorſum) & greſsibile ſeorſum: non. n. diuidens hęc oĩa ſimul concludet, ad ſeorſum aĩal, ſeorſum greſſibile, ſeorſum & bipes. Ex acceptis. n. hoc eſt quantũ eſt ex ipſa diuiſionis natura nulla neceſsitas eſt vnũ fieri quod prædicatur, i. nulla neceſsitate concluditur totã illam cõpoſitionem definitionẽ eſſe hoĩs & non vnumquodq; ſeorſum. Sed hæc expoſitio non vr̃ conueniens: dicet. n. aduerſarius, vna diuiſione non concludit illum totum, ſed pluribus diuiſionibus, quia vna concludetur, hoĩem eſſe aĩal, alia, hoĩem eſſe greſsibile, alia vero hoĩem eſſe bipes, oĩbus vero concluditur tota cõpoſitio: qm̃ ſi homo eſt aĩal, & greſsibile, & bipes, erit homo aĩal greſsibile bipes. Propterea aliter exponit Philo. ꝑꝑ quid (vt inquit) Eſt homo aĩal greſsibile bipes ꝓponendo greſsibile ante bipes, ſed non aĩal & bipes præponẽdo bipes ante greſsibile: nam ex diuiſionis natura habetur quæ drĩa prima, quæue ſecunda eſſe debeat, etiam dato ꝙ nihil derelinquat, nec tranſitũ faciat. Simili ratione ex diuiſionis natura, nec ordo patet. Hæc ſecũda expoſitio bona eſt, verum non põt verbis textus oĩbus accommodari. Propterea ſaluo ſẽp meliori iudicio aliter dicerẽ. vbi debes ſcire dõnem quãtum eſt ex ipſius natura non magis concludit vnum prædicatum copulatũ atq; cõpoſitum, q̃ vnum ꝑ̃dicatum ſimplex ſine copulatione: ex natura. n. diuiſionis non magis concluditur ꝙ homo ſit aĩal greſsibile bipes ſine copulatione, quam ꝙ homo ſit aĩal, & greſsibile & bipes cum copulatione ſeorſum aſſumpta: nam vbi concluderet diuiſio prædicatum ſine copulatione, ſimplex concluderet prædicatum, vbi concluderet cũ copulatione, concluderet compoſitum, inquit. Dubitauerit. n. quiſpiã propter quid eſt homo animal greſsibile bipes ſine copulatione, ſed non aĩal & bipes

Prima expoſitio. Philopon.

Refutatio.

Scda phi. expoſitio.

Qualis expõ propria expõ.

& bipes cum copulatione: Ex acceptis.n.quantum eſt ex natura diuiſionis nul a neceſsitas eſt vnum fieri,ſ.abſq; copulatione, quod prædicatur de ipſo definito,ſed vtiq; fit ex acceptis, ſicut idem homo erit & muſicus & grãmaticus cum copulatione.

Nota de natura diuiſionis.

Debes ergo ſcire ex ipſius diuiſionis natura non magis concludi vnum prædicatum abiunctum,quã copulatum: p diuiſionem.n.non magis habetur ꝙ homo ſit aĩal greſsibile bipes,quã homo ſit aĩal, & greſsibile,& bipes. præterea ex diuiſiõis natura nõ habetur ordo partium:non,n.magis habetur vt genus primo loco, dr̃ia ſecundo ponatur, q̃ contra. Non.n.magis habetur vt homo ſit aĩal greſsibile bipes,q̃ vt homo ſit greſsibile bipes aĩal, vel bipes greſsibile aĩal. Præterea ex diuiſionis natura nõ habet cur tot differentiæ ſint ponendæ,& nõ plures, aut pauciores,vt cur hõ eſt aĩal greſs bile bipes, & nõ aĩal bipes, immo ex diuiſionis natura oẽs differentiæ deberent addi. Hæc contra diuidentem, ſubticuit aũt declarare cur hæc dubitatio accidat ei, qui probat definitionem de definito ex ſuppoſitione definitionis contrarij,qm̃ per ſe patet: ſi.n.diuiſibile eſt mali definitio,ſtatim habetur definitionẽ boni eſſe indiuiſibile, ergo quantum eſt ex ſuppoſitione non habetur ꝙ prædicatum debeat eſſe copulatum.vel abiũctum,imo ex ipſius ſuppoſitionis natura nec ſimplicitas habet, potiſsimũ vbi plura cõtraria fuerint, nec ordo, nec numerus partium.

ARCY. *Hæc autem ita ſint quonam pacto is,qui definit ſubſtantiam,& ipſum quid eſt oſtendet rei deffiniendæ,neq; enim vt is qui demonſtrat ex hiſce, quæ conceduntur notum faciet ipſum, vt cũ illa ſint neceſſario aliquid aliud ſit. Hæc enim eſt demonſtratio,neq; etiam vt is,qui per ſingula nota inducit vniuerſa,ex eo ſic ſe habere,quia nihil ſingulorum ſeſe aliter habet. Non enim quid eſt ſed eſſe, aut nõ eſſe oſtendit. Quis igitur alius modus reſtat. Non enim ſenſu vel digito demonſtrabitur.*

DI LVCI. *Qualiter igitur definiens demonſtrabit ſubſtantiã, aut quod quid eſt: neque n.ſicut demonſtrans ex certis, manifeſtum eſſe faciet, quòd neceſſe eſt cum ſint illa alterum aliquid eſſe: demonſtratio.n.hoc eſt. Neq; ſicut inducens per ſingularia,cum manifeſta ſint: quoniam omne ſic eſt,eo quòd nihil aliter eſt. Non.n.quid eſt demonſtrat, ſed quoniam eſt,aut non eſt. Quis igitur eſt alius modus reliquus: non.n.demonſtrabit ſenſu,aut digito.*

Com. 47. In præſenti textu Ariſ.quaſi epilogando oſtendit,ꝙ non eſt poſſe demr̃onem oſtendere,neq; per demr̃onem ſiue ſyllm̃,neq; per inductionem, neq; per ſenſum. & hoc proponit, & inquit. {Qualiter igitur definiẽs demonſtrabit, hoc eſt oſtendet ſubſtantiam, aut quod quid eſt ſup.de ipſo definito. Et per ſubſtantiam, vt inquid Philopon. intelligit naturalem definitionẽ,per quod quid eſt,ĩtelligit formalẽ: nam Ariſto.duplicem naturam nouit, materiam,ſ.& formam,ideo duæ ſunt definitiones, altera materialis,altera formalis. Deinde probat hanc concluſionem, definiens nõ demonſtrat definitionem de definito,neque ſyllogizat.probatur demõſtrans, & ſyllogizans quibuſdam conceſsis notum facit,quod per ipſam de neceſsitate oſtenditur. Definiens non facit notum quibuſdam conceſsis, ergo definiens non demonſtrat,neq; ſyllogizat,inq̃t. Triplici exiſtente oſtenſione, aut demonſtratiua, A aut inductiua,aut ſenſitiua, neq; vt demõſtrans notum faciet,ſ.definitionem de definito. Dico (vt demonſtrans ex certis,ſ.conceſsis propoſitionibus) atq; firmis ex ſe fidem habentibus, vt ꝙ neceſſe ſit illis exiſtẽtibus,i.talibus propoſitionibus ſumptis alterum quid eſſe,i.talem concluſionem eſſe. Demonſtrationis.n.hoc eſt propriũ dico,ſ.ſumere tales propoſitiones & ex talibus propoſitionibus talem concludere concluſionem.ſecundo probat ꝙ definiens nõ inducit definitionẽ de definito, probat primo inducẽs per ſingularia manifeſte exiſtẽtia vl'e confirmat. Definiens vero non ſic oſtendit, ergo definiẽs non inducit.inquit} Neq; rurſus põt quis oſtendere definitionem ſicut inducẽs per ſingularia,cum manifeſta ſint,qui ſup.inducit,qm̃ omne ſic eſt,i.qui ĩducit vl'e eo ꝙ nihil aliter eſt,vt qm̃ hic homo currit, & ille, & nullius eſt quin ille currat, B ergo oĩs homo currit,vel lege ſic:neq; ſicut inducens ſupple poteſt oſtendere definitionem, i. vtens inductione oſtendit per ſingularia nota exiſtentia, vt ꝙ omne aĩal inferiorem mandibulã mouet, eo ꝙ nihil aliter eſt, ideſt eo ꝙ nullum eſt aĩal aliter ſe habens,hoc eſt,quod non moueat mandibulam inferiorem. Secundo hoc idem probat,quia inducens demonſtrat eſſe,aut non eſſe,definiẽs vero neq; eſſe, neq; non eſſe demonſtrat, ergo definiens non inducit, inquit ſup.definiens non inducit:non.n.quid eſt demonſtrat, ſed eſſe vel non eſſe,i affirmationem, vel negationem. Vel intellige ſic:non.n.quid eſt demr̃at ipſe inducens, hoc eſt determinare quid eſt,ſed qm̃ eſt,vel nõ eſt indifferenter: qui n.inducit non oſtendit determinate quid eſt,ſed indifferẽter negationem & affirmationem, C cum inductio cõis via ſit & negationi & affirmationi,at definitio propria eſt via ipſius quid eſt. Vel lege ſic ſecundum Philopo inducens.n.non oſtẽdit quid eſt idem naturam rei,ſed ꝙ res ineſt, aut non ineſt,definitio vero eſt natura & forma rei, qm̃ ergo neq; per demonſtrationem, neq; p inductionẽ põt quis oſtendere definitionem.ideo quęrit quis igitur eſt alius modus reliquus,nunquid qui p ſenſum,reſpondet hoc eſſe impoſſe, & inquit.{Non.n. demonſtrabit ſenſu,aut digito: non ſenſu quidem, qm̃ definitum & definitio nõ ſunt ſenſibilia: ſunt.n. vniuerſalia,neq; digito,quia non ſyl°o expoſitorio vel reſolutorio, qui digito fit, cum fiat hoc pacto, hoc eſt definitio hominis, & hoc eſt animal bipes, ergo animal bipes eſt definitio hominis. Hoc.n.pacto definitio ſyllogizari non põt, cum digito monſtrari nequit. D Philopon.vero dicit digitum eſſe inſtrumentum eius oſtenſionis. quæ per viſum. Propterea dixit. Non enim demonſtrabit aut ſenſu aut digito,ad ſignificandum per ſenſum intelligere viſum: cæteri.n.ſenſus per digitum non demonſtrãt.

Quõ ſyll°us expoſitorius vel reſolutori° mõſtretur digito.

Sed circa ea, quæ dicta ſunt, dubitabis. Primo, quia Ariſ.ſex.Topic.docuit terminare definitionem de definito per definitionem definitionis,hic aũt aſſerit totum contrarium. Iuniores dixerunt trifariã quæri poſſe definitionem de definito, aut ſm̃ ſubſtantiam,atq; rem, vt vtrum aĩal rationale inſit homini aut ſm̃ intentionem, vt vtrum aĩal rationale ſit definitio hoĩs,aut ſm̃ ſubſtantiam, & intentionẽ,vt vtrum hõ ſit aĩal rationale in eo quod eſt. Dixerunt igitur Ariſ.Sex.Top.voluiſſe definitione n

Digreſsio. Pria dubõ. Rñ Iunior. Definitio de definito trifaria q̃ri poteſt.

de definito probari poſſe primo atq; ſecundo mo E do, hic aūt loquitur tertio modo. Sed pace horū dixerim, quouis modo definitio de definito demō ſtretur, petitur id, quod in principio quærebatur, ſaltem ſ'm aliquam ſpeciem. Propterea videtur mihi Ariſt. 6. etiā Top. voluiſſe definitionem definitionis vtilem eſſe ad terminandū definitionem de finito problematice, non aūt ſcientifice, inſuper dixit eſſe vtilem ad terminandum definitionem de definito huic vel illi, non aūt ſimpliciter. Secūdo dubitabis, quia Ariſt. Sexto. Topic. docuit, terminare definitionē vnius contrarij per definitionem alterius, hic aūt oppoſitum aſſerit. Dicendum ibi loqui problematice, & huic vel illi hic aūt loquitur ſcientifice, & ſimpliciter. Debes ſcire ꝙ Ariſt. reliquit hic locū ab alijs oppoſitis priuatiuis, vel relatiuis, vel cōtradictorijs, qm̄ contraria vtraq; habēt F eſſe in rerum natura, cætera non habēt eſſe in rerū natura, ſed alterum reliquit exemplum, quia videlicet habet vim inductionis, reliquit Enthimema, q habet vim ſyllogiſmi.

Confutat.

Propriā ſolutio.

Scd'a dubō

Cap. 4. Solutio. Notandū.

ARGV. *Præterea quonam pacto ipſum quid eſt oſtendit. Neceſſe enim eum qui ſcit, quid eſt homo, vt aliud quoduis, & eſſe etiam ſcire. Id enim quod non eſt in ratione, nemo ſcit vnquam quid eſt, ſed quidnam oratio vel nomen ſignificat, cum dico hippocentaurus bene percipimus. Fieri vero nequit vt ſciamus quid hippocentaurus eſt.*

DILVCI. *Amplius quomodo monſtrabit quid eſt homo? neceſſe eſt enim ſcientem quid eſt homo, aut aliud quodcunq;, ſcire & quia eſt. Non ens enim nullus ſcit quid eſt: ſed quid quidem ſignificat oratio, aut nomen, cum dico Tragelaphus, quid aūt eſt Tragelaphus impoſsibile eſt ſcire.*

Repetit quæ dixit, & oſtēdit per cōmunes quaſdam rationes ipſum quid eſt demonſtari non poſſe G de definito, & primo repetit problema, & inquit. Amplius quo modo aliquis oſtendet quid eſt homo, vel quoduis aliud id genus, hoc eſt problema. Pro ſolutione vero præmittit quoddam quod neceſſarium atq; vtile videtur, vt Themeſtio placet, ad ſolutionem problematis. & præmiſſum eſt, nihil ſciri poſſe quid ipſum eſt, niſi pręcognoſcatur quia eſt, hoc eſt ipſum eſſe. nam, vt Philoponus inquit, neceſſe eſt cognoſcentem naturam hominis, aut alterius cuiuſuis rei habere præcognitam atq; præſumptam ipſius exiſtentiam, dico quid ipſum eſt, quia non eſt neceſſarium ad ſcire quid oratio aut nomen ſignificat, ſcire ipſum eſſe. Inquit. Neceſſe eſt enim ſcientem quid eſt homo aut aliud quodcunq;, ſcire & quia homo eſt, hoc eſt ſcire hominē eſſe. probat hoc, cum inquit, Non ens enim nullus H ſcit quid eſt: non enim ſcimus quid eſt Hippocentaurus ſed bene ſcire poteſt cū dico Tragelaphus, quid ſignificat oratio vel nomen Tragelaphus, nō ſciendo Tragelaphum eſſe, poſſumus enim ſcire hoc nomen Tragelaphus ſignificare. Hircum & Ceruum, hoc eſt quoddam animal, quod eſt ſimul Hircus & Ceruus, dato ꝙ non præſciamus tale animal eſſe. Quid autem Tragelaphus ſit, impoſsibile eſt ſcire, niſi præſciamus ipſum eſſe. Ex his patet præſuppoſitum: ex quo vlterius patet, quæ ſunt definitiones nō entium: nam, vt Philopo. inquit, quid nomen aut oratio ſignificat, eſt definitio non entium. Quæ vero ſignificat naturam & exiſtentiā, definitio entium.

ARGV. *At vero ſi quid eſt, oſtenderit & eſſe quoque oſtendet. Et quodammodo ratione eadem oſtendet. Nam vnum quiddam diffinitio ipſa declarat, & demonſtratio etiam vnum. Quid autem eſt homo, & hominem eſſe, diuerſa ſane, non eadem ſunt.*

DILVCI. *At vero ſi demoſtrabit quid eſt, & quia eſt, & qualiter eſt, eadem ratione demonſtrabit, quando definitio vnum aliquid, et demonſtratio. Quid autem eſt homo, et hominem eſſe aliud eſt.*

Propoſito problemate, & ſuppoſitione, exequitur & probat ipſum quid eſt non poſſe de ipſo definito demōſtrari. & vt mihi videtur, ſupponit ipſum quia eſt. ſiue ipſum ſi eſt, ſiue ipſum eſſe rei, quæ definit, demōſtratione oſtēdi. Diximus enim ſuperius quæſtionem ſi eſt, terminari demonſtratione, licet Hypothetica: quare bene ſupponit ipſum eſſe demonſtratione oſtendi: hoc itaq; præmiſſo, argumentatur, Si aliquis demonſtrabit quid eſt, vtpote quid homo eſt, cum hominē eſſe non niſi demonſtratione oſtendatur, eadem ratione, qua quid eſt homo oſtendetur, & quia eſt, & qualiter eſt hoc eſt, & hominem eſſe oſtendetur: nam demōſtratione oſtendetur quid eſt homo per aduerſarium, & demr̄one oſtendetur hominem eſſe ſecūdum veritatem: quare vtrunq; oſtendetur eadem ratione, quæ eſt demonſtratio: & ſi nō eodem tempore. nam licet diuerſis temporibus, tamen eadem ſpecie rationis, vtpote demonſtratione oſtendetur vtrunq;. Deſtruit aūt conſequens, & inquit ſup. Sed hoc eſt falſum, quia definitio vnum quoddam, & demonſtratio vnum aliud declarat, nam demonſtratio declarat eſſe, & definitio quid eſt: quid aūt eſt homo, & hominē eſſe aliud eſt. Et per qualiter eſt: quod græcæ eſt πῶς, quid eſt intelligit: vnde ſenſus eſt, ſi aliquid demr̄one quid eſt oſtendet, eadem rationis ſpecie, vtpote demonſtratione oſtendit. rem eſſe terminando q̄ōnem ſi eſt, & quid ipſa res ſit, terminando quæſtionem, quid eſt, & ita eadem rationis ſpecie quia eſt, & qualiter id eſt & quid eſt res oſtēdet, cuius hypotheticæ, cum conſequens ſit falſum, erit & antecedens falſum. Philo. aūt hunc locum non intellexit. nam ſic cōpoint hypotheticam. ſi quid eſt demōſtratione oſtendet quiſpiam, ſimul oſtendet eadem via quia eſt, & quid eſt: non. n. video qūo eadem via ſimul illa oſtendi ſequitur. Semper. n. aduerſarius negabit conſequentiam. licet. n. bene ille demonſtrari eadem rationis ſpecie, non tamen ſimul: ſemper enim ipſum ſi eſt prius eſt ipſo qd eſt.

ARGV. *Deinde etiam dicimus omne quoduis niſi ſit ſuba neceſſario per demr̄ationem eſſe oſtendi. Eſſe vero rei, nullius eſt vt patet ſubſtantia. Id. n. quod eſt. non eſt genus. Demōſtratio igitur, id eſt quod quidpiam oſtenditur eſſe.*

DILVCI. *Poſtea et per demonſtrationem dicimus neceſſarium eſſe demonſtrare omne quia eſt, niſi ſubſtantia ſit: eſſe autem nulli eſt ſubſtantia: Non enim eſt genus ens: demonſtratio itaque erit ipſius quia eſt.*

Hic, vt Philopo. placet. Ariſt. ſoluit inſtantiam, nam eſſe demonſtratur, vt dictum eſt: eſſe eſt natura rei: natura rei eſt definitio rei, ergo a primo ad vltimū, ſi eſſe demonſtratur, definitio rei demr̄atur. Soluit Ariſt. ipſum eſſe poſſe accipi pro rei ſubſtantia atq; eſſentia, & poſſe accipi pro ipſo quia eſt ſiue pro ipſo eſſe, quod quæritur in quæſtione ſi eſt

quod

quod Philoponus exiſtentiam rei appellat. dicit ergo eſſe pro ſubſtantia bene eſſe rei naturam atq; definitionem. nõ autem eſſe pro eo, quod in quæſtione ſi eſt quæritur. Inquit. Poſtea & per demonſtrationem dicimus eſſe neceſſarium vt demõſtretur omne quia eſt: id eſt quoduis eſſe, niſi rei ſubſtãtia ſit. at eſſe. quod in quæſtione ſi eſt, quæritur nulli eſt ſubſtantia: hoc eſt eſſentia. vel pars eſſentiæ: & ſic licet demonſtretur eſſe, definitio non demonſtrabitur: quoniam eſſe, quod demonſtratur, eſt eſſe, quod in quæſtione ſi eſt, quæritur: & non eſſe acceptum pro ſubſtantia, atq; eſſentia. Et dixit per demonſtrationem oſtendi omne quia eſt, nam demõſtratur quia eſt ſimplex, quod quæritur in quęſtione ſi eſt: & quia eſt compoſitum, quod quæritur in quæſtione compoſita. Et dicit Philopo. Ariſto. dixiſſe niſi fuerit ſubſtantia: quia aliquãdo quia eſt concludit cum ſubſtantia: vtpote quando quis diceret hæc definitio eſt huius rei: nam cum ſic diceret, quia eſt eſſe ſubſtantia. Sed videtur mihi hæc conſideratio non neceſſaria. nam ſatis Ariſt explicauit quando quia eſt, demonſtrabile, & qñ non. Dixit.n. tunc demonſtrari, quando non eſt rei ſubſtantia, & hoc ſatis eſt. Sed dices ens eſt genus, & ens ab eſſe ſumitur. ergo eſſe eſt genus. ſed genus eſt ſubſtantia, vel ſaltem pars ſubſtantiæ: ergo eſſe eſt ſubſtantia, vel pars ſubſtantiæ. Reſpondet, nõ enim ens eſt genus, & ita negatur antecedens, quia ens nec genus eſt, nec differẽtia, nec definitio: quia, vt Philop. inquit, Ens eſt, æquiuoce dictum: quare nec ſubſtantia erit, nec ſubſtantiæ pars. Ex his concludit recte eſſe dictum demonſtrationem eſſe ipſius quia eſt, & non ipſius quid eſt. nam demſ̃one oſtenditur rem eſſe, non aũt quid res ipſa ſit, & non modo rem eſſe demonſtratione oſtenditur. ſed ipſam eſſe talem vel talem, & pp quid talis eſt vel talis, nunquam tñ demſ̃one oſtenditur quid res ſit.

ARGV.

Quod quidem etiam tunc ipſa ſcientiæ faciunt. Geometra nanq; quid ſignificat quidem triangulus ſumpſit, eſſe autem ipſum demonſtrat. Quomodo igitur oſtendet ipſe diffiniens quid eſt triangulus. Sciens ergo quiſpiam diffinitione quidpiam quid eſt, ſi ſit illud neſciet: At nunquam fieri poteſt.

DILVCI.

Quod quidem & nunc faciunt ſcientiæ. quid enim ſignificat triangulus accipit Geometra, quia autem eſt, demonſtrat: quid igitur monſtrabit definiens quid eſt; an triangulus, ſciens itaq; aliquis definitione quid eſt, ſi eſt neſciet: ſed impoſſibile eſt.

Comẽ. 51.

Quæ dixerat Nunc probat obſeruatione ſcientiarum: quæ demonſtratione oſtendunt quia eſt, ſiue rẽ eſſe: definitione vero oſtendunt quid res eſt. Geometra.n. definitione oſtendit non hoc totum triangulus eſt, Sed ſolũ triangulum incõplexe ſumptum: demſ̃one vero oſtendit, quia triangulus eſt, vel triangulum eſſe. Sed pro verborum expoſitione, debes ſcire triangulum accipi poſſe pro ſubiecto, de quo demonſtrabilis eſt angulorũ æqualitas: & pro quæſito ſiue paſſione, quę eſt demſ̃abilis de alio, vt de data linea, vt in illo problemate. Supra datã lineam contingit æquilaterũ triangulũ collocare: hic enim triãgulus erit vt paſſio, & quæſitum. Ideo hæc verba Philo. dupliciter exponit. Vno modo vt triangulus pro ſubiecto ſumitur, Alio modo; vt triangulus ſumitur pro quæſito: iuxta primum

Verborum expõ triangulus & ꝓ ſubiecto & ꝓ paſſione accipi poteſt.

Duplex expõ Philop.

A modum lege ſic. q.d. quod quidem, id eſt aliud definire aliud demonſtrare & nunc faciũt ſcientiæ: & ponit exemplum in Geometria, & inquit. Quid.n. ſignificat triãgulus ſumet Geometra per eam definitionem, quæ eſt figura plana tribus lineis cõtenta, & non demoſtrat, ꝙ vero habeat tres angulos æquales duobus rectis, oſtendit per demonſtrationem: & ita quia eſt demonſtrat, quid vero eſt definitio oſtendit. Et in hac expoſitione Philopo. accepit quia eſſe in quæſtione cõpoſita, Ariſ. vero ſuperius accepit quia eſt pro ſi eſt in ipſa ſimplici quæſtione. non tamen refert, qm̃ quia eſt reducitur ad ſi eſt, vt diximus. Sed quia non loquitur Ariſ. in definitione quid eſt, ſed in definitione quid nomen ſignificat, Ideo Philo. aliter exponit ſumendo triangulum, vt quæſitum.

Prima.

Vbi debes ſcire in demonſtratione eſſe conceſſum & quæſitum. cõceſſum quidẽ eſt ſubiectum, quæſitum vero eſt prædicatum ſiue paſſio de ſubiecto igitur pręcognoſcimus quia eſt, & quid ſignificat, de quæſito vero quid ſignificat ꝓcognoſcimus: quia eſt aũt quærimus atq; demonſtramus. Tunc lege ſic, Quid enim ſignificat triangulus vt ꝓcognitum ſumit Geometra & non demõſtrat.

Secunda.

Nam in illo problemate, ſupra datam lineam contingit triangulum æquilaterum collocare, qd triangulus ſignificat, ſumit. Quod aũt ſit oſtendit, qñ vt quęſitum hoc ſumit. vt ſi quæret ſi eſt ſuper datam lineam triangulũ æquilaterum collocare, & ita triangulum eſſe demſ̃at.

Notabile.

Vbi aĩaduerte in quæſito idẽ eſſe quia eſt, & ſi eſt: & ipſum eſſe, & alteri ineſſe, Propterea bene dictum eſt ſcientias illud facere, quia eſſe demonſtrat, quidnam eſt, aut quid ſignificat, definitione oſtendut, Propterea quaſi interrogando concludit, quid igitur monſtrabit. ſine oſtẽdet ipſa definitione ipſe definiens, quid eſt? an triangulũ? certum eſt ꝙ ſic. definitione.n. oſtendit incõplexum illud triangulum quid ſit, demonſtratione vero demonſtrabit ipſum eſſe, vel in qõne illa, qua quæritur, ſi triangulus habeat tres angulos, vel in illa, ſuper datam lineam. vel aliter & melius. qui igitur munſtrabit qui definit, quid eſt ne triangulus? hoc eſt dicere, Vtrũ definiens triangulum, demſ̃atione oſtendet quid ſit triangulus? Contra obijcit & quaſi dicat, Si ita fuerit: igitur ſciens definitione quid eſt triangulus neſciet ſi eſt: poteſt.n. demõſtratione ſcire quid eſt: & neſcire ſi ſit, & hoc ſequitur ſi demſ̃atione quid eſt ſcire poteſt: modo hoc eſt impoſsibile & cõtra primam ſuppoſitionẽ; quæ fuit, nihil poſſe ſciri quid eſt, niſi ſciatur ſi eſt, vel ipſum eſſe. Debes ſcire ꝙ ſi quid eſt alicuius rei demſ̃one ſciri poteſt, non egemus præcognitione quia eſt, vt iuuans eſt ad cognitionem quid eſt: qa demonſtratio erit pollens pro ſcientia illius rei qd eſt: Propterea recte argumẽtatur Ariſ. ſi definiens ſcit demõſtratione quid eſt, ſciet quid eſt, ignorato quia eſt: quod eſt cõtra ſuppoſitionem. Quo vero ad verba attinet, Verbum illud an, cũ dicit an triangulus græce eſt, Verum quia ita in græco multis modis põt & accentuari & proferri, ideo Philo. diuerſimode verbũ illud legit, nos vero excerpſimus veriorẽ ſenſum: Ideo non oportet immorari.

Verborum expoſitio.

ARGV.

Patet aũt per ipſos etiam diffinitionum, quæ nunc aſſignantur, modos, eos qui diffiniunt non oſtendere eſſe. nã & ſi eſt medio quid æquale, tamen cur eſt ipſum diffinitum,

& propter quod hoc circulus eſt quæretur. Poterit enim illud dicere quiſpiam diffinitionem orichalci etiam eſſe? E

DILVCI. Non apparet, verbum ſuppletum de linea interpretis. Comē. 52. expoſitio. Thom. Phi. Sim. & Tho. expō.

Manifeſtum eſt aūt & ſecundū nunc modos terminorū quòd non monſtrant definientes quia eſt, nam & ſi eſt ex medio æquale quid. tamē propter quid eſt quod definitur, & propter quid eſt hoc circulus non apparet. Eſſet enim & Orichalchi vtique dicere eſſe ipſum.

Thomas exponit, φ Ariſt. per exempla earū definitionum, quæ nunc aſsignantur, oſtendat φ qui definit aliquam rem, non demonſtret quia res illa ſit. Et videtur hæc expoſitio verbis primis ſatis bene conuenire: iuxta vero Philo. Simpl. atq; Themiſtij interpretationem, debes ſcire, nōnullos voluiſſe definitionem non eſſe ſyllogizandam de definito. quia ipſa ſeipſa, atque qua definitio eſt, Patet eſſe quod quid eſt de definito: & propter quid eſt de definito in eo φ quid eſt. Cum enim dicitur circulus eſt figura, à cuius centro ad circūferentiam oēs lineæ ductæ ſunt æquales, volunt hanc definitionem ex ſuiipſius natura de ipſo circulo patere, quia ſit illius vt quid eſt, & propter quid, vt quid eſt, eſt illius: Ideo non poteſt vt quid eſt de ſuo definito oſtendi ſyllogiſmo, aut demonſtratione, cū eſſe vt quid eſt, ſuapte natura pateat. Contra ergo hos obijcit Ariſ. & oſtēdit per definitiones, q̄ nunc ſolent aſsignari, non apparere illis eſſe, vt quid eſt de definitis, nec apparere cām, quare ſunt vt quid eſt de ſuis definitis: & notanter dixit per definitiones, quæ ſunt nunc quia poſſet dici eſſe alias definitiones. quæ nřis temporibus nō patent, quæ tñ ſuerūt notæ illis: Inquit. Manifeſtum aūt eſt, & ſcđum terminorum hoc eſt definitionum modos, qui nūc ſunt nřis tpibus, & quibus conſueuimus vti, φ definiētes non oñdunt quia eſt, ſ. definitio de definito vt quid eſt, neq; oñdunt propter quid eſt definitio de definito, vt quid eſt: ſupple ex ſola definitionum natura. Et probat exemplo definitionis circuli, & inquit. Nam & ſi circulus eſt aliquod æquale ex medio, vtpote figura plana, è cuius centro medio ad circumferentiam oēs lineæ ductæ ſunt æquales, tñ pp quid eſt quod definitur, hoc eſt propter quid circulus ſit hoc, vtpote figura plana, è cuius medio oēs lineæ ductæ æquales ſunt, vel φ circulus ſit illud, ex definitionis illius vi atq; natura non apparet. Verbum enim non apparet ſupplendum eſt, vt dicit Philop. Eſſet. n quantum eſt ex parte illius definitionis hoc eſt quantum eſſet ex vi illius definitionis poſſet quiſpiam dicere illam eſſe definitionē alterius rei, ſ, figmēti, vel cuiuſuis, vtpote Montis Erei, qui græce dicitur Orichalcos. Non enim vi illius apparet ipſam eſſe magis circuli q̄ Orichalchi, cū vi ſua non dicat ſe eſſe, vel non eſſe circuli: & ita vi ſua nō magis habemus ipſum eſſe circuli, q̄ Orichalci. Propterea inquit, tñ pp quid eſt quod definitur, ſ. circulus, figura & reliqua: & propter qd eſt hoc circulus, ſ. figura & reliqua, vel φ circulus ſit figura & reliqua, ex definitionis vi non apparet, imo ipſum eſſe, ideſt ipſam circuli rōnem eſſet, hoc eſt poſſet quiſpiā dicere ipſius Orichalci, cum nulla vis ex ipſa apparet: vt ſit magis circuli, quam Orichalci, cum ex vi ſua non ſe eſſe illius aſſerat.

ARGV. TEXA

Neq;. n. id eſſe poſſe quod dř, ipſa definitiones inſuper faciūt manifeſtū. neq; illud et nō aliud eſſe, cuius inquiūt diffinitionem eſſe, ſed propter quid ſemper dicere licet.

DILVCI.

Neq; enim quia poſsibile ſit eſſe quod dicitur, aſsignāt termini: neq; quia illud eſt, cuius dicunt eſſe definitionem, ſed ſemper licet dicere propter quid.

Com. 53.

Poſſet adhuc quis dicere definitionem non aſſerere ſe eſſe definiti vt quid eſt, ſed dicere ex ſua vi ſe eſſe definiti, vel poſſe eſſe definiti. Obijcit contra definitionem ex ſua vi non dicere ſe eſſe definiti, vel poſſe eſſe, nec dicere cauſam, cur poſsit eſſe, aut ſit definiti. nam poſtquam aſsignata eſt, licet quærere an definitio illius, cuius aſsignabatur ſit, & propter quid illius eſt, inquit. § Neq; enim etiā quia poſsibile ſit id eſſe definitū, quod dicitur eſſe ſuam definitionem, termini atq; definitiones ex ſuis naturis aſsignant, neque φ illud ſit id, cuius dicunt eſſe definitionem, ſed ſemper definitionibus aſsignatis licet dicere propter quid definitio ſit illius cuius aſsignatur & an illius ſit. Patet ergo definitionem non qua definitio eſt, ſe aſſerere eſſe definiti, vel propter quid ſit definiti dicere. F

ARGV.

Si igitur is, qui diffinit, aut quid eſt oſtendit, aut quid ipſum nomen ſignificat. Si diffinitio nullo pacto eſt ipſius quid eſt, erit ipſa profecto oratio idem quod nomen ſignificans: at hoc abſurdum eſt ſane.

DILVCI.

Si ergo definiens mōſtrabit aut quid eſt, aut quid ſignificat nomen, ſi nullo modo eſt eius quid eſt, erit vtique ratio nomini idem ſignificans: ſed eſt inconueniens.

Si, vel Sed. Com 54. Expō Phil.

Philop. legit hunc textum ſic, verum definitio ſit rei acquiſitiua. vult Ariſt. reſpondere ad hanc qōnem hoc pacto. ſi ergo duorum alterum definiēs demōſtrabit, ſ. aut quid eſt, i. eſt naturam rei: aut quid ſignificat nomen hoc eſt ſignificationē nominis cōuenientem, ſi nullo modo definitio eſt ipſius quid eſt, i. ſi nō ſit acquiſitiua rei, erit vtiq; definitio ratio nomini idem ſignificans: hoc eſt eiuſdem potentiæ cū noīe: ſed hoc eſt inconueniēs, ſ. definitionem ſignificare idē cum noīe. Vbi patet Philop. legere ſ, pro ſi, quia dicit, ſi nullo modo & reliqua: hoc pacto exponit Simp. Dicit. n. ſi definiens monſtrabit aut eſt, aut quid ſignificat nomen: ſi definitio nullo modo eſt ſup oſtenſiua quid rei, definitio erit oratio ſignificans idē qđ nomen: hæc Sim. Alij non imperiti exponunt, ſi ergo is qui definit demonſtrat, aut demōſtrat quid eſt res aut quid ſignificat nomen. Sed nullo modo definiens demōſtrat qd eſt res: ergo demonſtrabit quid nomen ſignificat, quare definitio erit oratio ſignificās idem, qđ nomen: quod quidē abſurdum eſt, & tūc iuxta hāc expōnem Ariſt non ſoluit quæſtionem, ſed probat eum, qui definit, non demonſtrare. G

Expoſitio aliquorum. Refutatio.

ARGV.

H *Primo namq; & non ſubarum, & eorum q̄ non ſunt in rōne rerum erit vtiq; diffinitio. Nam & ea q̄ non ſunt ſignificare noīe licet. Deīde oēs orationes diffinitiones erūt ſine diſcrimine vllo. Fieri namq; poteſt vt cuiuis orationi nomē ponatur. Quare diffinitionibus diſſeremus oēs, atq; loquemur, & ilias ipſa diffinitio erit. Præterea nulla ſcientia demonſtrabit, hoc nomen hoc indicare ac ſignificare: ergo nec diffinitiones idipſum indicant. Ex his igitur neo idem eſſe diffinitionem ratiocinationemq; videtur. Et inſuper, neq; diffinitionē demonſtrare quiduā ſit quicquam fieriq; non poſſe vt ipſum quid eſt demonſtratione diffinitioneue vnquam percipiatur, aut cognoſcatur.*

DILVCI.

Primo quidem, quia & non ſubſtantiarum eſſet definitio, & eorum, quæ non ſunt: ſignificare. n. eſt, & quæ non ſunt. Amplius oēs orationes definitiones erūt, eſſet. n. vtiq;

Definitio n nominis ſi gnificationẽ neceſſario iungitur.

vtique nomen ponere cuilibet orationi, quare terminis vti A *que diſputabimus omnes. & ilias definitio erit. Amplius nulla ſcientia demonſtrat vtique quia hoc nomen huius aliquid oſtendit. neque igitur definitiones hoc aſsignat. Ex his igitur neque definitio, & ſyllogiſmus idem videtur eſſe: neque eiuſdem definitio, & ſyllogiſmus. Adhuc autem quod nec definitio aliquid demonſtrat, aut monſtrat: neque quid eſt definitione aut demonſtratione cognoſcere eſt.*

Com. 51.

Quod vero abſurdum ſit definitionem eſſe idẽ quod ſignificatio nominis, multifariam probat. Primo, quia tunc definitio eſſet nõ ſubſtantiarum, vtpote accidentium qm̃ horum ſunt nomina, quæ poſſunt illa ſignificare. Secundo quia definitio eſſet non entium: qm̃ contingit aliqua nomina ſignificare non entia, vt Hippocentaurus, & Chimera & id genus. Tertio, tunc omnes orationes eſſent B definitiones. nam poteſt imponi nomen cuique orationi, & illud nomen ſignificabit idem, quod oratio: quare, cum ſignificatio nominis ſit definitio: & oratio, cui nomen imponitur, etiã ſignificat idem ꝙ illud nomen: iure omnes orationes eſſent definitiones: cum æquiualeant nominibus in ſignificando. Quarto ſi ſignificatio nominis eſſet definitio, cum nos diſputemus nominum ſignificationibus, ſemper terminis hoc eſt definitionibus diſputaremus. Quinto, tũc ilias, quę eſt ſignificatio nominis belli troiani, eſſet definitio. Vel ſic, tunc ilias, id eſt ſignificatio ilias, quæ eſt de bello troiano, eſſet definitio. Sexto nulla ſcientia demõſtrat hoc vel illud nomen vel illud ſignificare: definitiones ſunt ſcientia, ergo definitio nõ demõſtrat hoc nomen hoc ſignificare. Phi. vero ſic intelligit, nulla ſcientia demõſtrat per hoc, quia hoc nomẽ huius C aliquid ſignificat. non enim medium in demonſtratione eſt ſignificatio nominis: at definitio eſt medium in demonſtratione: ergo definitio non eſt ſignificatio nominis. tunc epylogat, & enumerat quæ hucuſque pertractauit: & dicit probatum eſſe definitionem non eſſe ſyllogiſmum. Secundo probatum eſt non eſſe eiuſdem definitionem & ſyllogiſmum. Tertio probatum eſt definitionem nihil demonſtrare. Vltimo probatum eſt quod quid eſt nec definitione nec demonſtratione, nec diuiſione, nec alijs id genus probari poſſe.

Philopon.

ARGV.

Verum conſiderandum eſt rurſus, quid iſtorum bene & quid non bene recteque dicitur. Et quid eſt diffinitio, & vtrum aliquo modo ſit ipſius quidem eſt demonſtratio definitione, an nullo ſit modo.

DI LVCI.

Tex. 8

Iterum autem ſpeculandum quid horum dicitur bene, D *& quid non bene: & quid eſt definitio, & eius quod eſt, nunquid quodammodo eſt demonſtratio, aut definitio, aut nullo modo.*

Cõm. 56.

Repetit earum conſiderationũ, quas dixit, nonnullas, & hoc proponit cum inquit. Iterum autem ſpeculandum quid horum pauloante conſideratorum dicitur bene, & quid eorum dicitur non bene: & iterum ſecundo ſpeculandum eſt quid eſt definitio. & tertio iterum ſpeculandum eſt vtrum ipſius quid eſt, ſit aliquo modo demonſtratio vel definitio vel nullo modo. Et vt Phi. declarat bene dictum eſt eiuſdem eodem reſpectu non eſſe demonſtrationem & definitionẽ bene etiam dictum eſt, quid ipſa definitio ſit: eſt enim oratio ex ijs, quæ ad eſſentiam pertinent, compoſita. Bene etiam dictum eſt definitionem non eſſe demonſtrationem. Bene etiam dictum eſt, ipſius definitionis non eſſe demonſtrationem, neque ſyllogiſmum diuiſiuum neque Hypothericum neque inductionẽ. hic emergit dubitatio, quõ vult retractare hæc & quomodo aſſerit velle reuidere, quæ non bene dicta ſunt cum omnia bene dicta ſint. Et dicẽdum vt Auer. innuit in Paraphraſi Ariſt. proponere velle reuidere quę bene, quæ non bene dicta ſunt, non ꝙ illa nõ bene dicta ſint ſed propter recipientes, qui bene dicta tanquam male dicta reciperent. Præterea, vt Themiſtius innuit, repetit hæc, vt altius eadem pertractet. quaſi dicta ruminando. Et per aliquo modo, intelligit aliqua, vt ſit ſenſus, vtrum definitionis ſit aliqua demonſtratio. & dicet definitionis materialis eſſe demonſtrationem eam, cuius medium eſt formalis definitio. Et per nullo modo, intelligit vniuerſaliter, vt ſit ſenſus, an nulla demonſtratio eſſe poteſt.

Dubitatio.

Solutio.

Com. 8

ARGV.

Cum itaque ſcire quid eſt, & ſcire cauſam ipſius ſi eſt idem ſit, vti diximus, fieri poteſt, vt quid eſt oſtendatur.

DI LVCI.

Quoniam, ſicut diximus, idem eſt ſcire quid eſt, & ſcire cauſam ipſius ſi eſt.

Com. 57. Expoſitio. Philopo.

Vt Philo inquit, Ariſt. aggreditur primum, ſ. ꝙ definitio oſtendi poteſt per definitionem. Et vtitur ad huius rei probationem primo his, quæ præoſtenſa ſunt. Oſtendit enim idem eſſe quid eſt, & propter quid eſt: & ꝙ quærens quod quid eſt, cauſam quærit: nam quod quid eſt, & definitio eſt eius cuius eſt, & cauſa: his præſuppoſitis, argumentatur hoc pacto vt placet Alexan. Phil. & Simpli. qm̃, vt diximus, ſcire quid eſt, id eſt ſubſtantialem atque definitiuam rationem rei, & ſcire cauſam ipſius ſi eſt, id eſt exiſtentiæ rei idem eſt: litera eſt diminuta & deficit conſequens ſecundum Alex. ideo ſuppletur vt Alex. inquit, cõtingit deinceps fieri demõſtrationem definitionis: antecedens patet ex dictis, quia cauſa eſſendi eclypſim Lunæ eſt priuatio luminis in Luna obiectu terræ: & hoc eſt eclypſim eſſe: Sed quõ valeat hæc conſequentia, idem eſt ſcire quid eſt, & cauſam exiſtentiæ: ergo definitio demonſtrari poteſt per definitionem, licẽt ſuperius ſit declaratum, adhuc declaratur. nam exiſtentia demonſtrari poteſt de aliqua re, quæ non ſcitur an ſit, veluti de Dijs: & quidem per definitionem, vt nunc ſupponatur ex his, quę diximus, definitio eſt rei exiſtentiæ: quia idem eſt ſcire quid eſt, & cauſam ipſius ſi eſt: ergo definitio per alteram definitionem demonſtrari poteſt: quare hypothetica patet: cuius ſi ponatur antecedens, relinquetur conſequens.

Alex.

ARGV.

Cuius quidem hæc ratio eſt. eſt enim quædam cauſa, & hæc aut eſt eadem, aut alia, & ſi ſit alia, aut eſt demonſtrabilis, aut indemonſtrabilis. Si igitur alia ſit demonſtrarique poteſt, cum cauſa ſit medium, & prima figura ratiocinationis oſtendatur, neceſſe eſt id quod oſtenditur vniuerſale eſſe & affirmatiuum, vt patet. Vnus igitur is eſt modus, quem nunc inquiſiuimus, per aliud, inquam, ipſum quid eſt oſtendere.

DI LVCI.

Definitio materialis p formalẽ oſtẽdi cõtingit.

Ratio autem huius eſt, quoniam eſt aliqua cauſa: & hæc aut eadem, aut alia eſt: & ſi vtique alia, aut demonſtrabilis eſt, aut indemonſtrabilis. ſi igitur eſt alia, & contingit demonſtrari, neceſſe eſt medium cauſam eſſe, & in figura prima demonſtrari, vniuerſale enim & prędica-

dicatiuum eſt, quod demonſtratur. vnus quidem modus E *monſtrabit, illud vero nõ demonſtrabit eorum, quæ ſunt quod quid eſt eiuſdem rei. hic quidem igitur modus, quod non ſit demonſtratio, dictum eſt prius, ſed eſt ſyllogiſmus logicus ipſius quid eſt. nunc exquiſitus eſt per aliud quod quid eſt monſtrare.*

Com. 53. expoſitio Phi.

Quod definitio vna per alteram demonſtrari poſsit, ſecunda ratione declarat, & non modo per oſtenſa: & Phi. exponit hunc locum valde bene, propterea ſecundum eius expoſitionem Ariſt. primo ſumit in rerum natura dabilem eſſe cauſam aliquã & hoc inquit. {Qm̃ eſt aliqua cauſa: hanc non probat: quia patet. Eſt enim aliquod cauſatum: ergo & aliqua cauſa. Secundo ſumit duplicem eſſe cauſam. nam alia eſt, quæ eadem eſt definito, alia quæ non eſt eadem definito, inquit. {Et hæc aut eadem, ſ. definito cauſatoque eſt, aut alia à cauſato definitoque ipſo. cauſa eadem definito atque cauſato, vt arbitror, eſt formalis, cum ſit tota eſſentia ipſius cauſati, ꝙ definitur, cæteræ vero cauſæ ſunt aliæ à de- F finito: materia quidem, quia non eſt eſſentia rei definitæ, efficiens, & finis, quia ſunt extrinſecus exiſtentes. Tertio ſumit, ꝙ earum cauſarum, quæ aliæ ſunt à definito ipſo, aliqua eſt demonſtrabilis de ſuo cauſato, vtpote, qñ de illo ignoratur, alia vero eſt indemonſtrabilis, ſ. quando de illo eſt per ſe manifeſta, & hoc inquit. {Et ſi vtique alia, aut demonſtrabilis eſt, aut indemõſtrabilis. quæ per ſe de ſuo cauſato quæritur, eſt demonſtrabilis, quæ per ſe de ſuo cauſato non quæritur, eſt indemonſtrabilis, q̃a de ſuo cauſato manifeſta eſt. ex his ſuppoſitionibus concludit primo eſſe aliquam cauſam, quæ eſt medium, ſ. eam, quæ indemonſtrabilis eſt, vt eſt formalis: & aliquam eſſe demonſtrabilem, videlicet eã, quę non per ſe patet de ſuo cauſato, vt ipſa materialis. Itemque & demonſtrationem talem eſſe in prima figura: quia cauſa materialis, cum ſit defini- G tio materialis, vniuerſaliter & affirmatiue prædicatur de eo, cuius eſt cauſa materialis, inquit. {Si igitur eſt cauſa aliqua alia à ſuo cauſato, & contingit demonſtrari ita vt ſit non per ſe nota de ſuo cauſato, neceſſe eſt aliquam cauſam eſſe, quę eſt in demõſtratione illius cauſæ medium, & ſup. aliquam cauſam eſſe demõſtrabilem. Medium eſt formalis cauſa, quia eſt tota eſſentia cauſati, & eadem illi. demonſtrabilis eſt cauſa materialis, quæ eſt alia à cauſato, etiam efficiens, & finalis. Et neceſſe eſt demõſtrabilem demonſtrari de ſuo cauſato per indemõſtrabilem in prima figura immo in primo modo. nam cauſa, quæ demõſtratur, cum ſit definitio, vniuerſalis & prędicatiua eſt. ex his deducit intentum quod propoſuit, & inquit: Vnus quidem igitur modus nunc exquiſitus eſt, quo demonſtrari poſsit ip- H ſa definitio: & eſt ipſam materialem definitionem demonſtrari de definito per aliud ꝙ quid eſt, ſ. per formalem definitionem, nam meterialis, cum ſit alia à ſuo definito, non eſt per ſe nota de illo, formalis vero, cum ſit eadem ſuo definito, eſt per ſe nota de illo, ideo materialis per formalem demonſtrari poteſt, Hæc græci quo ad hæc verba, & quidem dilucide.

ARGY.

Nam mediũ ipſorum quid eſt neceſſe eſt eſſe quid eſt, & proprium identidem proprium. Quare definitionum eiuſdem rei alia oſtendet, alia non oſtendet. Atque hiſce modus non eſt demonſtratio ipſius quid eſt, vt antea diximus, ſed ratiocinatio ad diſſerendi modum acõmodata.

DILVCI.

Horum enim quod quid eſt neceſſe eſt mediũ eſſe quod quid eſt: & propriorum proprium. Quare hoc quidem demonſtrabit, illud vero nõ demonſtrabit eorum, quæ ſunt quod quid eſt eiuſdem rei. hic quidem igitur modus, quod non ſit demonſtratio, dictum eſt prius, ſed eſt ſyllogiſmus logicus ipſius quid eſt.

Definitiõ non demõſtratiõe, ſed ſyllo probabili oſtendi poſſe certiſſimum eſt.

Com. 59.

Et quia quiſpiam dicere poſſet materialem definitionem eſſe demonſtrabilem de eo, cuius eſt cã materialis, ſed non per diffinitionẽ formalem, ſed per aliud quippiam definito accommodatum: quaſi confirmando id ꝙ dixerat, refellit tacitam hanc reſponſionem, & inquit. {Horum.n. quę ſunt ꝙ quid eſt demõſtrabilia, neceſſe eſt mediũ eſſe quid eſt, & non proprium accidentium aliquod, ſed & propriorum maxime proprium: veluti eſt definitio formalis, quæ eſt oĩm conuertibilium cum definito maxime propriũ. Huius rei pulchrũ exem-

Exemplum Philopon.

plum affert Philo. exempli gratia inquit In Socrate feruet ſanguis circa cor. in quo autem feruet ſanguis circa cor, iraſcitur. Si vero quiſpiam interroget; quæ ſit cauſa eius, ꝙ eſt eum, in quo feruet ſanguis circa cor, iraſci, dicemus ꝙ eſt appetitus vindictæ: modo formalis eſt hæc definitio iræ, & hac definitione in medio termino poſita, concludet definitionem materialem in ſyllogiſtica demonſtratione: ex his Ariſto. concludit, quare eorum, quæ ſunt ꝙ quid erat eſſe eiuſdem rei hoc quidem monſtrabit, i. faciet demonſtrationem, vt materiale, illud vero non monſtrabit, i. non faciet demonſtrationẽ, vt formale quid eſt: hoc pacto exponit Phi. Aut ſic, quare, eor, quæ ſunt ꝙ quid erat eſſe eiuſdẽ rei, hoc quidem monſtrabit, ſ. eſt medium in demõſtratione, vt formale ꝙ quid eſt, illud vero nõ mõſtrabit, vt medium, ſed erit potius demonſtratum, vt materiale quod quid eſt. {Sed contra, quia ſuperius dictum eſt totum oppoſitum diximus enim definitionem demonſtrari non poſſe de definito, vt quid eſt: & hic dicit oppoſitum. ait enim illam poſſe demonſtrari per aliud quid eſt. Soluit, & inquit. {Hic quidem igitur modus, ꝙ non ſit demõſtratio, dictum eſt prius, quia petit principium. ergo ſyllogiſmus, in quo materialis per formalem ſyllogizatur, non eſt demonſtratio, ſed eſt ſyllogiſmus logicus definitionis materialis, vt inquit eſt quia ex probabilibus concludens non autem demonſtrans. Et ita in toto hoc capit. cum dictum eſt ipſum ꝙ quid eſt per aliud ꝙ eſt demonſtrari poſſe, ſumpſimus demonſtrari, pro dialectice oſtendi vt Phi. inquit. {Hæc ſunt, quæ mihi videntur circa hæc obſcura verba.

Superior textu cõ. 47. & inde.

ARGY.

Quo autẽ modo fieri poteſt, vt quid eſt eliciatur ex demonſtratione. deinceps dicamus oportet, hinc rurſus initio ſumpto nam vt quærimus propter quid eſt prius habentes eſſe, interdum vero & ſimul nota nobis hæc fiunt, ſed nunquam fieri poteſt, vt antea cognoſcamus cur eſt quam percipiamus eſſe, ſic pari ratione neque quid eſt quærere neque cognoſcere poſſumus ſine perceptione ipſius eſſe: fieri enim nequit vt quid eſt vnquam ſciamus, ſi ignoremus ſi eſt.

DILVCI.

Quo autem modo contingat, dicemus, dicentes iterum ex principio. ſicut enim propter quid quærimus habentes, quia aliqñdo autem, & ſimul manifeſta fiunt, ſed neque prius propter quid poſsibile eſt cognoſcere quam quia manifeſtum eſt quod ſimiliter & quod quid erat eſſe non ſine quia eſt. impoſsibile enim eſt ſcire quid eſt, ignorantes ſi eſt.

Hacte-

Com. 60.

Haſtenus quomodo dialectice ꝙ quid eſt oſtendi poteſt dictum eſt, nunc vero quomodo per demonſtrationem oſtendi contingat, declarare proponit, & inquit. Quomodo autem contingat, ſ. definitionem per demonſtrationem oſtendi dicemus, dicentes iterum ex principio, tanquam nihil de re hac dictum ſit. Propoſita intentione exequitur, & primo præmittit ſuppoſitionem, ꝙ, ſicut eſt in quæſtionibus compoſitis, ita eſt in ſimplicibus vt enim in compoſitis quæſtionibus non poſſumus habere propter quid eſt, niſi prius quia eſt habuerimus: & ſicut aliquando in talibus cōpoſitis quæſtionibus ſimul habemus propter quid & quia eſt, & nunquam prius propter quid eſt, quàm quia eſt vel ſic, ſicut in compoſitis quæſtionibus dupliciter nos habemus aliquando prius quia: & poſtea propter quid aliqñ ſimul, nunquam autem prius propter quid quam quia, ita etiam in ſimplicibus dupliciter habemus: aliqñ enim prius ſi eſt habemus, & poſtea quid eſt, aliqñ ſimul vtrunque, & nunquã prius quid quã ſi eſt. Ex hac ergo ſimilitudine vult habere ſi eſt & quid eſt dupliciter ſe habere, vt ad nos comparata: aut ordine quodam, aut ſimul. & ſi ordine quodam nũquam prius quid eſt, quam quia eſt: hæc eſt ſuppoſitio. inquit. ❡ Sicut enim propter quid quærimus habentes ſup. prius quia eſt: aliqñ autem & ſimul manifeſta ſunt, nũquã autem prius propter quid poſsibile eſt cognoſcere quam quia eſt, ex hoc infert idem eſſe in ſimplicibus quæſtionibus, & inquit. ❡ Manifeſtum eſt ꝙ ſit & ꝙ quid erat eſſe ſcire non poſſumus ſine quia eſt. Impoſsibile enim eſt ſcire quid eſt ignorãtes ſi eſt, patet ergo nos bifariam poſſe ſcire quid eſt & ſi eſt, aut ſimul vtrunque habẽtes aut prius habentes ſi eſt, & poſtea quid eſt. Tertio modo non eſt poſsibile. nõ enim poſſumus ſcire quid eſt prius ignorãtes ſi eſt nec probauit hoc Ariſt. niſi ex ſimilitudine accepta in quæſtionibus compoſitis.

ARGY.

Habemus autem ſi eſt nonnunquam per accidens, nonnunquam aliquid habentes ipſius rei. veluti tonitrum eſſe ſcimus, habentes ſonum quendam nubium eſſe. & defectionem, lucis eſſe quandam priuationem hominem item quoddam, animal eſſe, & animam etiam id eſſe, quod ipſum ſe motu eiet.

DILVCI.

Hoc autem ſi eſt aliquando ſecundum accidens habemus: aliquando autem habentes aliquid ipſius rei. vt tonitruum, quoniam ſonus quidam nebularum eſt: & defectum, quoniam priuatio luminis eſt: & hominem, quoniam animal quoddam eſt: & animam, quoniam ipſum ſeipſum movens eſt.

Com. 61.

Suppoſuit nos poſſe habere ſi eſt, & quid eſt, aut ſimul, aut ſi eſt prius quam quid eſt, nunc hanc ſuppoſitionem volens declarare, præmittit vnam diſtinctionem: ꝙ nos poſſumus habere exiſtentiam rei dupliciter: aut ab his, quæ per accidens inſunt

Philopon.

ipſi rei, cuius exemplum ponit Phi. vt ſi Socratem cognoſceremus eſſe, ex eo quia eſt albus, aut quia latos vngues habet: aut ab his, quæ rei inſunt eſſentialiter & per ſe, vtpote, vt exponit Philo ſi cognoſceremus exiſtentiam rei cognoſcentes aliquam partem eſſentiæ rei eſſentialiter atque per ſe illi in exiſtentem, vt quando cognoſco tonitrum eſſe, quia eſt aliquis ſonus nebularum, & cum cognoſco eſſe eclypſim, quia priuatio luminis, & cum cognoA ſco hominem eſſe. quia eſt aliquod animal: vtpote rationale, aut mortale: ſimiliter & cum cognoſco animam eſſe, quia ipſa ſeipſam mouet.

ARGY.

Quæ igitur per accidens eſſe ſcimus, neceſſe eſt ad eorum percipiendum quid eſt nullo modo nos quicquam habere. neque enim illa eſſe ſcimus, atque quærere quid eſt non habentes eſſe, perinde atque eſt ſi nihil prorſus quæratur. Quorum autem habemus aliquid eorum, quid eſt facilius percipere poſſumus. quapropter vt habemus ipſum eſſe, ſic & ad ipſum quid eſt percipiendum ſumus diſpoſiti.

DILVCI.

Quæcunque quidem igitur ſecundum accidens ſcimus quia ſunt, neceſſe eſt nullo modo ſe habere ad quid eſt: neque enim ſcimus quia ſunt. quærere autem quid eſt non habentes quia eſt. nihil eſt quærere. Secundum quæcunque autem habemus aliquid, facile eſt quærere, quare quemB admodũ habemus quia eſt, ſic habemus ad ipſum quid eſt.

Exemplũ. Facilius ad qd ē pro ꝑ pria quam extranea, ſiue cõ ſta accidẽtia diſponimur.

Philo. videtur velle, ꝙ Ariſto. intendat probare quod ea, quæ ſunt per accidens, non conferunt ad inuentionem definitionis quia non ſunt immediata, neque propria ſubiectis rebus, ſed omnino aliena: & ait ꝙ non ſolum, vt inquit Philo. hæc non conferunt ad inuentionem definitionis, ſed neque ad acquiſitionẽ exiſtentiæ rei. non enim cognoſcitur Socratis exiſtentia eo quia dicatur eſſe, aut Muſicus. aut Grammaticus, aut albus qui vero tentat ſcire rem ab his, quæ illi per accidens inſunt, non ſolum non poterit compræhendere quid eſt, i. naturam rei, ſed omnino neque exiſtentiam rei ſi inter entia ſit aliquid vnum: vnam quæſtio acquirens rem ſimpliciter accidentibus, nõ eſt quæſtio. In quibus vero ſumimus non quæ per accidens, ſed quæ per ſe inſunt, vt partes rei, in illis facilius venamur deC finitionem. hæc Phi. Ego vero puto Ariſt. nunc declarare qñ ſimul ſi eſt, & quid eſt habemus, & quando non: præmiſit enim diſtributionem & nunc illa vtitur: & vult nos non habere ſimul ſi eſt & quid eſt quãdo ſi eſt per accidẽtia. ſcinerimus. probat: quia quando nos ſcimus ſi eſt per accidentia, nos non ſcimus ſi eſt: & ſi per accidentia non ſcimus ſi eſt ergo nec quid eſt: non enim poſſumus ſcire quid eſt ignorato ſi eſt. inquit. ❡ Quæcunque quidem igitur ſecundum accidens ſcimus quia ſunt, neceſſe eſt nullo modo ſe habere ad quid eſt, & ita quæ ſcimus ſi eſt per accidentia non ſcimus quid ſint ſimul, probat, & inquit. ❡ Neque enim ſcimus quia ſunt. q. d. per talia accidentia: ergo nec quid ſunt: quærere autem quid eſt non habentes prius quia eſt, nihil eſt quærere. Patet ergo ſi eſt, quod ſcitur D per accidentia, non ſimul ſcire cum ipſo rei quid eſt: cum reuera non ſciatur res quia eſt per talia accidentia. Deinde exponit qñ ſimul vel de facto, vel de facili, & inquit. ❡ Secundum quæcunque habemus aliquid. hoc eſt quæcunque vero ſcimus quia ſunt, per aliquid eſſentiale eis, facile ſupple eſt quærere quid eſt: eſt quidem facile, quia habens partem rei, videtur facile habere totum. qui enim ſcit rem eſſe per aliquam partem definitionis, videtur, ſcire partem definitionis: & ita facile ſimul poteſt ſcire totam. Ex his cõcludit quomodo ad quid eſt diſponimur per cognitionem ipſius quia eſt, & inquit. ❡ Quare quemadmodum habemus quia eſt, ſic habemus, id eſt diſponimur ad ipſum quid eſt: quia ſi habemus quia eſt per accidentia diſponimur

Eſt quærere verbum additũ de ſnia interpretis.

Cõm 62.

Expoſitio Phil.


Propria expoſitio.

mur per accidens ad ipſum quid eſt : & ſi habemus quia eſt per aliquid eſſentiæ rei diſponimur facile ad habendum totam deffinitionem. The. ad expo


Quæ The. ſitionem huius excerpti notat accidentia quædam eſſe, quæ rei exiſtentiæ non inſunt: & hoc pacto Chryſippus oſtendit Deos eſſe, quia viſitantur altaria: Stoici vero Deos eſſe aſſerunt, quia mortalibus ſuppetias plurimas aſſerunt. hæc probatio eſt ab accidente, quod non exiſtit in re. Quædam vero ſunt, quæ adſunt in re: & hæc duplicia, alia proprius alia remotius: per accidentia remotiora non oſtenditur exiſtentia rei propriæ, vt dixit Ariſto. per accidentia vero propiora oſtenditur aliquo modo rei exiſtentia, non tñ facile per hanc exiſtentiæ cognitionem ſcimus quid eſt, licet diſponimur ad illud: at per ea, quæ per ſe, & eſſentialiter inſunt, facile ſcimus quid eſt. Propterea ait ita nos diſponi ad percipiendum quid eſt alicuius rei, Sicut habemus illius quia eſt: & quia per accidentia extranea non habemus quia eſt, ideo non diſponimur ad percipiendum quid eſt: quia vero per accidentia, quæ rei inſunt, habemus aliquo modo quia eſt communiter ſi communia ſunt proprie ſi propria ſunt: Ideo diſponimur ad percipiendum quid eſt communiter, vel proprie, licet non facile: ſed quia per partes definitionis ſcimus quia eſt propriſsime, ideo diſponimur facile ad percipiendum quid eſt: hęc ex Themiſtio, & bene.

ARGT. *Q uarum igitur rerum aliquid habemus ipſius quid eſt earum hæc ſint exempla. Sit defectus eo in loco quo ipſum eſt A, Luna in eo quo ipſum eſt C, interpoſitio vel obiectio terræ, in quo eſt ipſum poſitũ B: Q uærere igitur vtrũ Luna deficiat, an nõ deficiat nil aliud eſt quãipſum B, quę rere ſi ſit, nec ne. At idipſum nil ab hac quæſtione differre* G *videtur ſi ne ratione eius. Q uod ſi ſit, & illud dicimus eſſe. Vel quæratur vtrius partium contradictionis ſit ratio vtrum habendi duobus rectis æquale, an non habendi. Q uod cum inuenerimus, & eſſe ſimul, & propter quid ſcimus, ſi modo ſit medium.*

DILVCI. *Q uorum igitur habemus aliquid ipſius quid eſt. primum quidem ſit defectus in quo A, Luna in quo C, Oppoſitio terræ in quo B, V trum quidem igitur deficit aut non B quærere eſt, vtrum eſt aut non eſt. Hoc autem nihil differre quærere quam ſi eſt ratio ipſius. Et ſi ſit hoc, & illud dicimus eſſe: aut vtrius contradictionis eſt ratio. V trum habendi duos rectos, aut non habendi. Cum autem inueniamus ſimul quia & propter quid eſt, ſcimus ſi per media ſit.*



Comẽ. 63. Dixit aliquando ſimul haberi ſi eſt, & quid eſt, vtpote qñ ſi eſt ſcitur per diffinitionem rei, cuius quærimus exiſtentiam. Aliquãdo autem dixit nos habere ſi eſt, & non quid eſt: vtpote qñ ſcimus ſi eſt per aliquod accidens eius, cuius quærimus eſt: Hæc nunc per exempla oſtendit, & inquit. {Quorum igitur habemus aliquid ipſius ſi eſt. ideſt eorum, quorum exiſtẽtiam habemus per aliquam de E finitionem eorum, quorum quærimus exiſtẽtiam. Exemplum primum ſit ſic, vt ſit defectus, vel deficiens in quo A: Luna ſit in quo C: oppoſitio terræ ſiue paciens oppoſitionem terræ, ſit in quo B. Patet igitur terminis ſic diſpoſitis, ꝙ cum quęrimus, vtrum dificiat Luna, aut non, B eſt quærere, vtrum eſt aut non eſt. Hoc autem nihil eſt quærere quam ſi ipſius defectus ſit aliqua ratio cauſalis & definitiua. nam, ſi habemus ꝙ ſit & aliqua ratio cauſalis defectus, definitiua, illud dicimus eſſe: nã ſimul habemus eſſe defectum, & quid defectus eſt, hoc eſt primum exemplum. tangit ſecundum, & inquit. {Aut ipſum B vtrius contradictionis eſt ratio cauſalis & definitiua, vtrum eius contradictionis partis quæ eſt habendi duos rectos, aut eius contradictionis partis, quæ eſt habendi duos rectos, aut F eius cõdictionis partis, q̃ eſt non habendi duos rectos: nam ſi ſit definitiua ratio & cauſalis definitio eius partis, quæ eſt habere duos rectos, in. B. pone duos rectos habens, In A pone rationem definitiuam, atque cauſalem eius prędicati, quod eſt poſitum in. a.



ſcilicet habendi duos rectos In. c. vero pone triangulum, & tunc patet, ꝙ cum inuenerimus B eſſe rationem definitiuam atque cauſalem ipſius A, ꝙ eſt habere duos rectos, ſimul quia, & propter quid ſcimus. nam ſcimus ipſum habere duos rectos eſſe: & propter quid: & quid eſt ipſum habere duos rectos, ſcimus dico ſimul quia & propter quid: ſi modo per media ſit hæc ſcientia, quæ media ſunt definitiones cauſales, & definitiuæ rationes. Sed dubitabis & non ab ratione: quia propoſuit declarare quando ſimul ſcimus ſi eſt & quid eſt: Et tamen declarat per exempla quando ſimul quia eſt, & propter quid eſt. Et dicendum in accidentibus idem eſſe ſi eſt, & quia eſt, accidentis enim eſſe eſt ineſſe Idem enim eſt ſcire defectum eſſe, & defectum ineſſe Lunę. Similiter idem eſt ſcire propter quid eſt & quid eſt. nam propter quid eſt eſt ratio cauſalis atque definitiua ratio prædicati: cuius quærebamus exiſtentiam.

Dubĩ Solutio. In accidẽtibus idẽ eſt ſi & quia ẽ ſcire ꝓp qd eſt & qd ẽ.


ARGT. *Q uod ſi non ſit, eſſe quidem ſcimus, propter quid autem ne ſcimus. Atque idipſum hoc exemplo pateſieri poteſt. Sit nanque C Luna. A defectio, B non poſſe, cum eſt tota refecta lumine vmbram efficere intercedente manifeſto corpore nullo. Si igitur B quidem ipſi C inſit, A vero competat ipſi B, Lunam quidem deficere notum ſit nobis. Cur autem deficit nondum eſt notum. Atque defectionem quidem eſſe ſcimus, ſed quid eſt defectio neſcimus. Atque cum A quidem ipſi ineſſe C, patet, quæritur autem propter quid ineſt. nil aliud tum quæritur quam quidnam ſit ipſum B, vtrum obiectio terræ, an econuerſo Lunæ, an lucis eius extinctio. Hoc autem alterius extremi ratio eſt, vt hoc in exemplo ipſius A. Eſt enim defectus obiectio terræ. Præterea quid tonitruum eſt extinctio ignis in nube: propter quid tonat, quia ignis in nube extinguitur. N ubes ſit C, tonitruum A, ignis extinctio B:*

H

B: igitur ipſi C, nubi inquam, B ipſum ineſt, extinguitur A *enim ignis in nube: At huic A, ipſum ineſt tonitruum ſeu ſonus. Atque B, ratio ipſius eſt A, primi inquam extremi. Quod ſi rurſus huius aliud medium ſit, id ex hiſce rationibus erit, quæ reſtant.*

DI LVCI. *Si vero non, quia ſcimus, propter quid autem non ſcimus. Sit igitur Luna C, defectus A, Lunam plenam vmbram non poſſe facere nullo noſtrum medio manifeſto exiſtente, in quo B. Si igitur in C eſt, quod eſt Lunam nõ poſſe facere vmbram, cum nullus noſtrum in medio ſit, in hoc autem A, quod eſt deficere: quia deficit quidem manifeſtum eſt, ſed propter quid, nondum. Et quia defectus eſt quidem ſcimus, quid autem eſt, neſcimus. Cum autem manifeſtum eſt quia A in C eſt, propter quid autem eſt quæritur: B eſt quærere quid eſt, vtrum ſit obiectio aut conuerſio Lunæ aut extinctio Luminis. Hæc autem eſt ratio alterius extremi, vt in his, quæ ſunt ipſius A: eſt enim defectus obiectio à terra: quid eſt tonitruum, ignis extinctio in nube: propter quid tonat, propter extingui ignem in nube. ſit nubes C, tonitruũ A extinctio ignis B: in C igitur nube eſt B, extinguitur enim in ipſa ignis, Huic autem ineſt Sonus, & eſt ratio ipſius A primi termini, ſi autem iterum huius aliud medium ſit, ex reliquis erit rationibus.*

Cõm. 64. Declarauit in quibus ſcimus ſimul quia eſt, & quid eſt, & dixit nos ſcire ſimul ſi eſt, & quid eſt quando ſcimus quia eſt per medium, hoc eſt per cauſam: nam cauſa eſt definitio cauſalis. Nunc vero declarat qñ non ſcimus ſimul quia eſt, & quid eſt, & inquit. }Si vero non ſcimus per medium, ſ. cauſale alicuius rei exiſtentiam, ſed per accidens illi exiſtentiæ, quia eſt ſcimus, quid autem res ſit, neſcimus: & ponit exemplum. ſit Luna c, defectus A, Lunam plenam omni impedimẽto deducto vmbram C non poſſe facere, dico omni impedimento deducto, ita vt nec nebula occultet Lunam, nec aliquo noſtrum in medio exiſtente manifeſto, quo ipſa Luna occulretur. Lunam igitur plenam omni impedimento deducto vmbram non poſſe facere ponatur in quo B. Si igitur terminis ſic diſpoſitis, In c eſt, B hoc eſt in Luna eſt non poſſe facere vmbram: cum nullus noſtrum in medio ſit. Hæc enim vera eſt, Luna non facit vmbram deducto omni impedimento. In hoc autem, ſ. B eſt A ꝙ, eſt deficere: qm̃ omne lumine deficiens non facit vmbram.




Terminis & propoſitionibus ita conceſsis, quia deficit Luna quidem manifeſtum eſt, ſed propter quid deficiat nondum manifeſtum eſt. & ne quis dicat exemplum non eſſe ad propoſitum, quia nos loquimur in quęſtione ſimplici. & exemplum eſt in compoſita. Ideo ſubdit, & quia defectus eſt, quidẽ ſcimus: quid autem eſt defectus, neſcimus. Et ita patet in ſimplici quæſtione qñ non ſimul ſcimus quia eſt, & quid eſt. Deinde oſtendit ordinem in quæſitis, vt oſtendat hoc, ꝙ dictum eſt, eſſe bene dictum & inquit. {Cum autem manifeſtum eſt quia A defectus in C Luna eſt; & quæritur propter quid A in-

A eſt ipſi c, hoc quærere eſt B quærere quid eſt. vtrũ ſit obiectio aut conuerſio Lunę: aut extinctio lucis Ab antiquis tres cauſę eclypſis Lunę aſsignatę ſunt Quidam enim dixerunt Lunam eclypſari, quia habet duas facies, alteram lucidam, alteram Opacam cum conuertit ad nos Opacam faciem, dixerunt illam eclypſari. Alij dixerunt Lunam extingui in ſua luce certo tempore, & certo non. Dicebant vero eclypſari, cum extinguitur in luce. Veriores dixerunt Lunam eclypſari cum terra interponitur inter ipſam & Solem. Propterea Ariſto. dicit B quærere eſt, quid eſt, vtrum obiectio terræ, quæ reuera cauſa eſt eclypſis, aut conuerſio Lunæ: aut extinctio luminis. Verum iſtæ vltime duæ cauſæ, vt Phi. inquit, falſę ſunt. Sed quęuis aſsignetur, hæc vt Ariſ. inquit, eſt ratio, & definitio alterius termini, vt in

Tres cãæ de eclypſis Lunæ aſsignatæ fuerunt ab antiquis.

B his definitionibus, quæ ſunt ipſius A, eſt enim defectus obiectio à terra, & ita eſt definitio prædicati, cum reponatur in his definitionibus, quæ ſunt ipſius A, ꝙ eſt prædicatum. Et non contentus vno exemplo, apponit aliud ſecundum Pythagoram, vt dicit Philo. & inquit. Quid eſt tonitruum ignis extinctio in nube facta: propter quid tonat, quia extinguitur ignis in nube: ergo ſit nubes c, tonitruum A extinctio ignis B: terminis ſic diſpoſitis, c igitur nube eſt B, extinguitur. n. in ipſa nube ignis huic autem B ineſt ſonus ſiue tonitruum: ꝙ enim extinguitur in nube, tonat. Patet etiam hoc exemplo B eſſe rationem definitiuam atque cauſalem ipſius A primi termini. Si autem iterum huius aliud medium ſit, ex reliquis erit rationibus.



Thomas bonus Ariſto. interpres exponit hæc, Sic autẽ inquit. }Oportet accipere adhuc aliud medium. ad demonſtrandum definitionem maioris, aut de ſubiecto, aut de ipſamet maiore, ex reliquis erit rationibus: hoc eſt tale medium erit ex rationibus ſubiecti. nam definitio ſubiecti põt eſſe mediũ ad demonſtrãdũ definitionem maioris de maiore de ſubiecto illius maioris. poteſt enim definitio hominis eſſe medium ad demonſtrandum aptum ridere de riſibili, & de ipſo homine. Philo. autem hęc Ariſt. dicit addere, quia contingit quandoque demonſtrari prędicatũ aliquod de ſubiecto per aliud prædicatum per ſe: quod per ſe competit prædicato demonſtrato, vt ſi demonſtraremus riſibile de homine per diſciplinæ capax, hoc pacto, omnis homo eſt diſciplinæ capax: omne diſciplinæ capax eſt riſibile: ergo omnis homo eſt riſibilis. Vbi patet riſibile de homine demonſtrari per quoddam prædicatum per ſe de riſibili. & de homine: quod non eſt definitio riſibilis: ideo dicit. Si autem iterum huius maioris propoſitionis, videlicet omne diſciplinæ capax eſt riſibile, aliud medium ſit, quia medium non eſt definitio ex reliquis erit rationibus demonſtrandum, vtpote ex ratione riſibilis prædicantis de homine, & ita quotiens demonſtratur paſsio de aliquo ſubiecto: & non per diffinitio

Quæ S. th.

Philopo.

D

nem

nem paſsionis ſed per aliam paſsionem, poteſt adhuc accipi aliud medium, ſ. definitio paſsionis illius ad probandam maiorem propoſitionem: hæc vt puto, Philoponus intelligit.

ARGV. *Quo igitur pacto ſumitur ipſum quid eſt, & fit notum, ſatis iam diximus. Quare ratiocinatio quidem ipſius quid eſt demonſtratio quæ nō ſit per raciocinationem tamen innoteſcit & demonſtrationem. Quo circa neque ſine demonſtratione fieri poteſt, vt cognoſcatur ipſum quid eſt, cuius eſt alia cauſa, neque rurſus ipſius eſt demōſtratio, vt in dubitationibus etiam diximus.*

DILVCI. *Quomodo quidem igitur accipitur quid eſt, & fit notum, dictum eſt. Quare ſyllogiſmus ipſius quid eſt non fit, neque demonſtratio, manifeſtum tamen eſt per ſyllogiſmum & demonſtrationem. Quare neque ſine demonſtratione eſt cognoſcere quid eſt, cuius eſt cauſa alia, neque eſt demonſtratio ipſius, ſicut & in oppoſitionibus diximus.*

Com. 65. Aliud eſt qd eſſe demonſtrationē alicuius & aliud eſt eſſe notum per demonſtrationē.

Epilogat, & propoſitum concludit. Vbi debes ſcire aliud eſſe alicuius eſſe demonſtrationem, & aliud eſt eſſe aliquid notum per demonſtrationem, vel non ſine demonſtratione. Prædicati ꝙ de aliquo ſubiecto demōſtratur, demonſtratio atque ſyllogiſmus eſt, & ipſum per demonſtrationem innoteſcit, medium vero per ꝙ prædicatum illud de ſubiecto demonſtratur, per demonſtrationem innoteſcit, quia non ſine demonſtratione patet: non tamen eius eſt demonſtratio aut ſyllogiſmus, cum de nullo vt prædicatum demonſtratur, vult igitur vt, Phi. & Sim. exponunt, definitionis non eſſe demonſtrationem tanquam prædicati: ꝙ de ſubiecto demonſtretur, ſed vult ipſam per demonſtrationem haberi, qm̃ in demonſtratione ſimul habetur quia eſt, & quid eſt, inquit. Quomodo quidem igitur accipitur quid eſt, & fit notum, dictum eſt, & mihi videtur verbum quare legendum eſſe cauſaliter. q.d. cauſam eius, quod Epilogauit, dicens: nam ſyllogiſmus ipſius quid eſt, vt de altero prædicantis non fit, neque demonſtratio, manifeſtum tñ eſt per ſyllogiſmum & demonſtrationem, ſaltem quia connoteſcit cum eo, ꝙ demonſtrat. Et propterea concludit, quare neque ſine demonſtratione eſt cognoſcere quid eſt, eius rei videlicet, cuius eſt alia cauſa, & definitio cauſalis. Neque eſt demonſtratio ipſius, vt prædicati, vt in oppoſitionibus diximus, quia eſſet petitio pricipij. Ex his apparet quo modo definitio, cauſa, & medium idem eſt, vt The. colligit. Nam definitio eſt medium compoſitionis ſyllogiſticæ, cauſa vero eſſendi prædicati, definitio autem prædicati.

ARGV. *Eſt autem quorundam quidem alia quadam cauſa, quorundam autem non eſt. Quare patet vt ipſorum quid eſt quædam vacare medio principiaque eſſe. Quæ quidem & eſſe, & quid ſunt ſupponere, vel alio modo facere manifeſta oportet. Quod Arithmeticus facit. Nam & quid ſit vnitas, & vnitatem eſſe ſupponit. Eorum autem, quæ medium habent, & quorum eſt aliqua cauſa, alia à ſubſtantia, fit, vt per demonſtrationem ipſum quid eſt, vt diximus, declaretur, non demonſtretur.*

DILVCI. Tex. 4

Eſt autem quorundam altera quadam cauſa, quorundam autem non eſt. Quare manifeſtum eſt quoniam & eorum quæ ſunt quid eſt, alia quidem ſine medio & principia ſunt. quæ & eſſe, & quia ſunt ſupponere oportet, aut alio modo manifeſta facere: quod quidem Arithmeticus facit. Et namque quid eſt vnitatē ſupponit, & quia eſt. Sed habentium medium, quorum eſt quedam altera cauſa à ſubſtantia eſt per demonſtrationem, ſicut dictum eſt, oſtendere, non quid eſt demonſtrantes.

Com. 66. expoſitio Philopon.

Iſte textus nō eſt leuis, nec clarus, vt vides. Phi. exponit, ꝙ Ariſto. poſtquā declarauit in ipſo quia eſt, ꝙ per cauſam demonſtratur, videri ipſum quid eſt, nunc oſtendit non eſſe hoc in omnibus: nam definitionum alia eſt, quæ nec per demōſtrationē nec in demonſtratione innoteſcit, alia vero, quæ licet non demonſtratur, in demonſtratione innoteſcit: procedit autem à diuiſione rerum ad diuiſionem definitionum: & inquit. ¶ Eſt autem quarundam rerum, quæ alteri inexiſtunt, vt iræ, eclypſis, tonitrui, & cæterarum id genus, altera quædam cauſa, quia ipſæ non ſibijpſis cauſæ ſunt, vt alteri inſint: non enim ipſa ira ſibijpſi cauſa eſt, vt alicui inſit: nec eclypſis, vt inſit Lunæ, nec tonitrum, vt inſit nubibus. Quarundam autem rerum, quę alteri inſunt, non eſt altera cauſa, ſed ipſę ſibijpſis cauſæ ſunt, vt alteri inſint, vt linea, vnitas, punctus, & ſimilia: vnumquodq; enim horum ipſum ſibijpſi cauſa eſt. linea enim ſibijpſi cauſa eſt, quatenus eſt longitudo ſine latitudine, & vnitas ſimiliter ſibijpſi cauſa eſt, & ſi quæris hæc habere cauſam, quia ſunt accidentia. Reſpondet Thomas, & quidem bene, hęc habere cauſam, ſed non vt cōtrahuntur ad aliquod genus ſubiectum alicuius ſcientiæ, vnitas enim licet habeat cauſam, non tñ, vt contrahitur ad Arithmeticam, cuius ſubiectum eſt vnitas, habet cauſam, quam in numeris eſt deuenire ad vnitatem, cuius in hoc genere non eſt aliud principium. Ex hac diuiſione rerum concludit diuiſionem definitionum: & declarat quæ definitiones in demonſtratione patent, & quæ non patent, ſed ſunt per ſe notæ vel per ſenſum, vel ſeipſis, & inquit. ¶ Quare manifeſtum eſt qm̃ & ipſorum ꝙ quid eſt ſiue definitionū, alia quidem ſine medio, & principia ſunt. ſine medio quidem, quia earum non eſt demonſtratio principia vero, quia ipſa & eſſe & quia ſunt ſupponere oportet, aut alio modo manifeſta facere vtpote per ſenſum. Sic igitur patet eſſe quaſdā definitiones, quæ nec demonſtrantur nec in demonſtratione innoteſcunt, ſed, vt principia in ſcientijs ſupponuntur, & tales definitiones earum rerum ſunt, quæ in ſciētijs ſibijpſis cauſæ ſunt. Quod quidē Arithmeticus facit, nam & quid vnitas ſit ſupponit, & quia eſt. deinde tangit aliud membrum, & inquit. ¶ Sed rerum quæ habent medium, hoc eſt, ſed rerum, quæ alteri inſunt per medium, quarum eſt altera cauſa ab ipſarum ſubſtantia ſiue exiſtentia: vt ſunt ira, eclypſis, tonitrum, & id genus: ipſum ſupple quid eſt, eſt vt dictum eſt, per demonſtrationem oſtendere, nō tamen quid eſt demonſtrantes. Sic igitur definitiones aliæ ſunt, quæ in demonſtratione innoteſcunt, licet per demonſtrationem, vt prædicata non demonſtrantur: & hæc ſunt earum rerum, quę nō ſunt ipſæ ſibijpſis cauſæ eſſendi, ſed in ſubiecto genere alicuius ſcientiæ habent alteram cauſam, ideo clareſcunt, atque ſimul cum demonſtrationibus inueſtigantur.

Dubitatio Rñſio S. Tho.

Verborum ex.o.

Quo vero ad verba attinet, verba illa definitiones quidem ſecundum ſpeciem factæ nullum habent medium, quo demonſtrentur: ſed definitiones ſecundum materiam factæ poſſunt habē

te medium, nnn legi in Grecis codicibus, nec Phil. nec Simp. in ſuis lib. habebant, nec ſunt ad propoſitũ expoſitionum Græcorũ, propterea recte Tho. inquit, illa fuiſſe potius gloſſam, quæ per errorem ſcriprorum iutroducta eſt loco textus.

ARGY. *Cum autem definitio dicatur eſſe oratio ipſius quid eſt patet quandam definitionem orationem eſſe, quæ id explicat quod nomen ſignificat. vel quæ nominis interpretationem complectitur, ueluti quid ſignificat triãgulus nomine, quẽ habentes eſſe, querimus deinde propter quid eſt.*

DILVCI. *Definitio autem, quoniam dicitur ratio ipſius quid eſt, manifeſtum eſt, quoniam aliqua quidem ratio erit ipſius quid ſignificat nomen ſiue altera ratio nominalis; vt ipſum quod ſignificat, quid eſt inquantum triangulus, quod quidem habentes quid eſt, querimus propter quid eſt.*

Cóme. 67. Duo hucuſq; declarauit, an definitionis ſit demonſtratio, & qũo definirio in demõſtratione colligatur: At nunc diſtinguir definitionem, & declarat quot modis dicitur definitio. & hoc p opter duo, vt Phil. inquit. } Et vt intelligamus de qua definitione ea, quæ dicta ſunt intelligenda ſunt, & vt ſciamus quid ipſa definitionis definitio ſit: Cum. n. definitio ſit multiplex, nõ poteſt ſciri quid ipſa definitio ſit, niſi multiplicitas rollatur, inquit. { Q m autẽ definitio dicitur ratio ipſius quid eſt, & quid eſt duplex eſt: aut qd eſt abſolute, aut qd eſt ipſum nomen ſignificans, manifeſtum eſt, quoniam definitio duplex eſt, aliqua quidem ratio erit ipſius ſignificantis, vt ipſius quid ſignificat nomen. Siue. quod idem eſt, altera eſt ratio nominalis, quæ dicit interpretatiua noĩs: altera ſupple erit ipſius ſignificati, vtpote quid ipſum eſt: & ponit exemplum nominalis definitionis, & inquit. { Vt ipſum nomen triangulus, quod ſignificat, quid eſt inquantum triangulus, hoc eſt inquantum nomen triãguli. Deinde ſequuntur illa verba quod quidẽ habẽtes & reliqua, & poſſunt legi ſic: quod quidẽ habentes qd eſt illud quod ſignificat, quærimus pp quid eſt. & tunc iuxta hanc expõnem velle videtur Ariſ. de nomine eſſe duas qõnes, vt quit ſignificat nomẽ, propter quid ſignificat. vt hoc nomen lapis quid ſignificat, ſi dicitur Silicem, vel marmor, quæri poteſt vlterius: quare & poſſumus dicere quia ledit pedem. Similiter de nomine triangulus, quæri poteſt qd hoc nomen ſignificat, & poſſumus dicere hanc figuram, quæ in puluere eſt: iterũ ſi quis quærat propter quid, dicemus, quia triãgulus dicitur, quia eſt trium angulorum. Vel lege ſic, quod quidem ſignificatum trianguli habẽtes, quid eſt, id eſt eſſe, & ꝙ ſit, quærimus propter quid eſt. & tunc vult ſciri aliquando rem eſſe ex interpretatiua ratione, & quũ ſcitur rẽ eſſe ex interpretatiua ratione, quærimus, propter qd eſt res illa. Phil. legit ſic: quod quidem habentes quid eſt, hoc eſt quam definitionem nominalem, cum inuenimus prius ꝙ eſt, tunc quærimus propter quid eſt: id eſt cauſalem rei definitionem: quæ eſt aſſecutiua naturæ rei. & ita innuit ordinem definitionum, eſt enim definitio nominalis prior. poſtea eſſentialis, quæ eſt & cauſalis: & hæc expoſitio magis placet.

Philopo.

ARGY. *Difficile autem eſt hoc pacto ſumere ea quæ neſcimus eſſe cauſamque difficultatis antea diximus: nam neque ſi ſint an non ſint ſcimus, niſi per accidens.*

DILVCI. *Difficile autem eſt ſic accipere, quæ non ſcimus quia A ſunt. cauſa autem prius dicta eſt difficultatis, quia neq; ſi eſt aut non eſt ſcimus niſi ſecundum accidens.*

Quia Ariſt accepit duas eſſe definitiones, alteram nominis, alteram rei, quam cauſalem, & propter quid appellauit, nunc, vt Philopo. arbitratur, ponit differentiam inter ilias: & vult definitionem nominis poſſe haberi ſine præſcientia ipſius quia eſt. ſcimus enim quid nominis vacuum & non ſcimus quia eſt. At definitio rei haberi non poteſt niſi præſciamus quia eſt res. & iuxta hæc lege difficile autem, i mmo impoſſibile eſt ſic, id eſt quiditatiue, accipere ea. quæ non ſcimus quia ſunt: & cauſa difficultatis dicta eſt prius, ſ. quia ſi eſt præcedit quid eſt. At quid nominis haberi poteſt ſine præſcientia exiſtentiæ rei. Et dices contre, quoniam definitio quid nominis videtur ſufficere pro ſcientia exiſtentiæ rei. B Reſpondet talem non ſufficere, qnia neq; ſi eſt aut nõ eſt ſcimus per definitionem quid nominis, ſup. niſi per accidẽs, vtpote inquantum ratio nominis ſumitur aliquo modo ab accidentibus rei, quæ ſignificatur per nomen. Vel fortaſſe aliter hæc verba intelligi poſſunt. dictum eſt enim poſt ſcientiam nominis eſſe ſcientiam quid rei. Contra quis obijceret, quia tũc quid rei poſſet haberi ſine præſcientia exiſtentiæ, cum ſtatim ad quid nominis ſequatur quid rei. Reſpondet difficile autem eſt ſic, ſ. quiditatiue accipere ea, quæ non ſcimus quia ſunt: & ita poſt ſcientiam quid nominis, non ſtatim ſcimus quid rei, niſi cum difficultate. & cauſa difficultatis dicta eſt prius: quia non modo ignoramus qd eſt ignorato quia eſt, immo non poſſumus ſcire quia eſt niſi ſciamus quid eſt, quia ignotato quid eſt, ignoramus quia eſt. & ſolũ C per accidens poſſet ſciri. Quare intelligẽdum eſt poſt ſcientiam nominis ſequi ſcientiam quid rei, non tamen ſiue ſcientia exiſtentiæ illius rei. Sed poſt ſcientiã quid nominis, habebimus ſimul quid rei, & quia eſt per artem ſuperius aſsignatam. Dixi mus enim qnia eſt quando habetur non per diffinitionem, non ſciri niſi per accidens.

Com 68. Expoſitio. Philop. Alia expõ.

ARGY. *At. n. oratio eſt vna dupliciter. alia nãq; coniũctione eſt vna, vt ilias, alia quia vnum de vno declarat, non per accidẽs. vna igitur hæc eſt diffinitio diffinitionis quã diximus. Alia aũt eſt diffinitio oratio quæ declarat propter quid eſt. Quare prior ſignificat quidem: ſed nõ oſtendit, poſteriorem aũt patet quaſi demonſtrationem eſſe ipſius quid eſt, poſitione differentem à demonſtratione.*

DILVCI. *Ratio aũt vna dupliciter eſt. hæc quidem coniunctione, vt ilias: alia vero vnum de vno oſtendens non per D accidens. vnus quidem igitur terminus termini eſt, qui dictus eſt, alius vero terminus eſt ratio demonſtrans propter quid eſt: quare prior ſignificat quid eſt, demonſtrat autem minime. Poſterior vero, manifeſtum eſt quoniam erit vt demonſtratio ipſius quid eſt, poſitione differens à demonſtratione.*

Tex. 10. Quæ definitio poſitione differens a demõſtratione.

Cõmẽ. 69. Dictum eſt definitionẽ eſſe rationem, ſiue orõnem ipſius quid eſt propterea ex his, quę orõni accidunt. vt Philopo. inquit, ponit accidentia definitionis, & inquit. } Ratio aũt vna dupliciter eſt: hæc quidem coniunctione vna eſt, vt ilias. tota enim hiſtoria de bello Troiano eſt vna oratio coniunctione vnius dictionis, quæ eſt hæc, ilias. Significatur enim tota oratio de bello troiano vno nomine, videlicet ilias. Poteſt etiã oratio eſſe vna cõiunctio-

ne,i copulatione,vt copulatiua propoſitio, Socrates eſt philoſophus,& Socrates eſt muſicus: vel diſiunctiue,vt omne ens eſt agens vel patiens. ſic igitur oratio eſt vna primo modo, quæ cōiunctione eſt vna,ſiue illa coniunctio ſit dictio,ſiue nota: alia vero dicitur vna, quia declarat vnum prædicatum & non per accidens de vno ſubiecto, eo ꝙ eſt aſſecutiua vnius naturæ. Dixit non per accidēs,quia ſi per accidens prædicaretur prædicatū de ſubiecto: cum accidens ſit aliud quid ab ipſo ſubiecto, talis definitio non dicetur vna oratio. ſic igitur oratio dupliciter dr̄ vna: aut coniunctione, aut eſſentia, & vnitate prędicati. Quare,cum definitio ſit oratio, etiam definitio dicetur vna dupliciter, coniunctione,& ſic definitio nominalis eſt vna: aut vnitate ꝑdicati, & ſic definitio quid rei eſt vna. Patet ergo,vt recte Phil. inquit, ex accidentib orōnis, quæ eſt genus definitionis, colligi accidentia definitionis,q̄ eſt illius ſpecies. Ex his colligit definitiones definitionum: & primo definitionis dicentis quid: eſt.n. definitio dicēs quid, oratio vna vnum de vno declarans non per accidens: & hoc inquit. {Vnus quidem igitur terminus & definitio termini, ideſt definitionis eſt, qui dictus eſt. Dictum eſt.n. definitionem dicētem quid eſſe orōnem vnam vnū prædicatum de vno ſubiecto per ſe declarantem. Deinde ponit definitionem definitionis cauſalis, q̄ dicit propter quid & inqt. Alius vero terminus eſt oratio demonſtrans propter quid: hæc eſt definitio definitionis dicentis propter quid. tacuit aūt definitionē definitionis nominalis: quia ſuperius eam poſuit. Ex his, vt mihi videtur, colligit differentiam inter definitionem dicentem quid & definitionē dicentem propter quid,& inquit. {Quare G prior quidem definitio, quæ dicit quid, ſignificat quidem ipſum quid rei ſupp. demonſtrat vero minime, cum potius ſit vt concluſio,& non vt demonſtratio, vt dicemus poſt ea. Poſterior vero, ſcilicet quæ dicit propter quid, manifeſtum eſt qm̄ erit quaſi demonſtratio ipſius quid eſt: ideſt ipſius definitionis dicentis quid, poſitione differens à demōſtratione: hęc eſt differentia. Ex hoc apparet error eorum, qui dixerunt Ariſtote. poſuiſſe differētiam inter nominalem definitionem,& definitionem, dicentem propter quid. Hoc enim falſum eſt, & ſuperfluum, quia ſuperius poſuit.

Error aliquorum.

ARGV.

Intereſt.n. cum propter quid tonitat, atq; quid eſt tonitrum dicitur: quippe cum ad primam hæc accōmodatur redditio, quia in nubibus ignis extinguitur ad ſecundum hæc competat, ſonus tum extinguitur in nubibus, ignis. H Quare eadem ratio diuerſo dicitur modo,& illo quidem modo continua eſt demonſtratio, hoc aūt eſt diſſinitio.

DILVCI.

Differt enim dicere propter quid tonat, & quid eſt tonitrum. dicet enim ſic quidem propter id, quod extinguitur ignis in nubibus. Quid tonitrum eſt, ſonus extincti ignis in nubibus. quare eadem oratio alio modo dicitur, et ſic quidem demonſtratio continua, ſic autem definitio.

Cōmē. 70.

Dixit cauſalem definitionem, quā propter quid vocat à demonſtratione non differre niſi poſitione, nunc illud declarat: & ſumit pro demſ̄atione, hanc videlicet: Quia extinguitur ignis in nubibus pro definitione vero propter quid ſumit, ſonus extincti ignis in nubibus, ꝙ illa demonſtratio patet: E quia ſi quæratur ꝑꝑ quid tonat, ipſe demſ̄ans dicet, quia extinguitur ignis in nubibus. Quod vero alia ſit definitio, etiā conſtat, quia ſi quæratur quid ſit tonitrum, dicet definiens, ſonus extincti ignis in nubibus. Quare prima eſt demonſtratio, cum aſsignetur pro cauſa quæſiti ꝑꝑ quid, ſecunda definitio, cum aſsignetur reſpōſio ad quæſitum quid eſt, vnde inquit. {Dixi definitionem ꝑꝑ quid non differre à demonſtratione, quia differt dicere in quęſtione ꝑꝑ quid tonat,& quid eſt tonitrum: nam ad primam qōnem dicit demonſtrans ſic quidem ꝑꝑ id quod extinguitur ignis in nubibus,& ſic totum hoc, quia extinguitur ignis in nubibus, pro demonſtratione ſumitur: quia aſsignatur ꝑ cauſa in quæſito propter quid tonitrum eſt, ſi fiat quæſtio dicet definiēs, ſonus extincti ignis in nubibus, & ſic hoc F totum, ſonus extincti ignis in nubibus eſt definitio ꝑꝑ quid: quia aſsignatur pro rn̄ſione ad quæſitū quid eſt. Modo hæc duo, ſ.& illud quod aſsignatur pro cauſa in quæſito ꝑꝑ quid,& quod aſsignatur pro reſponſione in quæſito quid eſt, eadē ſunt, & in paucis differunt, ideo concludit. Quare eadē orō alio modo dicitur atq; alio, licet re & ſubiecto eadē ſit:& ſic quid, vt aſsignatur pro cauſa in quæſito propter quid, eſt continua demonſtratio, ſic autē, ſ. vt aſsignatur reſponſio in quæſito quid eſt, eſt definitio. Sed dices, non videtur eadem oratio eſſe, vtraq; illarum, quia prima, quæ aſsignatur pro cauſa, non ſumit ſ[illegible] num, per quem datur intelligi definitio dicens quid. Vt enim dicemus. tonitrui definitio dicens quid, quam Philo. vbiq; materialem appellat, eſt hæc, ſonus ī nubibus: modo illud, quod aſsignatur pro cauſa in quęſito ꝑꝑ quid, non ſumit hanc partem, quæ eſt loco definitionis materialis, ſiue dicentis quid. illud vero quod aſsignatur pro definitione in quæſito quid eſt, ſumit illam partem: nam definiens reſpondet, eſt ſonus extincti ignis in nubibus: ergo hæc orō non videtur eadem, immo differt re, cum in vna aliquid ſumatur, quod non ſumitur in altera: aggregat.n. ſecunda vtraq; definitionem,& dicentem quid ſiue materialem, & dicentem propter quid ſiue formalem: quas prima oratio non comprehendit, vt intelligenti patet. Et dicendum, vt innuit Philo. demonſtratorem prætermiſiſſe materialē cauſam tonitrui, ſ. ſonum, vt facturus ipſam concluſionē: ſumpſit aūt formalem, vt vtilem ſibi ad demonſtrationem: & ſic ſi recte intellexi, vult materialē eſſe ſubintelligendam hoc pacto, propter quid tonat, demonſtrator reſpōdet, quia extinguitur ignis in nubibus, tonat. Modo tota hæc, qa extinguitur ignis in nubibus, tonat, eſt aſsignata pro demonſtratione: pro cauſa vero quæſiti, illa ſolum, quia extinguitur ignis in nubibus. prętermiſit ergo, quia aſsignauit cauſam, ex qua ſequitur illud quod prętermiſit. Debet aūt ſubintelligi: cum aſsinetur illa orō pro demonſtratione. Nam tunc in tali oratione habentur tres termini, maior, quæ eſt paſsio, videlicet tonat: minor, ſubiectum videlicet nubes, & cauſa, videlicet extinguitur ignis ī nubibus, & ita habetur tota demſ̄atio. Ariſt. vero partem illam, quia, vt dicit Philo. definitio habens in ſeipſa cauſam exiſtentiæ rei, modo quodam oſtēdit rem illā: quare, orō, quam pro cauſa aſsignauit, videtur quodāmodo

Obiectio.

Solutio.

tota

Dubõ.1.

tota demonſtratio. Sed dices, data ꝙ debeat ſubintelligi in oratione illa, quæ aſsignatur pro demõſtratioue, materialis definitio: qũo differt poſitione ab eadem oratione quæ aſsignatur pro definitione. Prærerea, vtrum ſit alia differentia etiã dubitatur.

Scda.
Rñ. Philo.
Ad primã.

Rñdet Philop. ad primam, eas poſitione differre: inquantum definiens quidem in ſecunda, quam pro definitione aſsignat, incipit à materiali cauſa, cũ dicit, eſt ſonus: & deſcendit in formalem cauſam, cũ inquit extincti ignis. Demonſtrans vero in prima, quam pro demõne aſsignauit, primo ſumit formalem cauſam tanq̃ medium terminum cum dicit, quia extinguitur ignis, deinde ſic cõcludit materialẽ, cum ſubintelligit, tonat: & ſic differunt poſitione ſiue ordine terminorũ.

Alia rñ.

Vel aliter, vt Philo. etiam innuit, differunt poſitione, quia in orõne, quam pro cauſa aſsignat demonſtrãs, ſepa- B rauit formalẽ cauſam à materiali: quia accepit expreſſe formalem, ꝑtermittens materialem, volẽs illam eſſe ſubinferendam, definiens vero in orõne, quam pro definitioue aſsignat, ſimul formalem & materialem quaſi pro vno termino ſumpſit.

Ad ſcdam.

Ad ſecundã vero dicendum eſt, ꝙ non ſolum orõ illa eſt alia vt aſsignatur pro cauſa, & vt aſsignatur pro definitione ꝑꝑ poſitionẽ terminorum, ſed ꝑꝑ differentiam modi, quo accipiuntur termini: nã ea oratio vt aſsignatur pro definitione, termini ſumuntur in abſtracto, vt vero aſsignatur pro cauſa & demonſtratione, termini aſsignantur in concreto. Quam differentiam Ariſt. non expreſsit: quia quaſi per ſe patet.

Obiectio.
Solutio.

Sed dices nonne accidens, & in abſtracto, & in cõcreto ſumi poteſt: ergo vtroq; modo definiri. Propter hanc cauſam fortaſſe Ariſto. tacuit hanc differentiam in tali orõne, cum vtroq; C modo illa paſsio, quæ tonitruum eſt, accipi & definiri poſsit, & ſolũ accipit differentiam penes poſitionẽ. Siquis.n. diceret tonare eſt ſonare ignis extincti in nubibus, nõ male diceret.

Alia ſolo.

Vel fortaſſe dici põt, accidentia nõ poſſe definiri proprie, niſi vt ſumuntẽ in abſtracto: quia definitio nõ eſt niſi ſubſtantiæ, vel eius quod habet modum ſubſtãtiæ: modo accidens in concrero nec eſt ſuba, nec ſe habẽs per modum ſubæ, propterea proprie in abſtracto definitur: vt vero demrãtur, accipitur in cõcreto, quia nõ demrãtur, niſi vt prædicatum de ſubiecto, de quo propriæ in concreto predicatur.

Cur Ariſt. eã orõnem quæ a demonſtrante pro demõne aſsignat continuã demõſtrationem appellauerit. Alexã. & Sã. Tho. Phil. ꝓpria Expoſitio.

Animaduerte Ariſt. orõnem, quam demonſtrans aſsignat pro demonſtratione ſiue pro cauſa, appellare continuam demõnem: quod cur ſic appellarit, nõ conſtat. Alexander eam orationem continuam dicit, D inquantum non habet diuiſas propõnes aut ſeparatas à concluſione: ſed vt in vna quadam contexione enunciatas. Quam expoſitionem Thomas noſter ſequitur. Philoponus vero dicit eam orationem eſſe continuam demõſtrationem: quia eſt in prima figura, cum nec medium ſupponatur extremis, nec extraponitur. Ego vero his nõ aduerſando, dicerem Ariſ. totam illam orationem, quia extinguitur ignis in nubibus, tonat, appellare continuam demõſtrationem, quia propoſitiones ſunt coniunctæ per notam cauſalem quia: cuius oppoſitum eſt in demonſtratione explicita. nã in ea propoſitiones abiunctæ ſumuntur per nullam notam coniunctæ, niſi ſolo medio termino.

A *Præterea eſt tonitrui diffinitio ſonus in nubibus, atq; hoc eſt demonſtrationis ipſius quid eſt poſitio. Eſt igitur diffinitio vna quidem oratio ipſius quid eſt concluſio. Eorum autem diffinitio quæ medijs vacant indemonſtrabilis eſt ipſius quid eſt poteſt.* ARGV.

Amplius eſt terminus tonitrui ſonus in nubib⁹, hoc aũt eſt ipſius quid eſt demonſtrationis concluſio. Immediatorũ vero terminus poſitio eſt ipſius qd eſt indemõſtrabilis. DILVCI.

Com. 71.

Locutus eſt de definitione nominali, & de definitione cauſali dicente ꝑꝑ quid: at nũc de alijs duabus definitionibus inquit. {Amplius, vltra has definitiones, quas dixit, eſt alius tonitrui terminus dicens quid, quæ eius materialis definitio dicitur, vt placet Philo. quia datur per genus & per ſubiectũ, in quibus vt in materia fit tonitruum: & eſt ſonus in nubibus. Deinde innuens differentiam huius ad definitionem B dicentem propter quid, inquit.} Hæc autem eſt ipſius quid eſt, hoc eſt dicentis quid, & concluſio demonſtrationis. In demonſtratione.n. concluditur ſonare ſiue ſonare nubes, quia patiunẽ in ipſis ignis extinctionem. Deinde ponit aliã definitionem, quæ nec eſt demonſtratio, nec cõcluſio demõnis, ſed poſitio in ſcientia: quaſi illius dignitas, vt in Geometria ipſius puncti, Punctus eſt, cuius pars nõ eſt, & in Arithmetica vnitas eſt principium primũ numeri. Et inquit, Immediatorũ vero terminus atq; definitio, poſitio eſt ipſius quid eſt, quod eſt indemõſtrabile. Dicuntur aũt hæc immediata punctus in Geometria, & vnitas in arithmetica: qa ĩ talibus ſunt prima nihil habẽtia prius, in quo reſoluuntur in talibus ſcientijs, vt diximus. definitiones ergo talium dñr dignitates particularium ſcientiarũ, quia ſupponũtur, vt poſitiones.

C *Eſt igitur diffinitio vna quidem oratio ipſius quid eſt indemonſtrabilis. Alia vero ratiocinatio ipſius quid eſt à demonſtratione differens caſu, & tertia demonſtrationis ipſius quid eſt concluſio.* ARGV.

Eſt ergo terminus vnus quidem ratio ipſius quid eſt indemonſtrabilis. vnus vero ſyllogiſmus ipſius quid eſt caſu differens à demonſtratione. Tertius vero ipſius quid eſt demonſtrationis concluſio. DILVCI.

Cõm. 77.

His declaratis. Nam colligit oẽs definitiones rei. Dico rei, quia nominalem non enumerat, fortaſſe ſupponens illam enumeratam, & inquit. Eſt ergo terminus vnus quidem ratio eius quid eſt expoſitiua, quod demonſtrari nequit: quam poſitionẽ appellauit in ſcientijs. Vnus vero terminus & ſecundus eſt definitio ꝑꝑ quid ſyllogiſmus ipſius qd eſt caſu differens à demonſtratione, caſu quidem, D quia penes concretum & abſtractum (vt dictũ eſt) & non modo caſu, ſed poſitione, vt dictum eſt. Tertius vero terminus eſt ipſius quid eſt, & materialis definitio demonſtrationis concluſio.

Dubitatio.

Sed videntur quinq; definitiones (vt Themiſt. innuit) Prima nominalis, Secunda dicens quid & materialis tantum. Tertia cauſalis tantum. Et dicens propter qd. Quarta vtranque complectens, ſcilicet & quid & propter quid. Quinta deniq; poſitio in ſcientijs.

Solutio.

Et dicendum ſine dubio eſſe quinq; ſi enumerarẽtur diſtincte, ſed quia cauſalem & quid cõplectentem Ariſto. ſimul enumerauit, ideo quatuor eſſe videntur, vna ſcilicet comprehendente duas.

Patet igitur ex hiſce quæ diximus, quo pacto eſt, quo pacto non eſt ipſius quid eſt demonſtratio. Et quorũ eſt & ARGV.

quorum non eſt, quotq; modis præterea dicitur diffinitio, quoq; pacto ipſum quid eſt oſtenditur. Et quo pacto etiam non oſtenditur: atq; quorum eſt & quorum non eſt. Inſuper quomodo ſeſe habet ad demonſtrationem, quo nanque modo fieri poteſt, & quo modo fieri nequit, vt eiuſdem ſit deffinitio demonſtratione. (Text. 11.)

DILVCI. *Manifeſtum igitur ex dictis eſt & qualiter eſt ipſius quid eſt demonſtratio, & quomodo non eſt. & quorum eſt, & quorum non eſt, amplius autem definitio & quot modis dicitur, & qualiter quid eſt demonſtrat, & quomodo non demonſtrat. & quorum eſt, & quorum non eſt. Adhuc autem & ad demonſtrationem quõ ſe habet & quomodo contingit eiuſdem eſſe, & quomodo non contingit.*

Cómen. 37. Epilogat oĩa, quæ dixit, & inquit. Manifeſtum eſt igitur ex dictis, & qualiter eſt ipſius quid eſt demonſtratio, quia ſimul ſcilicet inueſtigatur cũ demonſtratione, & quõ non eſt, quia vt concluſio & F prædicatum non demonſtratur. Præterea ex dictis etiam patet & quorum, id eſt quarum definitionũ proprium eſt inueſtigari cum demõſtratione: quia illarum rerum definitionem proprium eſt inueſtigari cum demõſtratione, quæ alijs inexiſtunt. vt definitionum eclypſis, Tonitrui & talium. Et quarum definitionum non eſt proprium cum demonſtratione inueſtigari, quia definitionum immediatorum: Amplius ex dictis patet, quot modis definitio dicitur: quia duplex nominalis, & rei declaratiua: quæ vlterius quot modis ſubdiuiſa ſit. etiam patet, Inſuper ex dictis patet. quõ quid eſt atq; definitio demonſtrat hoc eſt quõ definitio eſt vtilis ad demonſtrationem: nã formalis definitio dicens ꝑꝑ quid, eſt vtilis, vt medius terminus: & quõ non eſt vtilis, quia formalis definitio non eſt vtilis, vt fiat concluſio demonſtrationis. Rurſus ex dictis patet quorũ G eſt definitio, quia incomplexorum, & quorum non eſt, quia non eſt complexorum. Adhuc patet ex dictis quomodo definitio ſe habet ad demonſtrationem: nam dictum eſt, ꝙ eſt demonſtratio poſitione differens. Demum patet ex dictis quõ contingit eiuſdem eſſe definitionẽ & demonſtrationem: quia ſecundum aliam atq; aliam rationem: nam alicuius eſt definitio inquantum definibilis. & eiuſdem eſt demõratio, inquantum demõſtrabilis: & quõ non contingit, quia eiuſdem eodem reſpectu non eſt definitio & demonſtratio. Sed circa hæc dubitaret quiſpiam: quia Philo. dicit duas definitiones, dicentem quid, & materialem: & dicẽtem propter quid, & formalem: definitio data per agens & per finem, quæ definitiones ſunt: Vtrũ formales an materiales. (Dubitatio.)

Quæ Linc. Robertus Linconiẽſis cognomẽto Groſſateſta, H tradit definitionem oẽm eſſe aut formalẽ, aut materialem: & dicit eam quæ dicit finalem cauſam, eſſe formalẽ: quia finis operatio eſt ab ipſa forma egrediẽs Eam vero, quę dicit agẽtem cauſam, aſſerit eſſe materialem, quia agens potius in materiam reducitur, quia vtraq; cauſa vnde motus principium eſt. Sed hoc non placet: quia licet forma, finis, & efficiens, vt ſecundo lib. Phy. dicitur, multoties concidant in idem nunquam tamen agens venit in ſpeciem materię. Alij vero dixerunt agentẽ cauſam, & finem reduci in formam: & ita definitiones illæ formales dici poſſunt. Sed eadem ratione definitio dicens materiam dicetur formalis: quia materia reducitur ad agentem cauſam, vt. 2. Phyſi. E dicitur. Ego vero in verbis Ariſt. non legi quæ ſit formalis definitio, & quæ ſit materialis. Sed dicit aliquam eſſe dicentem quid, aliquã vero cauſalem dicentem ꝑꝑ quid. Propterea ſaluo meliori iudicio, dicerem oẽm definitionem dicentem cauſam quamuis eſſe formalem, modo ſit quietans, & faciens propoſitiones immediatas. Vnde ſiue detur per materiam, ſiue per formam, ſiue per quamuis cauſam ſiue ſimul, ſiue ſeorſum, modo faciat propoſitiones demonſtrationis immediatas, formalis dicẽ definitio. Vnde cauſalis definitio &, formalis, & dicens propter quid idem eſt. Cur vero oĩs talis, quæ dicit cauſam, dicatur formalis, arbitror eſſe, quia forma dicitur oẽ declaras, & alio notius. Definitio vero dicens quid (vt genus & ſubiectũ) verbi cauſa ſonus in nubibus: dicitur materialis: q̃ omne declaratum & ignotum poteſt materia dici reſpectu declarantis & reſpectu notioris. Præterea genus & ſubiectum alicuius paſsionis ſemper ſunt materiæ, in quibus paſsio illa fit. Fateor tñ Ariſto. in hoc definitionum numero nec materialis definitionis, nec formalis meminiſſe. Melius autẽ res hæc patebit per ea, quæ Ariſtot. dicet poſtea.

Refutatio. Tex. cõ. 7. Alia ſolut. Refutatio. Tex. cõ. 26. Propria ſo. Quare oĩs definitiõis quæ dicit cam dicatur formalis & quæ dici quid materialis.

ARGV. *Cum autem. tum arbitremur ſcire cũ cognoſcimus cauſam. quatuor vero cauſæ ſunt. vna quidem quidditas, alia aũt quæ cum ſint hoc eſſe neceſſe eſt, & tertia quę primũ mouit, & quarta gratia cuius cætera fiunt omnes hæ per demonſtrationis medium oſtenduntur.*

DILVCI. *Quoniam autem ſcire opinamur, cum ſcimus cauſam: cauſæ autẽ quatuor ſunt. Vna quidem quod quid erat eſſe, Vna vero cum hec ſint, neceſſe eſt hoc eſſe. Alia autem, quæ aliquid primo mouit. Quarta vero, cuius gratia omnes hæ per medium oſtenduntur.*

Cõmẽ. 74. At nunc, ꝙ medium demonſtrationis ſit cauſa, vult declarare: quo fit, vt recte illud Themiſ. dictum ſit, medium cauſam, & definitionem idem eſſe. Accipit itaq; primo oẽs cauſas per medium oſtendi: & intelligit nõn ꝙ illæ per medium oſtendãtur, vt prædicata vel concluſiones. Sed ꝙ vnaquæq; ipſarum oſtendatur per medium, vt Philo. inquit, quia locum medij complet. Vel intẽduntur per mediũ, vt cointellectæ in demonſtratione, non vt intellectæ per demonſtrationem. Vnaquæq; enim cauſa oſtenditur per medium, quia nobis innoteſcit eius ratio in demonſtratione per rationem medij, inquit. Qm̃ autem ſcire opinamur cum ſcimus cauſam rei exiſtentiæ. Et cauſæ ipſæ quatuor ſunt. Forma, quæ dicitur quod quid erat eſſe: Materia, q̃ eſt de numero illarũ cauſarum, quæ cũ ſint neceſſe eſt hoc eſſe. & loquitur in plurali, propter effectus artificiales, qui non materia conſtant, ſed pluribus. Vel loquitur reſpectu proximarũ materierũ, ex quibus conſtant effectus naturales. nã licet prima materia vna oĩum ſit, eiuſdem effectus plures ſunt materiæ proximæ. Modo materia cõi poſita non neceſſario effectus eſt, ſed proximis materijs acceptis. & dixit ſignãter, quæ cum ſint neceſſe eſt hoc eſſe: quia res ratione materię eſt neceſſaria neceſsitate ſimpliciter, neceſsitas cæterarũ cauſarum eſt ex conditione, vt ſecundo Phyſico. dicitur. Tertia cauſa efficiens eſt, quæ eſt aliquod mouẽs, vel quæ aliquid primo mouet: & dixit primo, fortaſſe ad differentiã inſtrumentalium cauſarũ. Vel dixit primo, vt Phil. innuit, propter cauſas agentes ſecundarias. Quarta eſt

ta eſt finalis cauſa, quæ eſt cuius gratia cætera fiūt. Ideo concludit oēs has per mediū demſonis oſtendi: quia ſub ratione medij in demonſtratione indicantur propter qnod verbum perſonat potius ſimilitudinem, & accipitur pro ipſo vt: quaſi ſit ſenſus omnes has nobis patere in demonſtratione vt medium.

ARG Y. *Nam id quod cum ſit neceſſe eſt hoc eſſe, non eſt vna propoſitione ſumpta, ſed ſaltem duabus. Hoc autem eſt cum vnum medium habent. Hoc igitur vno ſumpto neceſſe eſt concluſionem eſſe.*

DILVCI. *Etenim id, quo exiſtente, hoc neceße eſt eſſe. Vna quidem propoſitione accepta non eſt, duabus autem ad minimum. Hoc aūt eſt, cum vnum medium habeant. Hoc igitur vno accepto concluſionem neceſſe eſt eſſe.*

Cōmē. 75. Quia Ariſt in proximo textu de materiali cauſa ita dixit, vna vero, quæ cum ſint neceſſe eſt hoc eſſe. Ideo nunc exponit quomodo hæc verba intelligenda ſunt. Poteſt enim intelligi ex materia aliquid ſequi. Vel vna propoſitione aſſumpta, vel duabus. ideo inquit. Etenim id, quo exiſtente, neceſſe eſt hoc eſſe, vna quidem propōne accepta, non eſt, quia ex vna propoſitione ſyllogiſtice nihil ſequitur, ſed neceſſe eſt, hoc, acceptis duabus propoſitionibus ad minus. Hoc aūt eſt, hoc eſt, dico aūt in duabus propōnibus cum propoſitiones habeāt vnum medium, in quo cōmunicant: nā hoc vno medio ſic in duabus propoſitionibus aſſumpto neceſſe eſt concluſionem eſt: ſed ſi in vna propoſitione aſſumeretur, nō eſſet concluſio neceſſario ſequēs. Similiter ſi duæ propoſitiones aſſumerentur nō in vno medio cōmunicantes, nihil ſequitur. Et, vt recte

San. Tho. Expoſitor īquit, hæc expoſitio in omnibus cauſis intelligitur: nō enim ex cauſa in vna propoſitione aſſumpta neceſſario cōcluſio ſequitur, ſed cum cauſa aſſumitur in duabus propoſitionibus.


Patet autem & hoc pacto, Cur rectus bis angulus eſt,


ARG Y. *qui in ſemicirculo deſignatur, quid cum ſit rectus eſt ille. Sit itaq; rectus A, Dimidium duorum rectorum B, angulus deniq; qui eſt in ſemicirculo deſignatus C. Vt igitur A, id eſt rectus competat ipſi C, id eſt angulo qui eſt in ſemicirculo deſignatus, cauſa eſt ipſum B. Nam duorum quidem rectorum dimidium æquale eſt ipſi A. Ipſum aūt C æquale eſt ipſi B. Angulus .n. in ſemicirculo ſignatus duorum rectorum dimidium eſt. Cum igitur B duorum rectorum dimidiū ſit, A competit ipſi C, quod quidem eſt rectum eum angulum eſſe, qui eſt in ſemicirculo deſignatus.*

DILVCI. *Manifeſtum autem & ſic, propter quid rectus eſt, qui in ſemicirculo eſt, quo exiſtente rectus eſt. Sit igitur rectus in quo A, medium duorum rectorum in quo B, qui eſt in ſemicirculo, in quo, C. Eius igitur, quod eſt A, rectum ineſſe C, quæ eſt in ſemicirculo. Cauſa eſt B. Hic quidem enim ipſi A æqualis eſt, C aūt ipſi B. duorum .n. rectorum medium eſt, B igitur exiſtente, medio duorum rectorū, A ineſt ipſi C, hoc autem in ſemicirculo rectum eſſe.*

Cōmē. 76. Exemplificat de his, quæ dixerat, & oſtēdit per exempla qūo per vnumquodq; genus cauſæ contingit demonſtrationem fieri. & primo in genere cauſæ materialis ponit exēplum, & quidem in mathematicis: ſupponit .n. angulum, qui eſt in cōcauo ſemicirculi, eſſe dimidium duorū rectorum: quod ex tertio lib. Euclidis demonſtrari poteſt, & nunc A ſupponatur: non enim exemplorum quærimus veritatem. Supponit ſecundo dimidium duorum rectorum eſſe rectum: quod illico patet, ſicut dimidium duorū palmorum eſt palmus, & duorum digitorum digitus. Tunc diſponit terminos, & inquit.

Dimidium duorum rectorum.





Manifeſtum eſt aūt & ſic ſcilicet per exēpla, quod diximus: dixit enim per vnumquodq; genus cauſæ fieri poſſe demonſtrationē. Ideo oſtēdit per exempla. Et primo in genere cauſæ materialis in mathematicis, & īquit. Propter quid rectus eſt is angulus, qui in ſemicirculo eſt. Vel ſup. tu, quid eſt illud, quo exiſtente rectus eſt is angulus, qui in ſemicirculo eſt. Rńdet per cauſam materialem, & diſponit terminos, & inquit. Sit igitur rectus, in quo A. hoc .n. C quæritur (vt maior extremitas de angulo) qui eſt in ſemicirculo. Mediorum duorum rectorū in quo B. Angulus vero, qui eſt in ſemicirculo, ſit in quo C. Terminis ſic diſpoſitis, eius igitur quod eſt A rectū ineſſe ipſi C, qui eſt in ſemicirculo angulus, cauſa eſt B, cuius rationē affert, & inquit. Hic quidem enim ipſi A æqualis eſt, conuertitur enim B cū ipſo A; nam oē dimidium duorum rectorū eſt rectum, & omne rectum eſt dimidium duorum rectorum, C aūt ipſi B æqualis eſt: conuertuntur enim ſimiliter, eſt enim C duorum rectorum dimidium, & è contra. Terminis ſic diſpoſitis, inquit, B igitur exiſtente medio duorum rectorum A ineſt ipſi C, hoc autem erat maior quæſita, ſ. angulum in ſemicirculo rectum eſſe. Quare demonſtratio patet: omne enim dimidium duorum rectorum eſt rectum. Et D qui eſt in ſemicirculo angulus, eſt dimidium duorum rectorum, ergo eſt rectus. ſed dices quomodo hæc demonſtratio eſt per materiam. Dubitatio. Patet ſolutio, Solutio. quia dimidium duorum rectorum eſt materia anguli recti: conſtat .n. rectus ex duobus angulis rectis, ergo dimidium duorum rectorū eſt pars recti, quod demonſtratur de angulo, quia eſt in ſemicirculo, & cum pars ſit totius materia iure hæc demonſtratio erit per materiam.

Quidditas autem eſt idem quod hoc, & eo ſane quia hoc ſignificat ipſa ratio. At vero quidditatem etiam cauſam eſſe mediam antea demonſtrauimus. ARG Y.

Hoc autem idem eſt ipſi quod quid erat eſſe, quod eſt ſignificare ipſam rationem. At vero & ipſius quod eſt, quod quid erat eße, cauſa demonſtratur media. DILVCI.

Com̃ẽ. 77. Sed dices medium cauſa. & definitio maioris extremi idem eſt, modo dimidium duorũ rectorum non eſt quod quid erat eſſe recti, quod demõſtratur: ergo hæc demonſtratio non eſt per cauſam aliquã. Rñdet dimidium duorum rectorum eſſe, quod qd erat eſſe maioris extremi, ſ. recti, non quidem (vt Philopo. inquit.) Subſtantifice atq; quidditatiue, ſed ſignificatiue: non. n dimidium duorum rectorũ eſt ſubſtantia recti, ſed ſignificatum recti. & ſic demonſtratio bona eſt, qm̃ mediũ eſt cauſa materialis, & definitio quid ſignificans ipſius recti, & medium, inquit. ❡ Hoc aũt, ſ. quod æquale eſt ipſi A & ipſi C, ſ. dimidium duorum rectorum, idem eſt ipſi, quod quid erat eſſe, non quidẽ ipſi quod quid erat eſſe, quod eſt ſubſtantia recti. nam tale quod quid erat eſſe aſsignatur per cauſam formalem, ſed ipſi quod quid erat eſſe, quod eſt rationẽ ſignificare, i. ipſi quod quid erat eſſe, quod eſt idẽ rationi ſignificanti, cum ſit cauſa materialis recti, quæ non poteſt eſſe, quod quid erat eſſe ſubſtantiale. Modo ipſius quod quid erat eſſe quod eſt idem rationi ſignificanti, cauſa demonſtratur medium, hoc eſt accipitur in demonſtratione vt cauſa media.

F

Alia expõ. Text. cõ. 5. Vel aliter exponi poteſt, quia dictum eſt in. 3. Metaphiſicæ, demonſtrationes mathematicas non fieri per materiam, ſed ſolum per formalem cauſam. Reſpõdet talem cauſam materialem concidere cum cauſa formali quæ eſt quod qd erat eſſe. Secus in phyſicis. Vbi cauſa materialis nunquam cõcidit cum formali. Cauſa vero quare in mathematicis cauſa materialis concidit cum formali eſt quia non demonſtrat mathematicus per cauſam formalem, quæ eſt altera pars compoſiti & perficiens materiam, vt facit phyſicus. sed per cauſam formalem, quæ declarat rem, modo materialis cauſa cum declaret rem, etiam formalis dici poteſt, & hoc ĩquit. Hoc aũt, ſ. medium quod diximus eſſe cauſam materialem recti, idem eſt ipſi quod quid erat eſſe, i. formæ ſignificanti rationem, i. declaranti rem, & non perficienti materiã. Modo & ipſius quod eſt quod quid erat eſſe, id eſt forma declarans rem̃ demonſtratur, id eſt accipitur in demonſtratione, vt cauſa media, &

G

Lection. xi. ſcdi huius. hæc expoſitio mihi placet. Poteſt & tertio exponi vt expoſitor inquit. Et non ab ratione. Vt legenti quæ ille dicit, patet.


ARGY. *Idem fit cũ quæritur propter quid aduerſus Athenienſes Perſicum bellum exarſit, qua cauſa fuit, vt Athenienſes bello vexentur, quia contra Sardes ipſi cũ Eretrienſibus irruerunt. Hoc .n primum mouit. Sit itaq; bellum A, priores irruiſſe B, Athenienſes C B, igitur priores inquam irruiſſe ipſi C, ideſt Athenienſes ineſt, A quoq; B ipſi competit. Medij nanq; laceſsiti bellum aduerſos eos agunt qui priores iniuriã intulerunt A. igit̃ id eſt bellum, vexariq; bello B ipſi ineſt, id eſt hiſce qui priores bellũ geſſere, B vero ipſi C, id eſt Athenienſibus ineſt. Hi nanq; tractare bellum cedere Medosq; laceſsiuere. Medium igitur & hoc in loco cauſa eſt, atq; ea quæ primum mouit.*

H

DILVCI. Præliari vt vexarẽtur bello. Cõmiſerũt Irruerunt. Cõmiſiſſe. Irruiſſe. *Idem autem, propter quid Medorum bellum factum ſit Athenienſibus, qua cauſa fuit præliari Athenienſes, quoniam in Sardes cum Eretrienſibus commiſerunt. Hoc enim mouere mouet primum. Sit bellum in quo A, prius commiſsiſſe B. Athenienſibus C, ineſt igitur B ipſi C: prius enim commiſiſſe Athenienſibus, A autem ipſi B. Debellari enim prius ineſt iniuſtis, ineſt itaque ipſi B A. Debellari prius incipientibus. Ipſum vero B ipſi ſiue Athenienſibus Priores enim inceperunt medum: itaque hic cauſa eſt primum mouens.*

Bellum. Prius cõmittẽtibus. Athéniẽbus.

A B C




Com̃ẽ. 78 Hoc exemplum eſt de demſone, cuius medium eſt cauſa effectrix, ſiue primum mouens. Sit igitur hæc concluſio. Athenienſes vexantur bello. Mediũ vero, quod eſt mouẽs, cauſa eſt, quia ipſi prius cum Eretrienſibus in ſardes irruerũt. Quo vero ad verba attinet. Medi ſunt populi Aſiæ vicini vero Parthis, Aſſyrijs, Perſis, & mari Hyrcano, qui olim regi Perſarum tributa impendebant. Athenienſes qui ſint, clarum eſt. Eretrienſes vero Euboiæ inſulæ populi ſunt. Sardes vero ciuitas in Lidia eſt, olim regia Creſi. Exemplum aũt ſignificat Sardes. & Medos confæderatos fuiſſe ex vna Athenienſes vero cum Eretrienſibus ex alia. inquit. ❡ Idem aũt ſup. fit cum quæritur, propter quid Medorum bellum factum ſit Athenienſibus, hoc eſt propter quid priſcum bellum aduerſus Athenienſes exarſit & exponit propter quid & cauſam idem eſſe, cum inquit. ❡ Quæ cauſa fuit præliari Atheniẽſes, ideſt q̃ cauſa fuit, vt Athenienſes vexaretur bello. Cauſam aũt aſſignans, inquit. ❡ Qm̃ in Sardes cum Eretrienſibus cõmiſerunt, id eſt prius irruerunt. Et ait hoc cauſam eſſe, quæ mouit primum Medos, vt bello Athenienſes vexarent. Prius ergo irruiſſe fuit cauſa mouens. His declaratis, conſtituit terminos, & inquit. ❡ Sit bellũ in quo A, prius cõmiſsiſſe, in quo B, Athenienſibus ſit C. Tũc patet ipſum B ipſi C ineſſe, hoc eſt prius cõmiſiſſe ineſt Athenienſibus. Athenienſes enim cum Eretrienſibus prius in Sardes irruerunt. Ipſum autem A ipſi B ineſt. Vexari enim bello ineſt prius iniuſtis, id eſt cõmittentibus iniuriã, qui iniuſte agunt. Quare ipſi B, quidem ipſum A ineſt. Hoc eſt debellari ineſt prius incipientibus, vel prius cõmittentibus iniuriam. ipſum aũt B ipſi C ſine Athenienſibus: nam Athenienſes priores inceperunt, ex hoc exemplo concludit mediũ eſſe cauſam primo mouentem.


Ea vero, quorum cauſa eſt id, quod alicuius eſt gratia, eundem ſubeunt modum, ceu propter quid deambulat, vt valeat. Cur domus eſt, vt conſeruetur ſuppelex. Nempe valetudinis deambulatio ſuppellectilis conſeruanda domus eſt gratia. Atque inter hæc propter quid poſt cænam ambulare oportet, & cuius oportet gratia, nihil intereſſe videtur. Sit itaq; deambulatio poſt cænã C, non natare cibum cum occupet locũ in quo eſt B, valere ſit A. Cõpetit igitur deambulationi poſt cænam id efficere, cibum inquam ſumptum in ore uentris non ſupernatare, atque idipſum ſanitatem conſeruet. Sic enim videtur B. Igitur cibum inquam haud natare C ipſi ineſt, ideſt deambulationi poſt cænam. At A valetudinem inquam conſeruare B ipſi cõpetit. Qua igitur eſt cauſa, vt A gratia cuius cætera fiunt ipſi cõpetat C, nempe B ipſum eſt, non ſupernatare inquam cibũ. Atque hoc eſt tanquam ipſius ratio

nam


nam A hoc aſsignabitur pacto. Cur autem B competit ipſi C. Quia ſanum eſt id nimirum eſt ſic inquam ſeſe habere. Verum mutentur ratiocinationes oportet, magis enim hoc pacto ſingula eluceſcent.

DILVCI. *Quorumcunq; vero cauſa eſt ipſum cuius gratia idem eſt iudicium. Vt propter quid ambulat? vt ſanus fiat. Propter quid domus eſt? vt ſeruentur vaſa. Hoc quidem gratia huius, quod eſt ſanari. illud vero gratia huius, quod eſt ſeruari, eſt propter quid autem oportet poſt cœnam ambulare, & cuius gratia oportet, differt nihil. Ambulare autem poſt cœna ſit C. Non eminere cibos in quo B. Sanari in quo A. Sit igitur ipſi poſt cœnam ambulare inexiſtens ipſum non eminere cibos iuxta os ventris. Et hoc eſſe ſanū. Videt̃.n. ipſi ambulare, quod erat C ineſſe B, quod erat non eminere cibos. Huic autẽ A quod erat ſanū eſſe.*





Qua igitur cauſa eſt, vt ipſi C inſit A, quod eſt ipſum cuius gratia, eſt B. Hæc autem (vt illius ratio eſt) A enim ſic demonſtrabitur, propter quid autem B ipſi C ineſt: quoniam hoc eſt ſanari, quod eſt ſic ſe habere. Oportet autem commutare rationes & ſic ſingula magis apparebunt.



Nunc de finali cauſa exempla ponit, & inquit.

Cōmẽ. 76. §Quorumcunque vero cauſa eſt ipſum cuius gratia, ideſt finis, idem eſt iudicium. Vt propter quid ambulat Socrates. Reſpondebitur, vt ſanus fiat. Vnde demonſtratio ſic componitur. Omne quod ſanum fieri vult, ambulat: Socrates ſanus fieri vult: ergo Socrates ambulat, demonſtratio eſt per medium, ꝙ eſt cauſa finalis. Aliud exemplum ponit, & inquit. Propter quid domus facta eſt, vt ſeruentur vaſa, ergo demonſtratio erit. Seruans vaſa factum Domus ſeruans vaſa: Domus ergo facta. Hæc ergo demōſtratio eſt cuius medium cauſa finalis eſt. Et hoc inquit. Hoc quidem igitur huius gratia, ꝙ

A eſt ſanari, vt ambulare Socratem. Illud vero gratia huius eſt, ꝙ eſt ſeruari vaſa, vt vaſa ſeruari finalis cauſa eſt domus factæ. Vlterius vult ponere aliud exemplum. & ideo ne ſit de verbis contentio nomina exponit, & inquit. §Propter quid autẽ oportet poſt cœnam ambulare, & cuius gratia oportet differt nihil. Et ita pro eodem habendum eſt propter quid & eius gratia. Terminis expoſitis, ponit exemplum, & inquit. §Ambulare autem poſt cœnam ſit C, non eminere cibos, ſit in quo B. Sanari ſit in quo A. Terminis diſpoſitis, docet demonſtrare, & inquit. §Sit igitur ipſi poſt cœnam ambulare inexiſtens ipſum non eminere cibos iuxta os ventris ita (vt propoſitio minor ſit) ambulare poſt cœnam eſt cibos non eminere, & hoc, ſcilicet B, ſit eſſe ſanum, & ita maior erit, non eminere cibos eſt ſanum eſſe. Nam terminis, & propoſitionibus ita cō

B ſtitutis, videtur ipſi ambulare, ꝙ erat C ineſſe B, ꝙ erat non eminere cibos, huic autem ſcilicet ipſi B inerat A, quod eſt ſanum eſſe erit ergo demonſtratio, omne C eſt A, qm̃ omne ambulare poſt cœnam eſt ſanum eſſe. Colligit deinde qualis nam hæc demonſtratio ſit, & inquit. §Quę igitur cauſa eſt, vt ipſi C inſit A ipſum, ꝙ eſt cuius gratia. Reſpondet cauſam eſſe, quia eſt B, quare cibos non eminere cauſa eſt ipſius A, ideſt ipſius ſanum eſſe, hoc autem ſcilicet B ipſius prædicati, videlicet A, ꝙ erat ſanum eſſe, non eſt definitio; ſed vt illius ratio, & ita quaſi definitio. Et ita patet B eſſe cauſam ipſius A nō ſimpliciter, ſed quaſi rationẽ eſſe illius. Propter quid autẽ B ipſi C ineſt: qm̃ eſt ipſum ſanari, quod ſic ſe habere eſt, & ita A & B ſunt inuicẽ cauſæ: nam B eſt cauſa ipſius A, vt efficiens, A vero ipſius B, vt finis.

C Sed dices, ſi ita eſt, exemplum non reſpondet propoſito. propoſuit enim dare exemplum in demonſtratione, cuius medium eſt finis, & dedit demonſtrationem, cuius medium eſt effectrix cauſa. Reſpondet, & inquit. Oportet autem commutare rationes, ſ. vt conuertatur maior: nam maiore conuerſa in terminis, ſic ſingula magis apparebunt ad propoſitum, erit enim demonſtratio, cuius mediū erit cauſa finalis. Sic locum iſtum intellexit Philo. ſm̃ alteram eius expoſitionem. Aliter etiam exponi poteſt, & fortaſſe melius, & magis ad verba. Dicemus enim Ariſt. 1. dare exempla in cauſa finali, cum inquit. Quorū vero cauſa eſt ipſum cuius gratia, idem eſt iudicium in demonſtrando: nam medium etiam eſt propter quid, vt de alijs cauſis dictum eſt. Et ponit duo exempla in cauſa finali, cum Alia expō melior.

D inquit. Vt propter quid ambulat, ſupple Socrates ſiue Plato, vt ſanus fiat, ſit ambulans A ſanum eſſe B, Socrates C, & patet demonſtrationẽ eſſe per medium, quod eſt cauſa finalis. Secundum exemplum ponit (cum inquit.) Propter quid domus eſt facta vt ſeruẽtur vaſa. factum ſit A: ſeruari vaſa B, domus C: tunc verificat exempla, & inquit. Hoc quidem, ſ. Socratem ambulare eſt gratia huius, ꝙ eſt ſanari Et ita prima demonſtratio eſt per cauſam finalem. Illud vero. ſ. domum eſſe factam gratia huius eſt. ꝙ eſt vaſa ſeruari: & ita demōſtratio ſecunda etiā eſt per cauſam finalem. Sed dices, medium in demonſtrationibus talibus eſt cuius gratia, ergo nulla harum demonſtrationum eſt propter quid. Reſpondet, propter quid autem oportet Socratem poſt

cęnā

cænã ambulare.& cuius gratia oportet, differt nihil: ergo prima demonſtratio eſt propter quid. Similiter propter quid domus facta eſt, & cuius gratia facta eſt, differt nihil. Et ita ſecunda demonſtratio (licet medium ſit cuius gratia) erit propter quid: Hæc ſunt exempla cauſę finalis. Quæres vlterius vtrum vna cauſa poſsit per aliam demonſtrari, & ſi ſic, vtrum cauſa demõſtrans ſit definitio cauſæ demonſtratæ. Reſpondet cauſam finalem poſſe demonſtrari de aliquo per efficientem, & hoc per exemplum, & inquit. ❡ Ambulare autem poſt cænam ſit c, non eminere cibos in quo B, ſanari ſit in quo A. Terminis ſic conſtitutis, ſit ipſi poſt cænam ambulare, ſcilicet ipſi c ineviſtens ipſum non eminere cibos iuxta os ſtomachi. hoc eſt ipſum B: ita vt minor ſit hęc, ambulare poſt cænam eſt non eminere cibos iuxta os ventris, & hoc, ſcilicet B ſit eſſe ſanum, ita vt maior ſit, non eminere cibos eſt ſanũ eſſe, & ſequitur concluſio, ergo ambulare poſt cænam eſt ſanum eſſe: Nam vt inquit, videtur ipſi ambulare, ꝙ erat c, ineſſe B, ꝙ erat nõ eminere cibos. Huic autem. ſ. B A videtur ineſſe, quod erat ſanum eſſe ergo concluſio erit ambulare poſt cibum eſt ſanum eſſe. Ex his concludit finalem cauſam de aliquo demonſtrari poſſe per efficientem, & inquit. ❡ Quę igitur cauſa eſt, vt ipſi c inſit A, ꝙ A eſt ipſum cuius gratia, id eſt quæ cauſa eſt, vt finis demonſtretur de aliquo, ſcilicet A finis de ipſo c. Reſpondet cauſa eſt ipſum B, quod eſt cauſa effectrix. Ergo altera cauſa per alteram de aliquo demonſtrari poteſt. Quærebatur ſecundo. Vtrum cauſa demonſtrans poſsit eſſe definitio cauſæ demonſtratæ, & reſpondet. Hos autem ſcilicet cauſa demonſtrans vt ratio eſt illius, ideſt cauſæ demonſtratæ. Nam (vt Phi. inquit) non eminere cibos non eſt ſimpliciter definitio ſanitatis, ſed vt ratio. Non enim vna cauſa eſt ratio atque definitio alterius proprie. Et propterea dicit A, ꝙ ſanum eſſe, & cauſa finalis ſiẽ, hoc eſt per aliquid, ꝙ eſt vt ratio, demonſtrabitur è contra vero (vt propter quid B ipſi c ineſt propter quid ſimpliciter demonſtrabitur) qm̃ hoc eſt ſanari, ꝙ eſt ſic ſe habere (vt ſcilicet cibi non natent) & ita medium ꝙ eſt cauſa effectrix, quo demonſtratur finalis cauſa, non eſt definitio ſimpliciter ſanitatis, neque propter quid ſimpliciter è contra vero cauſa finalis bene eſt ſimpliciter propter quid cauſæ effectiuæ. Debes ſcire (vt Philop. inquit) aliquando nomina eſſe rationibus manifeſtiora, aliquando rationes manifeſtiores nominibus. Ideo Ariſto. inquit. ❡ Oportet autem commutare rationes manifeſtas ad nomina, & aliquando contra, & ſic ſingula, id eſt vtræque propoſitiones ſyllogiſmi magis apparebunt. Vel melius iuxta hãc expoſitionem, quia vſus eſt infinitis pro rationibus. Dixit enim non eminere cibos eſſe ſanari, & ambulare poſt cænam eſſe non eminere cibos, quę res eſt aliquatenus contra vſum, inquit. ❡ Oportet autem commutare rationes quæ ſumptæ ſunt per verba infinita, ad nomina, quia vbi dicebatur ambulare, dicere poſſumus, ambulans, & vbi dicebatur non eminere cibos, poteſt dici prohibens cibos, & vbi ſanari dicebatur, dicatur ſanum, & ita ſingulæ propoſitiones magis apparebunt. Hæc eſt expoſitio quæ mihi magis placet.

Nota.

E *Ordo autem generationis ac ortus verſo modo ſeſe habet in his & in mouentibus cauſis. In illis enim primo medium fiat oportet. In his autem C ipſum extremum primo deinde id vltimum gratia cuius cætera fiunt.* ARG.

TEXT.

Generationes autem è contrario hic, & in cauſis ſecundum motum, ibi quidem enim medium oportet fieri primum, hic autem ipſum C extremum, vltimum vero ipſum, cuius gratia eſt. DILVC.

Declarauit per quodlibet genus cauſæ fieri poſſe demonſtrationem, nunc vero de medijs quibus demonſtrationes fiunt, vt Themi. placet, talem differentiam ponit ꝙ trifariam medium in demonſtratione conſtituitur, aut vt prius ordine ipſo effectu, qui demonſtratur, aut vt poſterius ordine, aut vt ſimul: Prius ordine effectu demonſtrato eſt medium F ꝙ eſt cauſa effectrix, poſterius vero ordine, eſt medium, ꝙ eſt cauſa finalis. Simul denique eſt definitio, hoc eſt quid eſt, & ꝙ rei eſſe eſt. Et huius rei cauſa eſt, quia rerum generationes aliter fiunt ab ipſa mouente cauſa, aliter à finali cauſa, aliter à formali, & hoc inquit. ❡ Generationes autem è cõtrario hic, & in cauſis ſm motum fiunt. ergo ſupple & media quæ ſunt cauſæ illorum effectum, aliter ſe habent in demonſtrationibus: nam ibi, hoc eſt in demonſtrationibus effectuum cauſarum efficientium medium oportet ordine primum fieri, cum effectrix cauſa ordine effectu prior ſit: hic vero. ſ. in demonſtrationibus effectuum cauſæ finalis c, id eſt medium eſt vltimum ordine, atque effectu poſterius. Et per c intellexit medium primæ demonſtrationis. Propterea ſubdit. Vltimum autem ſupple intelligo illud, quod eſt cuius gratia, i. finis, G quod in proxima demonſtratione A appellabatur. Tacuit autem tertium medium, ꝙ ſimul eſt cum effectu demonſtrato, propter breuitatem, & quia intelligitur ex his duobus, accepit. Vel intellige ſic. Generationis aliter fiunt in cauſis, quæ agunt per motum, & aliter in cauſis finalibus, nam in cauſis, quæ agunt per motum, oportet medium fieri primum & ante effectum: hic autem. ſ. in cauſis finalibus ipſum c, vltimum, hoc eſt effectu, ſupple oportet fieri primum, & ante cauſam, vltimum autem ſup. dico cuius gratia. Phi. vero ſm ſecundam expoſitionem per generationes intelligit conſequentias ſyllogiſticas, & tunc eſt ſenſus. Generationes autem ſyllogiſticę contrario hic, ſ. in cauſis finalibus, & in cauſis ſm motum, i. effectiuis fiunt. In cõſequentijs enim ſyllogiſticis, quæ per cauſam mo- H uentem fiunt, cauſa præcedit effectum tempore, in conſequentijs vero ſyllogiſticis, quæ per cauſam finalem fiunt, effectus pręcedit cauſam, inquit. ❡ Generationes autem. ſ. ſyllogiſtice è contrario hic. i. in finalibus cauſis, & in cauſis ſecũdum motũ fiunt. Ibi quidem enim. ſ. in cauſis effectiuis mediũ oportet fieri primum. Hic autem, ſ. in cauſis finalibus ipſum c extremum, ꝙ eſt effectus; oportet fieri primum, ſed vltimũ, quod vltimo loco fit, eſt ipſum cuius gratia: hoc enim eſt, quod vltimo fit.

Com. 80.

Expoſitio. Themiſt.

Expoſitio. Phil.

Fieri autem poteſt, vt idem gratia ſit alicuius, & ex neceſsitate. veluti propter quid per laternam penetrat lumen. Etenim id quod minores habet partes, ſubtilioreſue neceſſario per meatus maiores penetrat, amplioreſue. Siquidem lumen ſit quia tranſit. & cuiuſnam gratia, vt ARGV.

nos

A *non deuiemus. pedeſque etiam offendamus. At vt eſt in hiſce quæ ſunt, ſic ne etiam eſt in hiſce quæ fiunt, vt ſi cum ignis extinguitur tonitat', neceſſe eſt ſtrepitus ſonuſque fiat. Et vt Pythagorici dicunt, terroris gratia quo pertimeant hi qui in tartaro degunt.*

DI LVCI. Tex 81.

Contingit autem idem cuius gratia eſſe, & ex neceſſitate'. Vt propter quid penetrat laternam lumen. Etenim ex neceſſitate diſgreditur, quod in parua eſt partibilius per maiores poros, ſi quidem lumen fit diſgrediendo. Et gratia cuius, vt non offendamus. Nonne igitur ſi eſſe contingit, & fieri contingit. Sicut ſi tonat extincto igne neceſſe eſt ſeptire, & ſonare. (Et quemadmodum Pythagorici dicunt) Minarũ cauſa ôis, qui tartaro ſunt vt timeãt.

Sizire Septire. Coin. 81. Continuatio.

Cum declarauit Ariſto. demonſtrationem fieri poſſe per vnumquodque genus cauſæ, nunc Ariſt. declarat vnum & eundem effectum poſſe per plures cauſas declarari atque demonſtrari. Et hoc ꝓponit, cum inquit. {Contingit autem idem, hoc eſt eandem rẽ eſſe, cuius gratia, i. eſſe per cauſam finalem, & ex neceſsitate, i. per materialẽ cauſam. Et hoc pacto exponit Phil. Et ponit exemplum, & inquit.} Vt propter quid penetrat laternam lumen. Ad hoc reſponderi poteſt per materialem cauſam, & per finalem. Et reſpondet per materialem, & inquit.} Etenim ex neceſsitate diſgreditur, ꝙ in parua eſt partibilius, per maiores poros. Hoc eſt qui tenuiſsimum lumen per minus tenues, & latiores poros vitri, videlicet aut laternæ ſiue pellis aut alicuius talium pertranſit. Hæc enim demonſtratio ex diſpoſitione luminis, & ex diſpoſitione laternæ procedit, & ita ex neceſsitate materiæ. Addit, ſiquidem lumen fit diſgrediendo, quia ſecundum veritatem lumẽ non eſt corpus, & ita non per poros pellis penetrat. Propterea dicit Siquidem lumen fit, C diſgrediendo, quia reuera non fit diſgrediendo. Lumen intra laternam contento non penetrando illuminat, ſed recepitur in diaphano vitro vel pelle ſeipſum per totum aereum Hemiſphærium multiplicando. Rurſus reſponderi poteſt, & per cauſam finalem, vt non offendamus, hoc eſt ne deambulantes noctu his, quæ ante pedem iacent: offendamus. Deinde ponit aliud exemplum (vt inquit Phi. vt reducat quomodo vna & eadem res fieri poteſt: & per finalem cauſam, & per materialem. Cum enim quæritur propter quid ſonat, ex cauſa materiali reſponderi poteſt, quia nubes ſeptit & ſonat. Tonitruum enim conſtat tanquam ex materia ex ipſo ſono & ſeptione. Ex cauſa vero finali reſponderi poteſt (inquit Pythagoras, vt timeant hi qui in Tartaro ſunt, inquit.} Nonne igitur ſi eſſe contingit, ſupple aliquem effectum ex cauſa finali, & materiali, fieri contingit etiam ex cauſa finali, & materiali, quaſi dicat ſic: & per ea quæ eſſe contingunt: intelligit effectus, qui permanentes ſunt, & aliquo tempore durabiles (vt illuminatio, & id genus) & per ea, quæ fieri contingit, intelligit effectus inſtabiles, qui paruo tempore durant, vt tonitruum, & id genus. Propterea dicit ſi eſſe contingit, i. ſi de effectu permanente contingit, quod dictum eſt, vt. ſ. per plures cauſas ſic: etiam de effectu non permanenti, ꝙ in fieri eſſe habet, contingit ipſum fieri ex pluribus cauſis, ſicut ſi tonat ex extincto igne, neceſſe eſt Sizire ſiue Septire, & Sonare. Et ita tonitruum vt ex materia conſtat ſeptione & ſono.

A Alij vero ſic intelligunt ſi tonat, neceſſe eſt ignem extingui in nubibus. Si autem extinguitur neceſſe eſt ſizire ſiue ſeptire, & conſequenter ſonare, modo ſonare eſt tonitrui materialis cauſa. Vel fortaſſe melius hoc exemplum eſt ad mentem Empedoclis, qui voluit ignem in nubibus extinctum eſſe materialem cauſam tonitrui, quare tonat vt ex cauſa materiali ſecundum Empedoclem ex ipſo extincto igne. Si enim tonat ex extincto igne, neceſſe eſt ſizire & ſonare, ſ. tonitruum effici, ideo materialis cauſa tonitrui eſt ignis extinctus. Quo vero ad verba attinet, ſizire græce latine eſt ſeptire, eſt autem ſeptire (vt cum extinguitur ferrum in aqua ſonare). Quæ vero ſit materia tonituri, & quæ effectrix cauſa, in meteorologicis declarauit Ariſ. Nõnulli vero dicunt hoc exemplum, ꝙ Ariſt. de tonitruo aſsignauit, fuiſſe exemplum, quo voluit eundem effectum demonſtrari poſſe per finalem, & per efficientem cauſam. Nam extinctio ignis effectrix cauſa eſt tonitrui. Et tunc exponunt verba ſic nonne igitur ſi eſſe contingit, id eſt contingit demonſtrari per cauſas, eſſendi, vt ſunt materia & finis, ita etiam contingit fieri, i. demonſtrari per cauſas fiendi, quæ ſunt effectiua, & finalis. Finalis. n. cauſa dicitur eſſendi, & fiendi. Propterea in vtroque exemplo intelligitur. Quæ expoſitio licet nõ conſonet verbis Ari. rem tñ propoſitam nõ variat. Quod vero reſponderi poſsit per cauſam finalem etiam oſtendit, cum inquit. Et (quemadmodũ Pythagorici dicunt) tonat Iuppiter minarum cauſas his qui ſunt in Tartaro, vt timeant: hæc enim cauſa finalis eſt ſecundum Pythagoricos: ſed ſecundũ Ariſt. cauſa finalis tonitrui eſt (vt aer expugnaretur ab exhalationibus) quæ aerem inficiebant: aer enim expurgatus viuentibus animalibus prodeſt.

Expõ. 1. exẽpli Ari. de cã tonitrui ſecũda tertia.

Verborum expõ.

Alia expõ aliquorum exemplo.

Qualis expoſitio.

ARGV.

Atque plurima talia ſunt, præſertim in hiſce quæ natura talia ſunt, & conſtant. Altera namque natura alicuius gratia facit, altera neceſsitate. Neceſsitas autem eſt duplex. Alia enim eſt ſecundum naturam, & appetitionem. alia violenta, quæ quidem eſt præter appetitionẽ. Hæ neceſsitates extant cũ lapis nunc ſurſum nũc deorſum mouetur. Nam tametſi neceſsitate lapis vtroque motu cietur, non eadem tamen neceſsitate.

DI LVCI.

Plurima autem huiuſmodi ſunt, & maxime in his quæ natura ſubſiſtunt, & conſtant. nam hæc quidem propter hoc natura facit. Illa vero ex neceſsitate. Neceſsitas autem duplex eſt, hæc quidem ſecundum naturam, & aptitudinem, hæc vero violenta, & contra aptitudinem, ſicut lapis ex neceſsitate ſurſum & deorſum fertur, ſed D *non propter eandem neceſsitatem.*

Cõmẽ. 82.

Cum declarauit effectum demõſtrari poſſe per plures cauſas, oſtendit qui ſint hi effectus, & inquit {Plurima autem huiuſmodi ſunt, qui per plures cauſas demrãri poſſunt. & dixit plurima, quia non oĩa. Ideo exponit, quæ ſint iſta plurima, & inquit. {Et maxime in his, quæ natura ſubſiſtunt, & conſtant, quales ſunt effectus naturales. Nam vna natura eſt, quę facit propter hoc: vt quoties id facit, per ſe, & non præter intentionem. Alia natura eſt q̃ facit ex neceſsitate, quia ꝑter intentionem. & ſolum ex materiæ neceſsitate, vt quę cauſaliter facit. Ex hac diſtinctione patet aliqua fieri propter finem, vt quæ natura facit, ſecundum propriam intentionem Aliqua ex materiæ neceſsitate, vt quæ natura

facit

Verborum expoſitio. facit præter intentionem. Quo vero ad verba attinet. Cum dicit. Hæc quidem propter hoc naturæ facit. Verbum hæc eſt fœminini generis in græco & conſtrui debet cum verbo natura. Verbum vero illa ſimiliter fœminini generis eſt, & eodem verbo conſtruendum. Sed quæris vtrum eadem fieri poſſint ex naturæ neceſsitate, & ex fine. Reſpondet Themiſtius multa talia vtraq; neceſsitate fieri poſſe, vt dentes, quorum primores acuti ſunt. Tum quod ex oſſe gignuntur tenuiore, tum gratia finis, vt cibo ſecando dirimendoque habiles ſint, alia quoque exempla aſsignat, vt legenti patet. Ex his patet quæ ſint illa, quæ pluribus cauſis demonſtrari poſſunt. Et quia dixit ex neceſsitate naturæ aliqua fieri, ideo neceſsitatem ſub diſtinguitur, & inquit. Neceſsitas autem duplex eſt. Hæc quidem ſecundum naturam & appetitudinem, vtpote quæ eſt ex conditione materiæ. Hæc vero violenta & contra aptitudinem, vtpote quæ eſt ſecundum cauſam mouentem. Cuius exemplum eſt lapis, qui ex neceſsitate & ſurſum & deorſum fertur, ſed non propter eandem neceſsitatem. Surſum enim fertur propter neceſsitatē agentis, à quo violenter mouetur, deorſum vero propter neceſsitatem naturæ atque materiæ, ex qua conſtat. Et (vt recte Philop. notat) Ariſt. hic neceſsitatem duplicem aſſumpſit, tamen in alijs quadrupliciter dixit neceſsitatem dici, vno modo ſimpliciter, ſecundo ex ſuppoſitione, tertio ſecundum naturam, quarto præter naturam, in alijs autem dixit quinq; modis ſumi neceſsitatem. Addit enim quintum modum pro vtilitate.

Dubiū Rñ. Thc.

Philopo. Quot modis neceſsitas accipiatur apud Ari. hic & quo in aliis locis. 5. Me. Tex. cōm. 6

ARGY. *In his autem, quæ proficiſci ſolent à mente, quædam nunquam ſunt à caſu, vt domus vel ſtatua, neque neceſſitate, ſed alicuius gratia: quædam ſunt etiam à fortuna vt ſanitas atque ſalus. Maxime vero in quibus fit, vt ſic & aliter ſeſe habeāt, cum generatio non eſt à fortuna.*

DI LVCI. *In his autem, quæ ſunt ab intelligentia, alia quidem ſi nequaquam ſunt ab eo, quod eſt per ſe fruſtra, vt domus, aut effigies neque ex neceſsitate ſunt, ſed propter hoc, alia vero à fortuna ſunt (vt ſanitas, & ſalus). Maxime autem in quibuſcunque contingit & ſic, & aliter, cum non à fortuna generatio ſit.*

Cōmē. 13. Declarauit Ariſto. quæ per plura media, nunc, quæ per vnum demonſtrentur, quæue per nullum & ponit talem diuiſionem, videlicet. Eorum, quæ fiunt ab intelligentia, i. à cognitione, & propoſito, alia fiunt ſolum propter hoc, alia vero penitus à fortuna. Fiunt autem propter hoc ſolum quæcunque nec præter intentionem fiunt, nec neceſsitate materiæ, vt domus, & effigies, & vir quæcunque arte conficiuntur. Quæ enim arte conficiuntur (vt Phi. inquit) nec ſponte fieri dicuntur. Id enim ſponte fit, quod ſine cauſa manifeſta fit, nec præter intentionem. Nullus enim domū aut ſtatuam ergit præter intentionem. Nec ex neceſsitate materiæ non enim ex lignis ſolis, & lapidibus ſolis ſine artifice domus fieri poteſt. Quare hæc quæ arte conficiuntur, ſolum propter hoc, hoc eſt propter finē aguntur. Patet ergo eorum, quæ fiunt ab intelligentia, aliqua fieri ſolum propter hoc. Quo vero ad verba attinet. Intelligentia græce eſt διάνοια & pro cognitione, & propoſito intelligitur. Eorum inſuper quæ fiunt ab intelligentia alia fiunt, quæ fiunt à fortuna, vt ſanitas, & ſalus. Sanitas quidem in ægrotante per abſentiam medici, ſalus vero in naui per abſentiam gubernatoris, Affert autem conuenientiā inter hæc, quæ ab arte, & hæc, quæ à fortuna fiunt quod vtraque in contingentibus fiant (vt Phi. inquit).

Verborum expoſitio.

E

Verum ab arte fiunt contingentia, cum eorum factio non eſt à fortuna, ſed ab ipſa cognitione opificis, & hoc inquit. Maxime autē artificialia ſunt in quibuſcunque contingit ſic, & aliter, i. in contingentibus, modo talium contingentium generatio atque productio non ſit à fortuna, ſed ab intelligētia. Patet ergo eorum, quæ fiunt alia fieri à natura, alia ab intelligentia, eorum vero quæ fiunt ab intelligentia, alia fieri ab ipſa arte, alia fieri à fortuna. Tunc. patet quæ pluribus medijs, quæ vno medio, ſ. fine, quæ nullo demonſtrantur. Naturalia quidem pluribus medijs demonſtrantur, quod pluribus è cauſis proficiſcantur, artificialia vno medio, quod è fine tm̄ exoriantur, fortuita vero nullo, quod ob nullam cauſam fiant. Hoc pacto textus iſte exponatur: non autem habemus à græcis expoſitionem, cum & quæ Philo. & Themi. dicunt, ad textus expoſitionem pauca ſint.

Diuiſio eorum q̄ fiūt.

F

ARGY. *Quare ſi finis ſit bonus, ea quæ ad illum conſequendū efficiuntur alicuius gratia fiunt. Es aut à natura, aut ab arte. A fortuna vero nihil cuiuſquā fieri gratia ſolet.*

DI LVCI. *Quare finis bonus alicuius gratia fit. & aut à natura, aut ab arte. A fortuna autem nihil propter aliquid fit.*

Cōmē. 14. Corollarium iſtud eſt, cum ſit pulchrum, & non ad rem, ſed quaſi extra propoſitū, quod à fortuna nullus finis bonus fiat ſed ſolū aut a natura, aut ab arte, probat: omnis finis bonus alicuius gratia fit. fortuna nihil facit alicuius gratia, ſed ſola ars vel natura. Ergo à fortuna nullus finis bonus fit, ſed

G

ſolum à natura vel fortuna. Dices theſauri inuentio non eſt bonum, certum eſt eſſe bonum, & tñ aliquando à fortuna fit. Fortaſſe bonum eſt, non tamen finis bonus, cū non ſit finis ſuffodientis vt fodiens eſt, ſed alia ratione eſt bonum.

Obiectio.

Solutio.


ARGY. *Eadem autem cauſa eſt in his quæ ſunt, & in his quæ fiunt, & in his quæ fuere, & in his item quæ fient, futuraque ſunt. Medium enim ipſum cauſam eſſe conſtat. Verum differentia quædam eſſe videtur. Eorum enim quæ ſunt, eſt, eorum quæ fiunt, fit, eorum quæ fuere, fuit, eorum denique quæ fient, erit. Nam vt hæc pateſiant exemplo, cum interrogamur cur fuit, vel fit vel erit, vel eſt, defectio lunæ, quia fuit, vel, fit vel erit vel eſt terra inter ſolem & lunā accommodatiſsime reſpondemus. Quid eſt glacies, & accipiatur aquam congelatam ipſam eſſe. Atque ſit aqua quidem C, congelata autem à cauſa*

H

deinde collocentur in medio quod ipſum occupat B abſentia penitus ipſius caloris B, igitur ipſis C ineſt A quoque B ipſi competit. Atque ſit glacies, cum ipſum B ſit, & fuit cum fuit, eritque cum erit. Ea igitur quæ hoc pacto eſt cauſa ſit, & eſt & fuit & erit vna cum eo cuius eſſe cauſa dicitur.

DI LVCI. *Eadem autem cauſa eſt & in his, quæ ſunt, & factis, & futuris, quæ quidem eſt his, quæ ſunt. Medium enim cauſa eſt. Prӕterquam in his, quæ ſunt, quæ eſt, in his quæ fiunt, quæ ſit his factis autem facta, futuris vero futura. Vt propter quid factus eſt defectus, propter id quod in medio facta eſt terra, fit autem propter id quod fit erit autem, propter id quod erit in medio, & eſt autem propter id quod eſt. Vt quid eſt cryſtallus, accipiatur iam quoniam aqua congelata eſt: aqua in quo C: Congelata in*

in quo A: Cauſa media in quo B defectus caloris penitus. Ineſt igitur ipſi C, ſquidem. B Huic autem congelatum eſſe quod eſt in quo A. Fit itaque chryſtallus, cum fiat B, facto eſt autem facto eſt. Erit autem futuro B. Sic quidem igitur cauſa & cuius cauſa eſt ſimul fit, fit cum fit & eſt cum ſit, & in eo quod factum eſt, & in futuro eodem modo.



Com. 15. Intentio huius partis eſt probare ꝙ idem medium ſit in his quæ fiunt, & in his, quæ facta ſunt, & in his quæ futura ſunt in rebus generalibus, & corruptibilibus, ꝙ eſt in his quæ ſunt, hoc eſt medium in rebus generalibus & corruptibilibus ita coæuũ eſt effectui qui fit, ſicut mediũ in rebus quæ ſunt. i. æternis, coæuum eſt rebus ipſis ęternis. probatur in rebus generalibus cauſa eadem eſt in his, quæ fiunt, & in his quæ facta ſunt, & in his quæ futura ſunt fieri quæ eſt in his quæ ſunt, i. in rebus æternis in rebus. n. æternis cauſa coæua eſt rei hoc pacto, ꝙ cum effectus eſt, cauſa eſt, dum effectus fuit, cauſa fuit dũ effectus erit, cauſa erit. verbi cauſa. Rotunditas cœli cum cauſa ita ſe habet, ꝙ dum eſt rotunditas eius cauſa eſt, dum fuit, eius cauſa fuit, dum C erit, eius cauſa erit, ergo eodem modo in his, quæ fiunt, & generantur, cauſa ſe habet: cum. n. effectus fit cauſa fit, cum effectus factus eſt, cauſa facta eſt, & cum futurus ſit, cauſa futura erit. Addit minorẽ, & inquit. {Medium. n. cauſa eſt, ergo medium in his, quæ generantur ita ſe habebit ſicut in his, quæ ſunt, quia cum effectus fit medium fit, & cum effectus factus eſt, medium factum eſt, & cum effectus eſt futurus, medium erit futurum. Veluti etiam in his, quæ ſunt. Sed dices non videtur cauſa eſſe eadem quæ eſt cum ipſo fieri, & cum ipſo facto, & cũ ipſo futuro fieri, cum cauſa quę eſt cũ fieri habeat eſſe actuale, cauſa aũt quę eſt cum futuro fieri habet eſſe potentiale, modo eſſe actuale & eſſe potentiale differunt valde, non ergo eſt idem. Reſpondet. Veruntamen in his quæ ſunt, videlicet in æternis, cauſa eſt, quæ eſt & ita defuit & erit, in his aũt quæ fiunt, cauſa eſt, quæ fit, in factis aũt, cauſa facta eſt, in futuris vero cauſa eſt futura, & ita vult in ęternis cauſam eſſe eandem numero, quia ſemper ea, quę eſt, coęua tñ, quia fuit & erit cum effectu.

In rebus gñabilibus cã ea dẽ ſpecie e ſt coæua effectiui.

In rebus generabilibus (vt inquit Philo.) cauſa eadem ſpecie coęua eſt effectiui: non. n. eadem numero cauſa eſt, quæ erat in potentia, & quę eſt in actu cum actus & potentia ſint differentiæ valde oppoſitę, eſt tñ eadem cauſa ſpecie, quia licet cauſa in potentia non ſit idem ſibijpſi in actu ſecundum numerum, eſt ſibiipſi eadem ſpecie. Poteſt tñ dici eſſe eandem numero cauſam, ſed priuatiuè. Sicut. n. Socrates generãdus ſibi ipſi genito idem numero eſt A priuatiue, quia nno alius eſt qui generatur, & qui erat generandus, ita quoque cauſa quæ eſt eius vt generandi, & eius vt geniti eadem eſt priuatiue, ꝗa non alia, ꝙ vero ſit eadem aut ſpecie, aut priuatiue per exempla exponit, & inquit. {Propter quid factus eſt defectus, propter id ꝙ in medio facta eſt terra. Fit autem defectus propter id ꝙ fit. Erit autem factus defectus, propter id ꝙ in medio erit facta terra: Simili ratione in his, quæ ſunt, qualia ſunt æterna effectus eſt (vt rotunditas cœli propter id quod cauſa eſt). Hoc eſt primum exemplum. Deinde ponit ſecundum, & inquit. {Vt quid eſt chryſtallus, accipiatur iam qm̃ aqua congelata eſt, dicit accipiatur, quia de eius eſſe quæſtio eſt Meteorologica. Verum pro exemplo accipiatur nunc ita eſſe. Et tunc aqua ſit in quo c, congelata vel conge B latum eſſe ſit in quo A: cauſa media ſit in quo B, videlicet defectus caloris penitus. Congelatur enim aqua & in duritiem vertitur ob omnimodam caloris euaneſcentiam. Igitur ineſt ipſi c aquæ B, ſ. defectus caloris penitus, huic autem B ineſt congelatum eſſe, qua ratione (vt inquit) chryſtallus fit, cum fit B facta eſt facto ipſo B, erit aũt facta ipſo B futuro fieri. Tunc recolligit maiorem, & inquit. Sic quidem igitur cauſa, & id cuius cauſa, eſt ſimul fit, cum fit effectus in rebus generabilibus: & eſt cum ſit effectus in rebus æternis, & in generalibus non modo cauſa fit, cum fit effectus: ſed in eo ꝙ factum eſt, cauſa facta eſt, & in futuro eodem modo cauſa futura eſt. Et tamen differentia aliqua inter coæuiternitatem cauſę cum effectu in generabilibus, & in ęternis, quia in generabilibus coęuiternitas cauſæ cum cauſato eſt reſpectu huius verbi fio, quia cũ C fit effectus, cauſa fit, & cum factus eſt, cauſa facta eſt, & cum futurus eſt fieri, cauſa futura eſt fieri. In æternis vero coæuiternitas cauſę & cauſati eſt reſpecti verbi ſum, es, eſt, quiã ſimul eſt, fuit, & erit cũ effectu. Prętereà (vt The. inquit). In generabilibus cauſa coæua effectui eſt formalis: hęc. n. non fit ante, nec poſt, ſed ſimul cum effecto, vt Ari. inquit. 12. libro primæ Philo. In ęternis quęlibet cauſa eſt coęua effectui, non ſolum formalis, ſed effectrix, & finalis, vt intelligenti patet. Hoc pacto textus iſte erit intelligendus. Phi. autẽ & The. licet verba expoſuerint, intentionem Ariſtot. ignorarunt. Alij nec verba Ariſt. nec intentionem apprehenderũt.

In generabilib' coæuiternitas cãæ cũ cauſato ẽ reſpectu huius verbi fio, ĩ æternis vero eſt reſpectu huius verbi ſum, es, eſt.

Cum igitur patet cauſas coæuas eſſe in generalibus & æternis eodem modo, & media cauſę ſunt.

Quæ expõ Philopon. The. & aliorum.

Media profecto, & in generabilibus & ęternis D eodem modo coęua erunt. Quod ſi coęua media cauſatis ſint. Patet demonſtrationes fieri poſſe à media ad cauſata categorice, & hypothetice. Sequitur. n. categorice aquam eſſe congelatam, quia eſt calore deficiens, & ſequitur hypothetice aquã eſſe congelatã, ſi calore deficit, & nõ modo à cauſa ad effectũ, ſed cõtra ab effectu ad causã, & totius rei huius cauſa eſt coęuiternitas medij cũ cauſato.

ARGV.

Sed in hiſce quæ non ſunt ſimul, ſit ne vt in continuo tempore. Quemadmodum nobis videtur alia aliorũ ſint cauſæ factum facti, fiens fientis, futurumque futuri.

DILVCI.

In his autem quæ non ſimul ſunt nunquid ſint in continuo tempore, ſicut videtur nobis alia aliorum cauſa eſſe, vt facti eſſe, altera facta. Et futuri, altera futura, Et eius, quod fit, ſi aliquid antea factum eſt.

pore neceſſario ſequens. Vt qm̃ hoc verum eſt dicere factum, ſ. fundamentum, hoc ſcilicet domum verum eſt dicere factum eſſe poſterius illo, ſ. tẽpore determinato: nam ex quo illud factum eſt tẽpore poſterius, in medio tempore falſum erit dicere hoc factum eſſe, altero iam facto: nõ. n. ſequitur ergo domus anno elapſo facta eſt, facto anno elapſo fundamento. Et ſicut dico de præterito eadem eſt ratio & de præſenti & de futuro.

ARGY. *Neq; quoniam hoc fuit, hoc erit. Medium. n. ſimul habeat ortum oportet, vt ſit factum factorum futurorumq́; futurum & cæterorum ſimiliter. Ad id quod fuit & id quod erit fieri nequit, vt ortum habeat ſimul.*

DILVCI. ὁμόχρονον Coelemẽtare ſimul tẽpore cõtẽporaneus. *Neq; quoniam hoc factum eſt, hoc erit. Medium enim ſimul genitum oportet eſſe, factorum factum, futurorum futurum cum his quæ fiunt fieri. Cum his quæ ſunt, eſſe. Sed futurum eſſe, & eſſe nõ contingit ſimul eſſe genita.*

Cõmẽ. 89. Dico nunquid cauſa, q̃ in præterito facta eſt, poſſit eſſe mediũ neceſſarium eius effectus, qui erit in futuro, vt fundamẽtum iã factum medium eius domus, quæ in futuro fiet, reſpondet. Neq; qm̃ hoc factum eſt, ſ, in præterito, hoc erit in futuro: non. n. quia fundamentum factũ eſt domus in futuro erit, Affert cauſam, & inquit. {Medium. n. homogonũ, hoc eſt contemporaneum oportet eſſe cum proprio effectu, vt factorum factum, futurorum futurum, cum his, quæ fiunt medium oportet fieri cum his effectibus, qui ſunt medium oportet eſſe. Aſsignat aũt cauſam Phil. qm̃ quod factum eſt, nunquã eſt cauſa futuri. ſed futurum eſſe, & eſſe vel fieri nõ ſunt homogona, hoc eſt contemporanea, vel coelementaria, ergo factum non poteſt eſſe medium neceſſarium ad effectum futurum.

ARGY. *Præterea fieri non poteſt, vt aut indeterminatum, aut determinatum ſit ipſum medium tempus. Falſum enim erit medio illud dicere tempore.*

DILVCI. *Amplius neque indeterminatum contingit eſſe tempus medium neque determinatum: falſum enim erit dicere in medio.*

Cõmẽ. 90. Occurres his, quæ dicta ſunt, ſi non licet ſyllogizare à cauſa facta ad effectum futurum ſm̃ abſolutum tempus, nunquid liceat ſyllogizare ſm̃ tẽpus determinatum (verbi cauſa) Heri fuit fundamentum, ergo poſt duos, aut tres dies fiet domus. Reſpondet Ariſto. hic, & inquit. {Amplius neq; determinatum contingit eſſe tempus medium inter cauſam factam & effectum futurum, ita vt fundamẽto facto, dici poſsit poſt duos aut tres dies fiet domus. Neq; indeterminatum: ita vt poſsit dici fundamẽto facto fiet domus, nulla temporis determinatione facta. Falſum enim erit dicere in medio, hoc quia in medio tempore contingit impediri, & illa contingit falſum eſſe.

ARGY. *Conſiderandum eſt aũt quid nam ſit quod continet, vt in rebus poſt factum eſſe ſit fieri. An patet facto fiens nõ hærere, nec enim facto factum etiam hæret. Sunt enim fines ac indiuidua. nam vt punctum puncto non hæret, ſic neq; facto factum. Ambo nanq; ſunt indiuiſibilia.*

DILVCI. Tex. 14. *Speculandum igitur quid eſt coniungens, vt poſt id, quod factum eſt ſit, fieri in rebus? An manifeſtum eſt, quod non eſt habitum cum factum quod fit. neq; enim factum cum facto. Termini enim ſunt, & Atomi. ſicut igitur puncta adinuicem non ſunt habita, neque facta: vtraque enim indiuiſibilia ſunt.*

Cõm. 91. Mouet Ariſt. circa ea, quæ dicta ſunt, quæſtionẽ non leuem. nã nos videmus poſtquam factum fundamentum, ſtatim fieri parietem: iterum facto pariete, videmus fieri domum. Ideo quærit Ariſt. (vt Philop. exponit) Quid eſt cauſa in tali rerum generatione, vt poſt factũ vnum ſit fieri alterius, ſic ordinate vſq; ad finem. Hæc. n. quæſtio nõ eſt leuis. [Expoſitio Philopo.] Quia non videtur materia facta prius, vt fundamẽtum cauſa ipſis fieri parietem. neq; factus paries cauſa ipſius fieri domum. Neq; agens videtur eſſe cauſa copulans factam cauſam cum fieri, ſcilicet factum fundamentum cum fieri parietem. Materia quidem non, quia materia non cauſat niſi mota: agens minime, quia agens poteſt impediri. Ideo quæſtio eſt nõ leuis de cauſa copulationis facti cũ ipſo fieri. Ariſt. ergo pro ſolutione præmittit primo factum nõ eſſe facto habitum & cauſa eſt, quia facta ſunt indiuiſibilia, modo vnum indiuiſibile nõ eſt alteri indiuiſibili habitum. Ariſtot. ergo primo proponit quæſtionem, cum inquit. {Speculandum igitur quid eſt coniungens, vt poſt, quod factum eſt, ſ. fundamentum, ſic fieri in rebus, cum materialis cauſa, nec effectrix eſſe poſsit. Pro reſponſione ergo præmittit factum non poſſe eſſe habitũ facto, & inquit. An manifeſtum eſt, quod nõ eſt habitum cum facto id, quod fit, & ita quæſtio ſupponit falſum, ſupponit. n. factum eſſe habitũ ipſi fieri, quærit cauſam huius copulationis. Modo falſum eſt factum eſſe habitum ipſi fieri. Quod vero factum ipſi fieri habitum eſſe non poſsit, probat, & præmittit primo factum facto non eſſe habitum, & inquit. {Neq; enim factum cum facto, ſupple habitum eſt, cuius cauſam affert, cum inquit. Termini enim ſunt & Atomi facta ipſa. Tunc quaſi reſumẽs probationem repetit ſuppoſitionem, & inquit. {Sicut igitur puncta adinuicem non ſunt habita, quia, ſ. ſunt indiuiſibilia, neq; facta ſunt habita: vtraq;. n. pũctum, ſ. & factum indiuiſibilia ſunt, non ergo factum facto habitum eſſe poteſt. Ex hoc vult habere factũ non eſſe cauſam copulatiuam ſui cum altero facto. Vt fundamentum cũ pariete, quoniam eam non poteſt copulatiua ſui cum aliquo eſſe niſi illi ſit habita, ergo fundamentum non poteſt eſſe cauſa copulans ſe cum pariete, & ita nec alterum factum cum altero, & per conſequens cauſa materialis prius facta (quam hic factum Ariſt appellat) nõ poteſt eſſe cauſa ſeipſam copulãs cum altero facto, & tota cauſa eſt. quia factum, vt dicitur 6. Phyſico. ſicut & mutatum momento cognoſcitur. Et cum indiuiſibile ſuapte natura nulli cõtinetur, nulliq; habitum eſſe poſsit, vt ibidem dictum eſt, iure factum facto nõ poteſt habitum eſſe. [A. te. 40. vſque ad. 50.] Debes ſcire habitum eſſe in minus, q̃ immediatum: qm̃ immediatũ non addit contactum, habitũ vero addit, & ideo non poſſunt aliqua eſſe habita, niſi ſe mutuo contingant. [Circa pri pium. Notandũ.] præterea ſecundum alios habitum includit ſitum, immediatum non. Ideo non poſſunt eſſe aliqua habita, niſi in ſitu aliquo collocẽtur. Quod ſi ita eſt, non ab ratione dictum eſt, factum facto nõ eſſe habitum, cum ſint indiuiſibilia tẽpore quæ & tactu, & ſitu carent in tempore.

ARGY. *Nec igitur ob idipſum facto fiens hærere poteſt. Fiens enim diuiſibile, factum indiuiſibile conſtat eſſe. Vt igitur linea ſeſe habet ad punctum, ſic fiens ad factum. Nam*

in eo quod ſit infinita ſunt facta. Magis autẽ de hiſce clarius eſt dicendum in vniuerſalibus libris de Motu.

DILVCI. *Neque igitur quod ſit, cum facto propter idem. Quod enim ſit diuiſibile eſt, factum autem indiuiſibile. ſicut igitur linea ad punctum ſe habet, ſic id, quod ſit, ad factum. ſunt enim infinita facta in eo, quod ſit. Magis autem manifeſtum in vniuerſalibus de Motu oportet dicere de his.*

Cõmẽ. 92. Præmiſſa ſuppoſitione, videlicet ꝙ factum nõ põt facto eſſe habitum, propter indiuiſibilitatem facti, per quam nulli poteſt eſſe habitum, nõ ex ſuppoſitione, ſed ex ratione, qua probauit ſuppoſitionem, deducit ſcđo factum non poſſe eſſe habitum ipſi fieri: nã cum factũ ſit indiuiſibile, nulli habitũ eſſe poteſt. pp ſui indiuiſibilitatem quia nec indiuiſibili, nec diuiſibili. Eſt enim indiuiſibile ſua indiuiſibilitate nulli habituabile, & hoc inquit. {Neq; igitur quod ſit, cum facto habitum eſſe poteſt propter idem, & ita non ex ſuppoſitione hoc deducit, ſed ex ratione, quæ ſuppoſitio ꝓbata fuit, propterea dicit propter idem, vt det intelligere ex probatione eſſe hoc deductum non ex ſuppoſitione. Et ꝙ ex ſuppoſitione nõ deductum ſit hoc, ſed ex ſuppoſitionis ratione, inquit. {Quod. n. ſit, licet ſupple diuiſibile ſit, & alicui habituabile, factum tñ quia indiuiſibile eſt: nulli habituabile eſt, quia neq; indiuiſibili, neq; diuiſibili, & ita nec ipſi fieri habituabile eſt. Deinde quaſi epilogãs rationem & id, quod ex ratione deducit. inquit. {Sicut igit̃ linea ad punctum ſe habet, ſic id, quod ſit ad factũ. nam in vno fieri infinita facta ſunt vt in vna linea infinita puncta, quare vt punctum non poteſt eſſe habitum lineæ propter puncti indiuiſibilitatem. ita nec factũ eſſe poteſt ipſi fieri habitum propter facti indiuiſibilitatem. Sed quia Sexto Phyſico. dictum eſt punctum eſſe immediatum lineæ, non tamen puncto (quia indiuiſibile poteſt eſſe immediatum diuiſibili) nõ tamen indiuiſibili. ne quis credat eodem modo factũ poſſe eſſe habitum ipſi fieri: ideo rem hãc ad 6. Phyſic. tranſmittit. Ibi enim declarabitur nõ eſſe ſimile, nec valere argumẽtum, hæc poſſunt eſſe immediata: ergo habita: qm̃ habitum addit contactum & ſitum, immediatum non, vt dictum eſt, & quia indiuiſibile ſua indiuiſibilitate nihil contangere poteſt, ideo nulli poteſt eſſe habitum. Poteſt tamen bene alicui eſſe immediatum, quia poteſt eſſe rei diuiſibilis terminus, atq; finis, & ꝑ conſequens, rei diuiſibili immediatus. Ex hac ſecunda concluſione vult habere fundamẽtum ipſum, ſiue cauſam materialem prius factam, nõ poſſe ſe copulare ipſi fieri: ita vt poſt ipſam ſit immediate ipſum fieri alterius rei, & ita Ariſto. ſolum declarauit negatiuã, quia ſolum expoſuit factum nõ poſſe eſſe habitum ipſi fieri, & per conſequens patet factam cauſam, quæ eſt materia, non poſſe eſſe ipſi fieri habitam, nec poſſe ſeipſam copulare ipſi fieri. Sed quid ſit copulans factum cum fieri. Themeſtius innuit tale copulans eſſe tempus: nam cum tempus continenti ſerie eſt: facit videri res, quæ modo fiunt, contineri cum factis. Cum enim omnis generatio ſit in tempore, & generatum atq; factum finis ſit generationis, qui finis eſſe non poteſt niſi momento. tempus ergo facit vt copuletur factum cum fieri: quoniam facit (vt fieri copuletur ſuo fini.) Et ita

Tex. cõ. 26. Tex. cõm. 2. Dubiũ. Rñ. Themi.

E licet factum non poſſit eſſe habitum ipſi fieri: poteſt illi copulari ſecũdum temporis ſeriem, eo modo quo finis tãdem copulat̃ ei, cuius eſt finis. Ego vero non intelligo hanc copulationem fieri á tempore ſine agente. ſed intelligo hanc fieri ab agente, quod in tempore tandem complet eius actionem. Ex his ſequitur, ꝙ licet nec factum facto, nec factum ipſi fieri habitũ eſſe poſsit, tamen per tempus põt fieri ipſum copulari facto eo modo, quo fieri copulatur immediate ſuo fini. Propria ſolutio.

De eo igitur ipſo quomodo ſeſe habet medium cum deinceps ſit generatio, hæc eo vſq; ſumantur. Nam & in his ipſis medium & primum neceſſe eſt medio vacare, velut A fuit cum ſit factum C. Antea autem fuit A, atque C principium eſt ex eo, quia propinquius eſt eo puncto, quod eſt principium tẽporis. Item C fuit, quoniam D fuit. F *Orto igitur D, neceſſe eſt C fuiſſe, C vero orto neceſſe eſt A prius ortum fuiſſe. Atque ſi medium hoc acceperis modo ad id tandem acceſſeris quod medio vacat.*

DILVCI. *De eo igitur quomodo cum eo quod conſequenter ſit generatione, ſe habeat media cauſa, in tantum acceptum ſit. Neceſſe eſt enim & in his primam & mediam immediata eſſe, vt A factum, quoniam C factum eſt: poſterius autem C factum, A autem prius eſt. Principium igitur eſt C, propter id, quod proximum eſt ipſi nunc, quod eſt principium temporis. Sed C factum eſt, ſi D factum eſt. Cum igitur D factum eſt, neceſſe eſt & A factum eſſe. Cauſa autem eſt C: D enim facto, neceſſe eſt C factum eſſe, C autem facto, neceſſe eſt A prius fuiſſe factum. Sic autem accipiens aliquod medium ſtabit alicubi ad immediatum.*


Cõmẽ. 93. His declaratis oſtendit quõ in talibus liceat demonſtrari, & primo epilogat. Et poteſt intelligi ꝑ G mediam cauſam, vno modo materiã ipſam, quam ſuperius factum appellauit. Nam dici hęc cauſa poteſt media, quia aſſumi poteſt vt mediũ ad demonſtrandum primum. Cauſa enim materialis poſterius facta accipi poteſt vt media ad demonſtrandum prius factum. Vt paries ad demonſtrandum fundamẽtum. Vel melius epilogus ſic intelligitur, vt intelligatur per cauſam mediã cauſam priorem quæ media dicitur, non (quia aſſumi poſsit vt mediũ) ſed quia mediat in generatione īter vltimo factum & primo factum. vnde inquit. {De eo igitur, hoc eſt de cauſa media, quo modo ſe habeat cũ eo, quod conſequenter ſ̃m generationem, in tantum acceptum ſit nam accepimus ipſam non poſſe habitam eſſe ipſi fieri. Sed quo modo liceat demonſtrari in talibus, ſubſcribit, cũ inquit. Neceſſe eſt. n. H in his primam & mediam īmediata eſſe. Et per primam intelligit maiorem extremitatem, quæ eſt prius factum: poſterius. n. factum poteſt eſſe immediatum medium ad prius factum, vt paries factus poſterius ad fundamentum prius factum. Propterea ſubdit, vt A factum, ſcilicet fundamentum, quoniam C factum eſt, modo C factum eſt poſterius ipſo A, & A factum prius ipſo C. Eſt. n. fundamentum pariete prius factum. Sed dices ſuperius dictũ eſt vnum factum non eſſe habitum facto. Modo dicit medium factum & primũ factum eſſe immediata. intelligas vel quia differentia eſt inter habitum, & immediatum, vt ſuperius diximus, vel quia (vt Themiſ. inquit.) Vltimo factum eſt finis præcedentiũ, & ſic licet præcedentia non ſint immediata vltimo facto

Dubiũ. Solutio

facto, vltimum factum ſemper eſt immediatũ proximo facto, vt paries fundamento, & domus parieti, cum finis ſemper his immediatus ſit, quorũ eſt finis. Ex his concludit quomodo fiat demõſtratio in talibus, & vult illam fieri poſterius facto in demonſtratione pro medio aſſumpto: nam licet hæc demonſtratio non ſit à cauſa ad effectum, eſt aliquo modo à cauſa finali, & principio, quatenus eſt ab eo, quod eſt proximum ipſi nunc, quod eſt principium vltimi effectus, & finis præcedentis effectus, inquit. {Principium igitur, & medium eſt c, ſ. paries. ppter id, quod proximũ eſt ipſi nunc, i. ipſi facto in nunc, videlicet ipſi domui, quod quidẽ nunc eſt principium temporis, in quo fiet vltimũ factum, ſ. domus. Propterea ſubdit, ſed factũ eſt, ſi D domus factum eſt. Erigit ergo demonſtrationẽ, & inquit.

B

Fundamentum. Paries. Domus.
A. C. D.



Cum igitur D factum eſt, neceſſe eſt, & A factum eſſe, cauſa autem media eſt C. nam D domo facto, neceſſe eſt C parietem factum eſſe, C autem pariete facto, neceſſe eſt A fundamẽtum prius fuiſſe factũ, ſic autem accipiens aliquod medium, ſ. quod ſit complete factum, ſtabit alicubi ad immediatum, quod ſcilicet primo factum eſt, non ſupponens aliud cõplete factum. Ex his patet in talibus demonſtrationẽ fieri ab effectu ad cauſam. Qui tñ effectus aliquo modo eſt principiũ quatenus ſe habet (vt finis reſpectu prius factorũ.) Verum de his poſtea.

ARGV. *An ſemper ob inſitionem medium cadet. Non enim factum facto hæret, vt diximus, attamẽ à medio incipiendum eſt, & ab eo quod nunc eſt primum.*

DILVCI. *Nunquid ſemper extra cadet, per infinitum: non. n. eſt habitum factum facto, vt dictum eſt. Attamen incipere neceſſe eſt à medio tantum, & ab ipſo nunc primo.*

Cõmẽ. 94. Sed quærit quæſtionem quæ videtur contra ea, quę dicta ſunt. Dictum eſt enim vnum factum non eſſe alteri facto habitum, & immediatum: at nunc dicit ſemper poſterius factũ eſſe immediatum ꝓximo facto, & inquit. {Nunquid ſemper extra cadit, ſ. factum poſt factum per infinitum, ſiue in infinitum, & videtur ꝙ ſemper. quia vt dictũ eſt, factum non eſt habitum facto. Reſpõdet hoc propoſitũ nõ tollere, quia ſiue procedatur in infinitum in factis, ſiue non, ſemper neceſſe eſt in demõſtratione talium incipere, quod eſt in ipſo nunc primo, ſiue illi ꝓximo: & procedetur ad prius factũ. Non curauit aũt explicare modũ, quo vnum factum, eſſet immediatum alteri, & quo non, quia in Sexto explicauit. Factum enim vt ibidem dicitur poteſt accipi pro facto cõpleto, quod dicitur factum in actu, & pro facto incompleto, quod dicitur factum in potẽtia. Loquendo ergo in factis in potentia factum facto non poteſt eſſe immediatum, quia inter quæcunq; duo talia mediat aliud factum in potentia. non. n. fieri põt fundamentum niſi prius fiat eius medietas, nec fieri põt eius medietas qui prius fiat illius

A medietatis medietas: & ſic in ĩfinitũ. In factis vero completis, factum eſt immediatum facto: quia paries fieri poteſt immediate poſt fundamentum, licet non ſimpliciter immediate, cum fieri non poſſit paries, quin prius fiat eius medietas: & iterum medietas medietatis in infinitum: bene ergo facto factum hic vult eſſe immediatum, quia loquitur de factis cõpletis ſuperius loquitur de factis incompletis. Et ſic, quæ dicit, bene dicta ſunt. Factũ facto mediatum & immediatum quo ſit.

ARGV. *Idem & in futuris ſeruandum eſt. Nam ſi verum eſt D fore, verum ſit prius oportet A, fore. Huius autem cauſa eſt ipſum C, Etenim ſi erit D, prius erit.*

DILVCI. *Similiter autem eſt & in eo quod erit. Si enim verum eſt dicere, quoniam erit D, neceſſe eſt prius verum dicere, quoniam A erit. huius autem cauſa eſt C.*

Lapides parabuuẽ. Pariȩs erit. Domus erit.
A. C. D.



Come. 91. Oſtendit & in futuris etiam demonſtrationem in talibus fieri ſemp à poſteriori ad prius. vt quoniam ſi domus erit, paries erit: & ſi paries erit, lapides parabuntur. Ergo ſi domus erit, lapides parabuntur. Inquit. {Similiter aũt demonſtratio fiet in eo quod erit, vtpote in futuris: quia ſemper à poſteriori proficiſcendũ eſt ad prius. Nam, ſi verum eſt dicere, quoniam erit D, ſcilicet domus, neceſſe dicere, qm̃ prius erit A, ſ. ꝙ lapides parabuntur. Huius aũt cauſa eſt C, ſcilicet quia paries erit. quia, vt inquit, ſi D domus erit, prius C, paries erit. Si vero

C

C paries erit, prius A erit, ſcilicet prius lapides parabuntur. Patet ergo in futuris eodem modo demonſtrationem fieri.

ARGV. *Similiter autem & in his ipſis infinitio diuiſionis extitit. Futurũ nanq; futuro non hæret. Atq; principiũ & in iis eſt ſumendum quod medio vacet. hæc autem in ipſis operibus ita ſeſe habent, vt diximus. Nam ſi domus extructa eſt, lapides inciſos fuiſſe neceſſe eſt. At id quamobrem; quia neceſſe eſt fundamenta fuiſſe, ſi domus eſt facta. Si vero fundamenta iacta fuere, neceſſe eſt lapides ante fuiſſe. Rurſus ſi domus erit, pari ratione lapides prius erunt. Quod quidem per medium modo demonſtratur eodem. Iacientur enim antea fundamenta.*

DILVCI. *Similiter autem & infinita eſt deciſio & in his. non enim erunt futura habita adinuicem. Principium tamen & in his ſine medio accipiendum eſt. Habet autem ſe ſic res in operibus, ſi facta eſt domus, & neceſſe eſt & deciſos eſſe lapides: & factum eſſe hoc propter id eſt, quoniam neceſſe eſt fundamentum eſſe, ſiquidem & domus facta eſt. Sin autem fundamentum factum eſt, prius lapides eſſe factos neceſſe eſt. Iterum ſi erit domus, ſimiliter prius erunt parietes. (Demonſtrantur autem & per medium ſimiliter.) Erit enim fundamentum prius.*

D

Cõm. 96. Sed cõtra obiicit, quia & in futuris diuiſio factorum erit in infinitum: ergo non poſſumus procedere ab vno facto ad aliud factũ, niſi ſemper mediet aliud: quare demonſtratio in talibus nõ poteſt eſſe per immediata, inquit. Similiter aũt & infinita eſt deciſio & in his futuris. Non enim, vt inquit, futura erũt adinuicẽ habita: quin ſemper mediet aliud factum. Reſpondet & inquit. {Principium tamen

& in his, vt in præteritis, ſine medio accipiendum E eſt. quaſi dicat, φ ſiue procedatur in infinitum in futuris factis, ſiue nõ, principium tamen quo ad nos ſine medio accipiendum eſt. nam quo ad nos illud eſt principium, quod eſt apud nos primo factum: & tu intelligas illud eſſe primo factum quo ad nos, quod eſt cõplete quo ad nos primo factum, & non in potentia, quia ſic non datur primum. tale enim primo factum complete accipiendum eſt ſine medio, ita vt factum ſit primo, & nullum aliud cõplete factum præcedat. Et ponit exẽplum in factis de præterito, cum inquit. Habet aũt ſe ſic res in ope-

Deciſi lapides. Fundamentũ. Paries. Domus.

A. B. C. D.



ribus, hoc eſt in factis completis. vt ſi facta eſt domus, neceſſe eſt & deciſos eſſe lapides: & factũ eſt hoc, id eſt, & deciſi ſunt lapides propter quid eſt, i. ꝓpter id eſt: qm̃ neceſſe eſt fundamentum factum eſſe, ſiquidem & domus facta eſt. Sin aũt fundamẽtum eſt; prius lapides eſſe factos neceſſe eſt: & ita in præteritis. in futuris vero ſimiliter, verũ ſi erit domus ſimiliter prius erunt parietes {Demonſtratur aũt & per medium ſit hoc, quia erũt parietes: qm̃ erit fundamentum prius. Ergo à primo ad vltimum, ſi domus erit, paries erit, ſi paries erit, fundamentũ erit: ſi fundamentum erit, lapides erũt: quare ſi domus erit, lapides erunt. Tu vero hæc intellige, vt ſuperius diximus. Diximus. n. ſuperius facta ſiue in futuro fieri, ſiue in præterito ſumantur, in potentia ſiue incõplete eſſe infinita, actu vero ſiue cõplete ſumpta, eſſe finita. Quare, vt incomplete ſumuntur, nõ poſſunt eſſe immediata: quia quibuſcũq; duobus factis acceptis inter ea mediat factum, vt vero ſumũtur cõplete, poſſunt eſſe immediata. hoc pacto poteſt demõſtratio in talibus ex immediatis eſſe. Dubitatio. ſed quæres, vtrum demõſtratio ab vltimo facto ad prius factũ ſit à cauſa, an ab effectu. Solutio. Et dicẽdum vltimo factũ vno modo eſſe effectum præcedẽtium. alio modo cauſam, eſt effectus præcedentium, quatenus præcedẽtia ſunt cauſæ in genere cauſæ materialis & efficientis illius, eſt vero effectus in genere cauſæ finalis. Eſt aũt finis præcedentium, inquantũ eſt in ipſo nunc, quod eſt finis præteriti, & principium futuri. Factum vero medium, inquantum eſt principium atq; cauſa, inquantum eſt propinquius primo, vt paries inquantum eſt propinquior domui, quare erit pręcedẽtium finis, ſubſequẽtium vero finis. Et hoc intellexit Ariſto. cum inquit. Attamen a medio incipiendũ eſt, ſ. completo & actu, & ab ipſo nunc primo, hoc eſt indiuiſibili & finali termino, qui eſt in ipſo nunc: hæc mihi videntur. Philop. vero & Simplicius non bene, vt mihi videntur, expoſuerunt. Tu vero quæ ipſi dixerunt bene perlibra.


Sed quoniam in hiſce, quæ fiunt generationem quandam modo circuli conuerti videmus. fieri poteſt, vt idipſum ſit, ſi mediũ, & termini mutuo ſe ſequantur. In iis. n. conſiſtit ipſis conuerſio. Atque idipſum in ſermonibus primis oſtendimus, conuerti inquam ipſas concluſiones. hoc eſt. n. circuli modo ratiocinationem conuerti. ARGV.


Quoniam aũt videmus in his, quæ fiunt circulo quandam generationem eſſe, contingit hoc eſſe, ſiquidem conſequantur ſeſe ad inuicẽ medium & extrema. in talibus. n. conuerti eſt. Oſtenſum eſt autem hoc in primis; quoniam conuertuntur concluſiones. Circulo autem hoc eſt. Tex. 15. DILVCI.

Cum oſtendit quõ licet demonſtrare in his cauſis, quæ effectũ præcedunt, & in his quæ ſimul ſunt cum effectibus, & quõ medium in talibus vtriſque eſt ordinandum, nunc oſtendit quomodo demonſtratio fiat in his, quorum alterum eſt alterius cau F ſa, & è contra. Sunt enim quædam quorũ alterum alterius eſt cauſa, & è contra. Vt homo eſt cauſa hominis, & è contra, & vt depluta terra, cauſa deplutæ terræ, & è contra, & inquit. {Quoniam aũt videmus in his quæ fiunt eſſe quandam generationem circularem, hoc modo, quòd alterũ alterius ſit cauſa, vt A ipſius B, & B ipſius A, etiã cauſa eſt, propter hanc circularẽ generationem, quam in rebus experimur, contingit ſimili ratione in demonſtratiuis hoc eſſe, ſcilicet circularem oſtenſionem. contingit dico circularem oſtẽſionem in talibus, quæ circulo generantur: ſiquidem medium & extrema ſeſe inuicem conſequantur, hoc eſt ſi mutuo conuertantur. Vbi enim medium & extrema circulo non conuertuntur, etiam ſi talia circulo fierent, circularis demonſtratio non fieret. Vel aliter intelligit, vt legatur ſiquidem pro quia: & tũc eſt ſenſus, quo G niam videmus in his, quæ fiunt, generationem aliquam fieri circulo. hac de cauſa cõtingit hoc idem eſſe in demonſtratione, ſcilicet vt circulo fit: ſiquidem, pro quia, in talibus circulo factis, medium & extrema adinuicem ſeſe mutuo conſequãtur: quoniam in his, vt inquit, eſt conuerti, vt per exempla demonſtrabit. Nec hoc eſt nouum: quoniã in prioribus oſtenſum eſt concluſiones conuerti ad propoſitiones & propoſitiones conuerti ad concluſiones: hoc autem quod eſt conuerti cõcluſiones, ad propoſitiones, & propoſitiones ad concluſiones eſt circulo demonſtrari. Quare patet in talibus, quæ circulari generatione generantur, circularem fieri demonſtrationem, & ita patet quomodo demonſtratio fiat in his, quorum alterum alterius cauſa eſt, & è contra. De hoc vide. 2. pr. c. 1

H *In rebus autem ipſis hoc videtur fieri modo humida facta pluuia terra vapor neceſſe eſt oriatur. Quo quidem orto nubem conſtare neceſſe eſt. Qua facta fieri aquam. Qua orta, terra pluuia neceſſe eſt humectetur. Hoc autem id erat quod initio ſumpſimus. Quare modo circuli conuerſio fuit, Quicquid enim ex hiſce ſumpſeris, aliud ſequitur quidem cum ſit aliud. Quod quidem cum ſit, aliud item eſt. Quod rurſus cum ſit, primum ipſum emergit.* ARGV.

In operibus autem videtur ſic. Depluta terra, neceſſe eſt vaporem fieri: hoc autem facto, nubem: hac vero facta, aquam: hac vero facta, neceſſe eſt terram deplutam eſſe. Hoc autem erat ex principio, quare circulo circuit. Vno enim horum quouis exiſtente, alterum eſt, & illo, aliud, & hoc, primum. DILVCI.





Cōmē. 98. Aſſumpſit in his, q̃ fieri videmus aliqua circulo fieri, ita vt alterū alterius cauſa ſit, & è contra, nūc oſtendit talem generationē circulo fieri in aliquibus p exemplū, & inquit. {In operibus aūt videtur ſic: quaſi dicat, non ſolum verbo patet aſſumptum, ſed opere, & ponit exemplū, qm̄ depluta terra, neceſſe eſt vaporem fieri. hoc aūt facto & in ſublimi collocato, neceſſe eſt nubem fieri. }hac iterum genita, neceſſe eſt aquam gigni. facta iterum aqua, neceſſe eſt terram deplutam eſſe. Quod quidē à principio (vt propoſitio) aſſumebatur, & cauſa: nunc aſſumitur (vt concluſio) & effectus. Verificato aſſumpto, repetit q ex aſſumpto ĩtulerat, & ĩquit. {Quare circulo circuiuit generatione, & ita demonſtratio. Nam vno horum quouis exiſtente, alterum quoduis eſt. Nam depluta terra exiſtēte, erit qđuis eorum, quæ in exemplo aſſumpta ſunt. & illo è contra exiſtente, alterum iterum quoduis erit. & hoc exiſtente, quouis eorum erit primum. Quarę medium & extrema conuertuntur, & ita demonſtratio circularis. Sed occurres, quia primo huius demonſtratio circularis reprobata eſt hoc modo

Dubiū. t. 6. cōm. 35. facta. Nam ſi ex terra depluta demonſtretur terra depluta, non plus haberetur ex tali demſ̃atione,

Solutio. Iuniorum Sā. Tho. q̃ ſi hoc eſt, hoc eſt: & ita facile eſt oīa demonſtrare. Iuniores dixerunt hoc fieri poſſe propter differentiam numeralem: nā terra depluta, & terra depluta differunt numero. Quā tem expoſitor T ho. affirmat dicens, non fieri reditum ad idem nume-

Cōfutatio. ro, ſed ad idem ſpecie. Sed cōtra, quia ſi reditus eſt non ad idem numero, ſed ad idem ſpecie, tunc, demonſtratio eſſet ſingularium, tā vt per quæ, quam vt quorum. Eſſet enim ſingularium per quæ, quia ſingularia demonſtranti, & quorum, qua ſingularium eſſet demonſtratio. Depluta enim terra, quæ demonſtrat. differt numero à terra ipſa depluta, q̃ demonſtratur: ergo demonſtratio eſſet à ſingulari

Quæ Ariſt. Tex. 6. c. 31 ad ſingulare. Ideo primo huius Ariſtote. negauit contrarias & conceſsit ſubcontrarias. Negauit .n.

A illa omnium eſſe demonſtrationem circularem, & illam nullorum eſſe demonſtrationem circularem, conceſsit vero aliquorum eſſe, aliquorum non eſ- Addubitā ſe. Aliquorum quidem eſſe, vt inquit, quia eorum, quorum generatio eſt circularis, tunc poſſem dicere non eorum quorum generatio eſt circularis aliquorum vero non eſſe, vt aduerſando his, quæ primo huius dixi, demonſtrationem talem eſſe in ſingularibus ſm rem, ſed vt vniuerſaliter concipiuntur. Terra enim depluta vniuerſaliter cōcepta cauſa eſt terræ deplutæ vniuerſaliter conceptæ: licet vtraq; ſit ſingularis ſecundum rem, nec abſurdum arbitror de ſingularibus, & per ſingularia hoc modo demonſtrationes circulares eſſe. Nam licet demonſtrans & demonſtratum ſolo numero differant, intellectus tñ illa conſiderat vniuerſaliter.

B Tu vero lege quæ primo huius diſputauimus. Tex. 16.

ARGY. *Sunt autem rerum nonnullę, quæ fiunt vniuerſaliter, ſemper .n. et oēs aut eodē modo ſeſe habēt, aut eodem fiūt pacto. Nonnullæ ſunt rurſus, quæ ſemper quidē non fiunt eodem modo, fiunt tamen plerunq;. nam non omnis quidem mas homo barbam emittit, fit autem plerūq;, vt homo mas barbam emittat. Talium igitur & medium eſſe plerunque neceſſe eſt. nam ſi tam A de B, quam B de C, vniuerſaliter prædicetur, & A de C neceſſe eſt & ſemper, & de quolibet prædicari. Id enim eſt vniuerſaliter prædicari, & de omni ſemperq; dici. At ſupponebatur A plerunq; de C prædicari. Neceſſe eſt ergo medium etiam ipſum B, conditionem eandem ſubire, ac eſſe plerunque. Erunt igitur & eorum, quæ ſunt plerunque ea principia vacantia medijs. quæ plerunque ſic ſunt vel fiunt.*

Sic verbū interptis eſt. τεύχει Emittit pilis barbam aſficit.


DILVCI. *Sunt autem aliqua quidem, quæ fiunt vniuerſaliter. Semper enim aut in omni, aut ſic ſe habent, aut fiunt.*
C *Alia vero ſemper quidem non, ſed vt in pluribus ſunt, vt non omnis homo maſculus barbam emittit, ſed vt in pluribus. Talium igitur & neceſſe eſt medium vt in pluribus eſſe. Si enim A de B prædicatur vniuerſaliter, & hoc de C vniuerſaliter, neceſſe eſt A de C ſemper, & de omni, prædicari. Hoc eſt enim vniuerſaliter, & de omni, & ſemper, ſed ſuppoſitum eſt vt in pluribus eſſe: neceſſe eſt ergo & medium vt in pluribus eſſe, quod eſt in quo B: Erunt igitur & eorum principia, vt in pluribus ſine medio, quęcunque, vt in pluribus ſic ſunt, aut fiunt.*

Com. 99. Oſtendit non eodem modo ea quæ ſemper ſunt demonſtrari, & q̃ non ſemper ſunt. Et primo prætermittit diuiſionem eorum quæ fiūt, ſiue eorum quæ ſunt. & diuiſio debet ſic cōponi ſm Philopo: Sunt aūt aliqua quidem, quæ fiunt ſemper vniuerſaliter: & ſup. tu, quædā, quæ ſic ſe habent ſemper vni- Diuiſio eorū quæ fiūt ſecundum Philopo.
D uerſaliter. cuius cauſam dicit, quia ea quæ ſunt ſemper vniuerſaliter, aut in omni, & ſemper ſic ſe habent, aut in omni, & ſemper ſic fiunt. In omni & ſemper ſic fiunt (vt Philo. inquit.) vt ortus aſtrorum, aut occaſus, & ver fieri ſi Sol eſt in ariete. In omni & ſemper ſic ſe habent (vt Philo. inquit) quēadmodum circulus eſt ſphæricus, Deus eſt bonus, anima eſt immortalis, & id genus. Quare eorum q̃ ſemper ſunt, duplicia ſunt, aut quæ ſemper eodem modo fiūt, aut quæ ſemper eodem modo ſic ſe habent: alia vero non ſemper ſunt, quia nec ſemper fiunt, nec ſemper ſic ſe habent, ſed vt in pluribus aut fiunt, aut ſic ſe habet. vt omnis homo maſculus barbam emittit: non enim ſemper homo maſculus barbam emittit. nec oīs homo, ſed vt in pluribus,

& aliqui. nam (vt Philopo. inquit) Craſsiores non habent pilos in genis eorum. Ex hac diuiſione infert talium igitur, quæ vt in pluribus ſunt, neceſſe eſt medium vt in pluribus eſſe: omnes, eorum, quæ ſemper ſunt, mediũ eſſe debere vt ſemper. Probat aũt hanc concluſionem Ariſt. per deductionem ad impoſsibile, ſiue deducendo ad oppoſitum. ſit concluſio A C vt in pluribus, mediũ vero B. Vel igitur, vt in pluribus, & habetur propoſita co o, vel dicet quiſpiam ipſum neceſſarium eſſe, & tunc A de B neceſſario prędicabitur, & B de C ſimilr quare & A de C ſemper, & de omni prædicabitur ideſt de neceſſitate: hoc. n. eſt prædicatum neceſſarium, quod eſt de omni, vniuerſale & ſemper. ſupponebatur A C cõcluſionem vt in pluribus eſſe, & ſic deductum eſt ad oppoſitum conceſsi. Propterea concludit, erũt igitur eorum quæcunq; vt in pluribus ſic ſunt, aut ſiunt principia vt in pluribus ſine medio, quemadmodum & eorum quæcunq; ſemper ſic ſe habent, aut ſiunt principia ſemper ſic ſe habentia ſine medio, & per hoc vult habere tales demonſtrationes non eſſe ſimpliciter ſcientificas cum non faciant ſimpliter ſcire, ſed ſecundum quid: cum ſint ſecundem quid ſcientificè. Sed occurres, ꝙ bene B de C neceſſario prædicatur, cum minor neceſſaria ſit, A aũt de B non neceſſario & ſic non oportet cõcluſionem eſſe neceſſariam.

Dubb.

Solutio. Poteſt dici medium A C, concluſionis non poſſe dici medium neceſſarium, niſi B ad A, & ad C neceſſario ſe habeat. Et propterea Ariſt. hoc ſupponens, accipit A de B neceſſario prædicari, & B de C neceſſario ſimiliter.



ARGY. *At enim quonã pacto ipſum quid eſt ad ratiocinationis terminos accõmodatur, & quomodo vel eſt ipſius, vel non eſt demonſtratio definitione ſatis antea pertractauimus. Nunc dicendum eſſe videtur, quonam pacto venari nos ea oportet, quæ hoc ipſo quid eſt prædicãtur. Eorum itaq;, quæ ſemper cuiq; competunt, quædam extendunt ſeſe quidem ad plura, non tamen genus egrediuntur. Atque ea ſeſe ad plura extendere dico, quæ quanquam vniuerſaliter cuiq; competunt, non tamen ſoli. ſed etiam alÿ inſunt. Eſt enim quoddam quod omni competit trinitati, & etiam nõ trinitati. Id enim quod eſt trinitati & etiam non numero competit. At impar ineſt & ipſum quidem trinitati, & alÿs etiam pluribus. quinario nanq; competit, non tamen genus egreditur. Quinarius enim numerus eſt, & nihil eſt extra numerum impar.*

Tex. 17. DI LVCI. *Quomodo quidem igitur ipſum quid eſt, in terminis aſſignatur, & quomodo eſt demonſtratio, aut eſt definitio ipſius, aut non eſt, dictum eſt prius. Quomodo autẽ oportet venari in eo quod quid eſt prædicantia, nũc dicamus. Eorum igitur quæ inſunt ſemper vnicuique, quædam ſe extendunt in plus, non tamen extra genus. Dico autem in plus ineſſe, quæcunque inſunt quidem vnicuiq; vniuerſaliter. at vero & alteri. vt eſt aliquid, quod omni trinitati ineſt, ſed & non trinitati, ſicut ens ineſt trinitati, ſed & non numero, Impar vero & ineſt omni trinitati, & in plus ineſt. etenim ipſi quinario ineſt, ſed non extra genus. Quinarius quidem enim numerus eſt, non autem extra numerum impar eſt.*

Primo epilogat circa dicta, & inquit. Quomodo quidẽ igitur quod quid eſt in terminis aſsignetur, quia in terminis aſsignatur. vt medium, & quõ eſt demõſtratio ipſius quod quid eſt, q̃m nõ eſt demonſtratio, vt ſimul facta cũ concluſione, vel definitio eius, vel quid nõis, vel quid rei, vel non eſt, dictum eſt. Sic igitur dictum eſt prius ipſum quid eſt inter terminos demonſtrationis aſsignari, vt medium. Dictum eſt etiã, ipſius quid eſt eſſe definitionem nõialem, & dictum eſt ipſius non eſſe demonſtrationem, ſed in demonſtratione accipi. Hæc de epilog. Cõm. 100 ſubdit intentionem ad dicenda, & inquit. Quõ aũt oportet venari ea, quæ prædicãtur in eo quod quid eſt, nunc dicamus. Aĩaduertendum Ariſto. poſt ea, quæ dixit de definitione ipſa, interpoſuit quõ per vnumquodq; genus cauſæ fieri poſsit demõſtratio. nec ab rõne. nam ex hoc patet per quodlibet genus cauſæ definitionẽ aſsignari poſſe. Præterea ex hoc patet mediũ & cãm idem eſſe. Cõplero ergo hoc aggreditur quartũ propoſitorũ, ſ. quõ definitio inueniri poſsit. Eſt aũt duplex modus inueniẽdi definitionem, cõpoſitio, ſ. & diuiſio, ſeu reſolutio: & cũ cõpoſitio prior ſit, q̃m ab vlibus atque ſimplicibus incipit, ideo prius docet cõponere definitionẽ. Eſt aũt (vt inquit Philo.) Methodus hæc cõis oĩbus ſpẽbus, & vniuerſalibus definibilibus, indiuiduis exceptis, quorũ neq; definitio, neq; ſciẽtia eſt. Et quia definitio eſt cõpoſitio ex genere & dĩa, venaturus definitionem alicuius rei, docet ſumere vniuerſaliora illius rei & excedẽtia illã rem, non tñ quæ excedunt illius rei genus. nam quæ nõ excedunt genus rei definibilis, cum componuntur cũ differentiis, non excedere debent rẽ definitam, ſed cum illa conuerti, cum horum cõpoſitio ſit definitio illius. nam cõpoſitio talis non eſt genus rei, cũ hæc cum genere conuertatur, genus non. Quare primo q̃ excedentia definibilem rem ſint extra genus, & q̃ nõ extra genus, exponit: & aſsignat hãc diuiſionẽ: eorum. quæ inſunt rei definibili, quędam excellunt rem ipſam, non tñ tranſcendunt genus illius, vt impar ineſt trinitati, & quidem in plus, non tñ excellit numerũ genus trinitatis, quę inſunt definito, & excedunt illius genus, vt ens. inquit. Eorum igitur, q̃ inſunt ſemper vnicuiq; (intellige vlr, & tẽporis, & ſubiecti vniuerſalitate) quædã ſe extendunt in plus. non tñ extra genus illius & exponit q̃ dixit, & inquit. Dico aũt in plus ineſſe quæcunq; inſunt quidem vnicuiq; vlr, ſ. & quo ad ſubiectum & quo ad tempus. at vero & alteri, hoc eſt extra genus, vt eſt aliquid, quod omni trinitati ineſt, ſed etiã non trinitati, i. & etiam extra genus trinitatis alicui, vt ens ineſt trinitati & extra etiã alicui non ſub numero contento: & ita extra genus. Impar vero & ineſt oĩ trinitati, & in plus ineſt non tñ extra genus numeri: etenim ipſi quinario ieſt, ſed nõ extra genus. Quinarius n. numerus eſt, nõ aũt extra numerũ impar eſt. Ex his patet hæc diuiſio. eorum q̃ alicui inſunt vlr & ſemper, quędam inſunt in a quo, quædam in plus: & eorum quæ inſunt in plus,

Notãdum.

Duplex modus inueniẽdi definitionez. compõ. & diuiſio.

plus, quædam inſunt in plus extra genus prædica A
menti rei, quædam vero non extra genus prædica
menti rei: hæc Ariſt. intelligit.

ARGY. *Talia igitur vſque ſumenda ſunt quouſque tot fuerint ſumpta primo, vt vnumquodque quidem illorum pluribus competat, cuncta autem ſimul non ad plura ſeſe extendant. hanc enim neceſſe eſt ſubſtantiam eſſe rei definiendæ. Velut omni trinitati cõpetit numerus impar primum vtroque modo, & quia non menſuratur numero, & quia non ex numeris conſtat. Id igitur iam ipſa trinitas eſt, numerus, inquam, impar, primus, atque hoc pacto primus. Horum enim prima cæteris etiam vniuerſis imparibus inſunt, vltimum dualitati etiam competit, at vniuerſa ſimul nulli præter trinitatem numero competunt.*

DILVCI. *Huiuſmodi igitur accipienda ſunt vſque ad hoc, quouſque tot accipiantur primum, quorum vnumquodque quidem in plus ſit, omnia aũt non in plus, hãc enim neceſſe eſt ſubſtantiam rei eſſe, vt trinitati ineſt omni numerus impar primus vtroque modo, & ſicut non menſurari numero, & ſicut non cõponi ex numeris. Hoc igitur iã eſt trinitas, numerus impar primus, & ſic primus. Horum enim vnumquodque illa quidem & imparibus omnibus inſunt vltimum autem & dualitati, omnia autem nulli.*

Cõmẽ. 101 Cum poſuit prædicatorum diuiſionem, nũc ex tali diuiſione docet methodum, qua definitio habeatur: & primo Methodum, qua ſpecialiſsimarũ definitiones colliguntur. Et conſiſtit in hoc, vt talium prædicatorũ non excedentium genus rei definiendæ tot & eouſque aſſumantur quot & quouſque coniuncta rem definitam non excedant, & ſi ſeorſum ſingula in plus ſe habeant. hoc pacto The. & Phi. Methodum intelligunt. inquit. {Huiuſmodi igitur accipienda ſunt vſque ad hoc quouſque tot accipiantur primum, hoc eſt in æquo, quorũ ſupp. & ſi vnumquodque quidem in plus ſit, omnia autem ſimul iuncta non in plus ſint. Dixit huiuſmodi accipiantur, ſ. quæ non excedant genus rei, cuius definitionem quærimus. Et huius methodi quaſi rationem affert, & inquit. {Hanc enim neceſſe eſt ſubſtantiam rei eſſe: q.d. Q m̃ ea accipere debet artifex, quæ indicant ſubſtantiam rei, vt ſuperius patuit. Modo, tale coniunctum ex talibus prædicatis ſubſtantiam rei inducat: ergo eſt definitio rei. Exemplum affert. Vbi debes ſcire, vt Phi. perpulchre exponit, ꝙ numerorum alij ſunt primi qui & incompoſiti ab arithmeticis dicuntur: & hi ſunt qui nec menſurantur ab alio quodam numero, neque cõſtant ex numeris vt. iij v. vij. & cæteri id genus: Alij vero ſecundi & compoſiti dicuntur, qui non ab vnitate ſola menſurãtur, ſed etiã ab alio numero, & conſtant ex numeris, vt. ix. Menſuratur. n. & ab vnitate & à ternario. ter. n. tria nouem ſunt. Etiam cõſtat ex numeris, quia ex tribus ternarijs. Similiter & xv. & xxi. nam xv. & à ternario, & à quinario. Ter. n. quinq; ſunt. xv. etiã xxi. à ternario, & à ſeptenario, q̃a ter ſeptem ſunt xxi. inquit. Vt omni trinitati ineſt totum hoc numerus impar, primus vtroque modo. Primus dicitur dupliciter, vel quia non menſuratur numero, vel quia non componitur ex numeris. Trinitati ergo ineſt numerus: eſt. n. trinitas numerus, ineſt impar, quia eſt impar ineſt primus vtroque modo, quia eſt numerus primus. & ſicut non menſurari numero, & ſicut non componi ex numeris, vtroque horum modorum

Notandũ. Numeri alij sũt primi alij ſecundi.

trinitas eſt primus. tunc recolligit definitionem trinitatis, & oſtendit Methodũ per tale exemplum, & inquit. {Hoc itaque iam trinitas eſt, videlicet numerus, impar, primus, & ſic primus (vt dictum eſt vtroque modo) quia non menſuratur numero, & quia non conſtat numeris. Dico numeris compluribus. Conſtat. n. numero, quia binario & vnitate. non tñ pluribus numeris, vt animaduertit Philo. Complet Methodum, & inquit. Horum. n. trium, verbum vnumquodq; ſuperfluit ad ſenſum; ſ. à prima duo imparibus omnibus inſunt, videlicet numerus & impar. Vltimum aũt, ſ. primus illa duplici primitate competit trinario, & dualitati. Dualitas enim eſt primus numerus quia neque conſtat numeris, neque menſuratur numero. Omnia aũt ſimul nulli competunt præter quam trinitati. Et ſic
B patet exemplum & regula.

Cum autem neceſſaria quidem ſint ea quę hoc ipſo quid eſt prædicantur, vt antea patefecimus: vniuerſalia vero que neceſſaria ſunt, trinitati vero vel cuius alij ſic competunt ea quæ ſumuntur, hoc modo neceſſario quidem trinitas ea quæ diximus erit. ARGY.

Quoniam autem oſtenſum eſt à nobis in ſuperioribus, quod neceſſaria quidem ſunt in ipſo quid eſt prædicantia; vniuerſalia autem neceſſaria ſunt, trinitati autem, & cuilibet alteri ſic accipiuntur in ipſo quid eſt accepta: ſic quidem vtique ex neceſſitate erit trinitas hæc. DILVCI.

Ineſt rei definitæ definitio ipſa.

Duo de definitiõe propria conſtituta ſunt, & ꝙ inſit rei definitæ, & ꝙ inſit illi ſolum, & alteri nulli, Probat ergo primum de definitione conſtitutum, videlicet ꝙ definitio inſit rei definitæ, & hoc in exẽplo, q; de trinitate attulit, & ſyllogizat hoc pacto, neceſſaria prædicantur in quid & inſunt ei, cuius C ſunt neceſſaria: vniuerſalia aũt omnia, quæ ponuntur in definitione trinitatis, ſunt neceſſaria: ergo inſunt trinitati, & prædicantur in quid de illa. Et ſic per tale exemplum vult habere vniuerſaliter definitionem ineſſe definitæ rei, inquit. {Q m̃ aũt oſtẽſum eſt à nobis in ſuperioribus, ſ. primo libro ꝙ neceſſaria quidem inſunt rei, cuius ſunt, & prædicantur de illa in eo quod quid eſt: & itellige de his neceſſarijs, quæ per ſe primo inſunt rei, hæc eſt maior. Vniuerſalia aũt neceſſaria ſunt: exponit in exemplo, quæ vniuerſalia, & inquit. {Trinitati aũt & cuilibet alteri definibili ſic accipiũtur in ipſo quid eſt accepta, ſcilicet vniuerſalia neceſſaria. & ſic habes minorem, videlicet, quòd ea vniuerſalia, quæ accipiuntur in eo quod quid eſt trinitatis, & nõ ſolum trinitatis, ſed definibilis cuiuslibet, ſunt neceſſa-
D ria, ſcilicet per ſe primo prædicata: dat concluſionem, & inquit. {Sic quidem vtique ex neceſsitate erit trinitas hæc ſimul iuncta, & ſic patet primum conſtitutum de definitione, videlicet ꝙ inſit definitio. Philo. vero ſyllogizat ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura. Ideo eius expoſitio non placet.

Cõmẽ. 102. Syllus tex. T. 10. & 11. Philopo.

ARGY. *Subſtantiam autem hæc eius eſſe rationemue ex hiſce patere poteſt. Nam, ſi id quod aſsignauimus non ſit ipſius ratio trinitatis, neceſſe eſt ipſum quaſi genus quoddam ipſius eſſe, aut nomine vocitatum, aut nomine carens. Igitur non trinitati modo, ſed præter ipſam alijs etiam competet. Genus enim huiuſcemodi ponatur eſſe naturæ, vt inſit potẽtia pluribus, atq; ad plura ſeſe extendat. Quod ſi iſtud præter indiuiduas alij nulli competit rei, id erit profecto ipſa ratio trinitatis. Nam & hoc etiam ſupponatur*

tur id cuiuſque ſubſtantiam eſſe, quod vltimum de indiuiduis tali dicitur modo: quare ſimiliter & in quibuſuis alijs id erit cuiuſque ratio, quod hoc oſtenditur modo.

DILVCI. D efinitio ſoli definito, & non aliter cōuenire debet. *Quod autem ſubſtantia ſit, ex his manifeſtum eſt. neceſſe eſt enim ſi hoc non ſit trinitatis eſſe, vt genus aliquod eſſe hoc, aut nominatum, aut inominatum. Erit igitur in plus quam trinitati inexiſtēs.* * *Supponatur.n.huiuſmodi eſſe genus, vt quod inſit ſecūdum potentiam in plus. Si igitur nulli ineſt alteri quam atomis trinitatibus, hoc vtique erit trinitatis eſſe. Supponatur enim & hoc ſubſtantia vniuſcuiuſque eſſe, quæ in atomis vltimum huiuſmodi prædicatum eſt. Quare ſimiliter & alteri cuilibet ſic demonſtratorum hoc huic eſſe erit.*

* υποκείσθω Supponatur Concedatur.

Cōmē.103 Quod definitio inſit definito, ꝙ eſt primum de definitione conſtitutum, hactenus declarauit, ꝙ vero inſit ſoli definito, & nulli alteri, ꝙ erat ſecundum de definitione conſtitutum, nunc declarat, & quidem in exemplo definitionis, quæ de ipſa trinitate aſsignata eſt, & inquit. Quod aūt definitio trinitatis ſit ſubſtantia trinitatis, ex his, quæ dicemus, manifeſtum eſt. & per ſubſtantiam intelligit eſſe. eſſe vero rei eſt, ꝙ rei conuenit, & nulli alteri: quare per ſubſtantiam, intelligit eſſe, ꝙ ſoli rei conuenit & nulli alteri, hæc eſt intentio. Deinde propoſita intentione in exemplo definitionis de trinitate, probat definitionem trinitatis ſoli trinitati competere, & nulli alteri: quia, ſi definitio trinitatis non ſit ſoli trinitati competens, ſed alteri ſpeciei trinitatis, talis definitio vt genus aliquod erit, vno videlicet nomine, vel non vno nomine nominatum. conſequētiam probat ex eo, quia definitio generis, vt nunc ſupponitur, eſt prædicatum dicēs eſſe, ꝙ poteſt pluribus ineſſe. Hæc enim definitio


8.top.c.4. nūc ſupponatur ex libro Topicorum. conſequens vero falſum eſt. nam tunc definitio trinitatis eſt in plus, cuius contrarium accipiebatur definitionem eſſe in æquo, cum ſuo definito, inquit. Neceſſe eſt enim, ſi hoc totum, ꝙ eſt definitio trinitatis, non ſit trinitatis eſſe, ſ. illi ſoli, & nulli alteri competens, hoc eſſe erit (vt aliquod genus trinitatis.) Dico aliquod genus aut nominatū, ſ. vno nomine, aut inominatum, ſ. non vno nomine: eſt ergo conſequentia, ſi totum illud, numerus impar vtroque modo primus, nō eſt eſſe proprium trinitatis, totum hoc erit, vt quoddam trinitatis genus, licet pluribus nominibus ſit nominatum. Vltra infert, erit igitur in plus quam trinitati inexiſtens, ꝙ eſt falſum, & contra ea. quæ proximo textu diximus. Diximus.n. definitionem totam eſſe in æquo, & quamlibet eius partem eſſe in plus. Et conſequētias probat ex ſuppoſitione definitionis generis, & inquit. Supponatur enim huiuſmodi eſſe genus: videlicet, vt ſit illud, ꝙ ſecundum potentiam inſit in plus. i. ꝙ eſt illud, quod poteſt de pluribus prædicari, vel pluribus

Dubitatio. ineſſe: & ita patet conſequentia. Et ſi dicas cur non poteſt eſſe accidēs vel differentia non vltima. quodlibet.n. horum ſpeciei competit, & alteri, &

Solutio. tamen nullum horum eſt genus. Dicendum accidens eſſe non poſſe, quia non dicit eſſe: differentia vero īter media genus eſt, vel in generis rationem redigit: quare, ſi definitio trinitatis competit alteri à trinitate ſ'm eſſe & eſſentialiter, erit genus: cū accidens eſſe non poſsit, cum non competat eſſentialiter: & ſi eſt differentia intermedia, redigit in generis rationem. His declaratis, recolligit nunc ꝙ propoſuerat, & inquit. Si igitur nulli ineſt alteri quam atomi trinitatibus, hoc vtique erit trinitatis eſſe, hoc eſt ſoli illi competens, & nulli alteri. Et per atomas trinitates, non ſpecies ſpecialiſsimas trinitatis intelligit, vt Philo. inquit, ſed indiuidua trinitatis, quæ ſub trinitate vltima ſunt. Erit ergo ſenſus, ſi totum illud ꝙ vt definitio de trinitate ipſa aſsignatur, nulli alteri quam indiuiduis trinitatis competit, hoc totum erit trinitatis eſſe: & ita eſſe conuertibile. eſſe.n. rei proprium illi eſt. Deducit conſequentiam ex ſuppoſitione, quam ſumit, cum inquit. Supponatur enim & hoc vniuſcuiuſque ſubſtantia eſſe, quæ eſt tale vltimum prædicatum in atomis, ſ. ſolis indiuiduis ſpeciei trinitatis competens: quare bene diximus, ſi hoc totum nulli alteri competit, eſſe proprium trinitati eſſe. Ex hoc infert non ſolum ſic eſſe intelligendum in trinitate, ſed in quolibet alio quouis definibili, & inquit. Quare ſimiliter & cuilibet alteri definibili, non ſolum trinitati. (Dico cuilibet alteri definibili eorum quæ ſic demonſtrantur, atque ſic ſe habent, vt trinitas ſe habet, erit hoc huic eſſe, ſcilicet proprium, & nulli alteri competens. Vniuerſaliter ergo definitio eſt eſſe & propriū ſuo definito, & ita quæ in exemplo de trinitate diximus, in alijs omnibus intellige.

ARGY. *Oportet autem cum totum aliquod quiſpiam tractat, genus in ea diuidere quæ ſunt prima, atque indiuidua ſpecie, veluti numerum in dualitatem trinitatemue. Deinde illorum eniti definitiones accipere, vt recta lineæ, & circuli, atque anguli recti. Poſt hoc ſumpto quid nam ſit genus, vtrum quantitas, an qualitas, proprios affectus per communes primos contemplari. Nam ea, quæ ijs accidunt quæ componuntur ex indiuiduis, ex definitionibus innoteſcent, propterea quod definitio ſimplex quæ principium eſt omnium, & ea, quæ ſimplicibus accidunt, per ſe quidem ipſis ſolis, per ipſa vero cæteris competunt.*

DILVCI. Tex. 81. *Oportet autem cum totum aliquod negocietur aliquis, diuidere genus in atoma ſpecie prima, vt numerum in trinitatem & dualitatem. Poſtea ſic illorum definitiones tentare accipere, vt rectæ lineæ, & circuli, & recti anguli. Poſt hæc autem accipientem, quod genus ſit, vt vtrum quantitatum, aut qualitatum, proprias paſsiones ſpeculando de communibus primis. Compoſitis enim ex atomis conuenientia, ex definitionibus erunt manifeſta, propterea quod principium eſt omnium definitio, et quod ſimplex. Et ſimplicibus per ſe ineſſe conuenientia ſolis, alijs autem per illa.*



Cōm. 104. Hactenus de methodo inueniendi definitiones ſpecierum ſpecialiſsimarum, nunc vero methodū aſsignat, qua inuenire poterimus generum definitiones.

Gſtaiſn ſub alterna de finitionem hic voluit Auerr.

tiones. Cuius rei cauſa eſt: qm̃ definitio non tm̃ ſpe A cierum eſt, ſed generum: ergo oportet aſsignare ar tem cuique propriam. Sed quæ genera ſint quorum definitiones quærimus, Auerr. aſſerit illa eſſe ſubalterna. hæc. n. definitionem habent, vt The. & Philo. dixerunt. Conſtat aũt methodus hæc tribus præceptis. Primum eſt, vt genus definiendum in primas & per ſe ſpecies diuidas. verbi cauſa, lineã cuius quærimus definitionem, in rectam, circularem, & flexuoſam. Hæc. n. eſt diuiſio lineæ in primas eius ſpecies. Secundum eſt, vt ſpecies illas definias per methodum aſsignatam, & colligas cõia vnum vel plura, in quibus omnes ſpecierum definitiones conueniunt. Tertium eſt, vt his factis, & memoria ſeruatis, reponas genus, cuius definitionem queris in ſuo proprio genere, ſpeculando proprias paſsiones primorum generum. Horum præceptorum B exempla, & vſus & vtilitas patebit expoſitione verborum Ariſt. inquit. {Oportet aũt cum totum aliquod negocietur quiſpiam, tale genus totum in prima atoma ſpecie diuidere, hoc eſt in ſpecies primas ſpecialiſsimas illius generis. & per totum, genus intelligit. eſt. n. genus totum ſpecierum, & ſpecies partes generis, vt Auer. inquit Primo auſcultationum phyſicarum: eſt ergo preceptum, vt genus definiendum diuidatur in ſuas primas ſpecies, verbi cauſa, vt numerum in trinitatem, & dualitatem.

Quæ Phi.

Confutatio.

Inquit Philo: verbum illud prima ſuperfluum eſſe, quia ſatis eſt dicere in atomas ſpecies. Atomæ. n. ſpecies primæ ſunt & indiuiduę. Sed pace Philo. dixerim, non ſuperfluit verbum illud. nam animal põt diuidi per aliquas atomas ſpecies, vt per album & nigrum: hæc. n. atoma ſunt ſpecies, non tñ ſunt primę animalis ſpecies, ſed primę coloris. quare nõ ab C ratione primas & atomas appoſuit. Seruit aũt hoc præceptum ſecundo, ꝙ ſtatim ſubdit. non. n. poſſunt colligi cõia definitionum ſpecierum generis, cuius definitionem quærimus, niſi ipſum genus in ſpecies illas diuiſeris. Deinde affert exemplum, inquit. {Vt numerum in trinitatem, & dualitatem, hæc de primo præcepto. Affert & ſecundum cum inquit {Poſtea oportet tentare per propriam methodum ſuperius a ſignatam, definitiones illorum primorum ſpecie accipere, vt definitionem rectæ lineæ, & circuli, i. lineæ circularis & recti anguli, ſ. flexuoſæ lineę.

Definitiões ſpẽrũ lineæ

Verbi cã, recta eſt lõgitudo, cuius extrema ſunt duo puncta, in quibus medium non diſcrepat ab extremis. Circularis vero eſt longitudo, cuius extrema ſunt duo puncta, ad vnum reducta. Flexuoſa denique eſt longitudo, cuius extrema D ſunt duo puncta, in quibus medium diſcrepat ab extremis. In his definitionibus cõe eſt, longitudo, cuius extrema ſunt duo puncta: cætera vero propria. Eſt ergo ſecundum præceptum, vt facta diuiſione generis, definiantur illius generis ſpecies, & hoc inquit. {Poſtea ſic illorum definitiões oportet tentare accipere, vt definitionem rectæ, & definitionem circularis, & definitionem flexuoſæ, verum preceptum eſt incompletum, niſi ſuppleas, quibus definitionibus aſsignatis colligantur cõia, in quibus ſpecies & definitiones earum conueniunt: & ſeruentur talia communia, ſiue vnum ſit, ſiue plura. nam tale commune erit in definitione generis, cuius definitionem quærimus, differentia, vel loco

A differentiæ conſtitutum: & hæc eſt ſecundi præcepti vtilitas. nam tale cõe, ꝙ ex ſpecierum definitionibus reponitur, differentia vel loco differentię eſt in definitione generis definiendi, hæc de ſecundo præcepto. Deinde aſsignat tertium, & inquit. {Poſt hæc aũt accipere oportet, ꝙ genus eſt ad genus, cuius definitionẽ quęrimus vtrũ ſit quãtitatũ; an qualitatũ: & dat modum quo poterimus tale genus quærere, & inquit. }Proprias paſsiones ſpeculando de cõibus primus generibus, quæ prædicamenta dicuntur. Poterimus ergo genus lineæ quærere ſpeculando proprias paſsiones primorum generum quæ generaliſsima dicuntur, vt ſubſtantiæ proprium, vt accidentibus non ſubijci, quantitati proprium, vt ſm ipſam æquale vel inæquale dicatur, qualitati ſm ipſam ſi e vel diſsimile. nam ſic B per paſsiones generum primorũ diſcurrendo poterimus ſcire, an linea ſit generis quantitatis: quia, ſi ipſi competit eſſe id, ſm ꝙ æquale vel inæquale aliquid dicitur, erit genus lineæ quantitatis, Si vero lineæ competit id ꝙ eſt proprium qualitati erit genus lineę qualitas. Ex his patet vtilitas præceptorum. Ex ſecundo n. colligimus, id ꝙ eſt differentia, vel loco differentiæ in definitione lineæ. Primum ſeruit ſecundo: non. n. poterimus ex definitionibus ſpecierum cõe colligere, ꝙ differentia eſt generis definiendi, niſi genus in illas prius diuidatur. Ex tertio vero pręcepto colligimus genus, ei' generis ſubalterni, cuius definitionem quęrimus.

Quare tota definitio reſultat quę eſt quãtitas longa cuius extrema ſunt duo puncta: differentia quidem ex primus duobus præceptis, genus vero ex tertio. Et, quia quis poſſet quærere, cur generum C definitiones ex his cõmunibus habentur, quæ ex ſpecierum definitionibus colliguntur, ſpecierum vero definitiões nõ ex cõibus collectis aliũde, ideo reſpondendo huius differentiæ cauſam aſsignat. q. d. quia compoſitis ex aliquibus atomis atq; ſimplicibus aliquibus ex definitionibus eorum ſimplicium cõia manifeſta erunt, ex quibus conſtant. verbi cauſa, cõia quæ cõpetunt miſtis ex elemẽtis ex definitionibus elementorũ colliguntur, cõia quæ competunt dictioni, quæ ex ſyllabis eſt, ex definitionibus ſyllabarum colliguntur, & ſic de alijs. quare, cũ genera compoſita ſint ex atomis ſpeciebus, eſt. n. genus compoſitum ex atomis ſpeciebus, vt inquit Philo. inquantum genus toti aſsimilatur, ſpecies vero partibus & totum ex partibus conſtat: & ita genus ex ſpeciebus ſit, vt cõia generi ex definitio D nibus ſpecierum eius colligantur. Tum quia, vt Ariſto. inquit, definitio eſt principium omnium eorum, quæ ſunt poſt ipſam. Tum quia eſt quid ſimplex reſpectu definitionis generis: veluti ſpecies ipſa reſpectu generis. patet ergo cõia generis, ex quibus conſtat generis definitio, colligi ex definitionibus ſpecierum, & tota cauſa eſt, quia genus eſt compoſitum ex ſpeciebus nullam habẽs naturam præter ſpecies, quare generis definitio ex definitionibus ſpecierum reponenda erit. Simp. vero cõuenientia ſiue cõia per ſe ſolis ineſſe oportet, non aliunde, cum ſint prima atque ſimplicia, quibus nihil prius eſt. vnde cõia prædicata reponere poſſint: ꝓpterea alijs per illa ſimplicia reponẽda ſunt. Patet igitur cauſa, cur genus cõia ſuę definitionis,

Ex ſpẽrũ definitionib' cõia delumpta, aſſumũtur definitione gñis loco differentiæ.

quæ loco differentiæ ponuntur, ex ſpecierum definitionibus reponi, ſpecies vero eſt nullo ſua cõia

2. dubi.

Nam genera compoſita ſunt ex ſpeciebus. Species vero primo ſimplices, & nullis reponentes prioribus. Sed occurres, qm̃ ita ſpecies, indiuiduis comparatur, vt genus ſpeciebus: ergo (vt genu ſuas differentias reponit à cõibus ſpecierum) ita ſpecies à cõmunibus indiuiduorum. Quare hæc methodus põt eſſe ſpecierum, ſicut generum. accedit ꝙ methodus definitionum ſpecierum poſſunt conuenire definitionibus generis. Cur.n. generum definitiones inuenire non poſſumus per methodum, quam aſsignauimus definitionibus ſpecierum.

Solutio.

Innuit The. ſolutionem, quia generi nulla reſpõdet natura propria alia a naturis ſpecierũ, propter quod quicquid competit ex naturis ſpecierum reponitur. At ſpeciei certa natura reſpondet, & quidem

F

alia à naturis ſiue rebus indiuiduorũ: ratione cuius competere poſſunt quædam, quæ non ex indiuiduis reponuntur. Cum vero quærebatur an methodus definitionibus ſpecierum conueniens poſſit conuenire definitionibus generum. Arbitror ꝙ ſic, poſsumus.n. cum genus ſubalternum quærimus quid ſit accipere ea prædicata in quid, quæ non trãſcendunt genus eius, totque eorum accipere, & eo vſque, quouſque totum ſit in æquo, & quodlibet ſit in plus: quare prima methodus poteſt omnibus definibilibus conuenire, hæc vero gñibus ſolũ quã Ariſt. ad pleniorem doctrinam addit.

Secũda dubitatio. Solutio.

Secundo occurres. quę cõia ex definitionibus ſpecierum reponenda ſunt. Sunt.n. quædam quæ omnibus ſpeciebus competunt, & alijs. Innuit The. ſolutionem ea cõia ex definitionibus ſpecierum eſſe reponenda, quæ non vltra genus definiendum tranſcendunt,

G

quæque omnibus ſpeciebus competãt illius & nullis alijs: nam hæc communia in definitione generis differentiæ loco ponentur.

3. dubi. Solutio.

Tertio quæres, cur definitio ſpeciei eſt principium definitionis generis. Et dicendum, ꝙ quemadmodum ſpecies generis principium eſt, dico principium, quo genus exiſtit, ſic definitio ſpeciei principiũ eſt definitionis gñis. Præterea, qm̃ ſimplex, vt Speuſippus inquit, vult habere rationem principij: at, cum definitio ſpeciei ſimplex quoddam ſit: definitio generis quaſi illam continens, compoſitum quoddam, ideo definitio ſpeciei principium eſſe poteſt definitionis generis.

4. dubi.

Quæres denique cum ſint aliquæ ſpecies, quæ nihil cõe habent, vt ſpecies magnanimitatis, quõ definitio generis earum veſtigabitur.

Rñ. The.

Reſpondet Themiſ. tales ſpecies non habere genus vnum cõe,

H

niſi æquiuocum, & ſic non oportet illius definitionem quærere. Hæc ſunt, quæ intellexi de hoc textu, nec ſine labore. eſt.n. vt vides, textus obſcurus: & hoc omnes fatentur, pauci vero elaborarunt in eius expoſitione.

ARGV.

At qui diuiſiones, quæ per differentias proficiſcuntur, vtiles ſunt ad definitiones hoc pacto inueſtigandas. Ipſas tamen non oſtendere dictum eſt antea. Vtiles autem erũt hoc pacto ſolum ad ratiocinandum ipſum quid eſt. atque videbitur ipſa diuiſio nihil facere prorſus, ſed vniuerſa ſtatim accipere, perinde atque ſi eadem ab initio ſine diuiſione quiſpiam ſumeret.

DILVCI. Tex. 19.

Sed diuiſiones quæ ſunt ſecundum differentias, vtiles ſunt, ad ſic procedendum, quomodo tamen demonſtrat, di

E

ctum eſt prius. Vtiles autem vtique erunt ad ſyllogizandum quod quid eſt, & tamen videbitur vtique demonſtrare, ſed mox accipere omnia, tanquam ſi ex principio acceperit aliquis ſine diuiſione.

Demõſtrare verbum interpretis eſt.

Cõmẽ. 105. Continuatio

Cum aſsignauit methodum, quibus definitiones colligere poterimus, nunc, vt Phi. inquit oſtẽdit vtilitatem diuiſiuæ methodi, & ſm̃ Phi. prima vtilitas eſt ex eo, ꝙ per diuiſionem, quæ eſt ſm̃ differentias generis, cuius ſpeciem quærimus definire colligimus ea, quæ in eo ꝙ quid eſt prædicantur.

Expoſitio Philopo. Refutatio. Propria expõ.

Quæ expoſitio non mihi placet: hæc.n. vtilitas proximo textu patuit. Ideo videtur mihi ꝙ Ariſ. declarauit diuiſiuam methodum vtilem eſſe ad ſumendum vniuerſalia, & per ſe prædicata in plus, ex quibus congregatis propria compoſiti eſſentia declaratur. Cum ergo Ariſt. hoc declarauit nunc oſtẽdit talem diuiſionem methodum nõ ſimpliciter ſyllogizare ipſum quid eſt, ſed ſic, hoc eſt aliquo modo, ſaltem cum petitione principij, vt ſuperius dictum eſt: & facit hoc Ariſto. ne quis credat eum approbare hic, ꝙ ſuperius improbauit, inquit. Sed diuiſiones quę ſunt ſecundum differentias generis vtiles ſunt, non quidem ad ſimpliciter ſyllogizandum ꝙ quid eſt, ſed ad ſic procedendum, hoc eſt ad ſyllogizandum cum petitione principij. Et de hoc ſe remittit ad ea, quæ dixit. Ideo inquit, quõ tñ demonſtrant, dictum eſt prius. & quia dixit eſſe vtiles ad ſic procedendum, exponit quid ipſe intelligat per ſic procedere: & inquit, quaſi dicat, dico, ad ſic procedendum, hoc eſt ad ſic ſyllogizandum: & tñ videbitur diuidens vtique demonſtrare ſup. non tñ ſupple demõſtrat. Sed mox videtur accipere omnia, ac ſi ex principio quis accipiat ſine diuiſione ea, quæ in diuiſione accipit. accipit.n. in diuiſione quæ ſine diuiſione videntur accipi quatenus accipiuntur cum petitione eius rei, quę in principio quæritur. Ergo diuiſiua methodus licet ſit vtilis tñ non ſimpliciter ſyllogizat ꝙ quid eſt, ſed ſic, hoc eſt cum petitione eius rei, quæ quæritur in principio.

Su. c. 57.

ARGV.

Refert autem ea quæ prædicantur primum & poſterius prædicari, veluti ſi animal, mite, bipes: animal, bipes, mite dicatur. Etenim ſi ex duobus omnis definitio cõſtet, & vnum quid ſit ipſum animal manſuetum, atque rurſus ex hoc & differentia fiat vnum: homo inquam, vel quicquid eandem id ſit quod vnum efficitur neceſſe eſt diuidentem petere ſemper.

DILVCI.

Differt autem aliquid primum, & poſterius prædicamentorum prædicari, vt eſt dicere animal, manſuetum, bipes: vel bipes animal manſuetum. Si enim omne ex duobus eſt, & vnum quid ſit animal mãſuetum: iterum ex hoc & differentia homo, aut quicquid iam ſit, quod aliquando vnum fiat, neceſſe eſt diuidentem petere.

Cõmẽ. 106

Hic, vt mihi videtur, diuiſiuæ methodi vtilitatem tangit, ſed quæ ſit hæc vtilitas non facile eſt diſcernere. Quidam dixerunt diuiſiuam methodũ eſſe vtilem ad colligendum ea, quæ vt quid eſt prædicantur in vna definitione: & ſic, vt dicunt, vtilis eſt ad oſtendendum vnitatem definitionis. non.n. poteſt definitio colligi in vnum ex diuiſione niſi primo præcedat multitudo.

Vtilitas diuiſiuæ methodi ſecũdum aliquos Phi.

Phi. vult Ariſto oſtẽdere quõ diuiſiua methodus vtilis eſt ad ordinẽ eorum, quę in definitione aſſumuntur. Vbi debes ſcire, ꝙ ordo eorum, quę in definitione ponuntur, eſ-

ſe

ſe poteſt aut reſpectu generis & differentię, aut reſpectu differentiarum. Ariſt. ergo oſtendit ordinẽ reſpectu generis & differentię hic, & ſi hoc pacto intelligit, bene dicit. inquit {Differt aũt aliquid primum, hoc eſt primo loco: & poſterius, hoc eſt poſteriori loco prædicari, eorum prędicamentorum, quæ in definitione predicantur. Cuius exemplum ponit, & inquit {Vt eſt dicere animal manſuetum bipes, vel bipes animal manſuetum. Hoc accepto probat diuidentem aliquid accipere primo loco, & aliquid poſteriori loco, & accepit tria, quæ requiruntur ad definitionis rationem, & inquit. ſi.n. omne i. quodlibet compoſitum eſt ex duobus ad minus, vel ex pluribus reducibilib' ad duo, hoc eſt primum. Deinde accipit ſecundum, & inquit. {Et vnum quid ſit animal manſuetum: hoc eſt, & quælibet definitio eſt quoddam compoſitum, ꝙ dici- B tur vnum quid: accepit.n. aĩal manſuetũ loco cuiuſlibet definitionis, hoc eſt ſecundum. Accipit tertium & inquit. {Iterum ex hoc & drĩa homo eſt, aut quicquid iam ſit, ꝙ aliquãdo vnum fiat: hoc eſt, & oĩs definitio conſtat ex genere & differentia, vt illa hoĩs, hoc eſt tertium. Ex his infert ordinem generis & differentiæ in definitione, & inquit. {Neceſſe eſt diuidentem petere. ſ. genus abſque diuiſione ſup. & differentiam ſecundo loco colligere ex diuiſione. Et ita genus primo loco, differentia ſecundo accipitur. Verum hæc cõcluſio (vt mihi videtur) ex vltimo aſſumpto ſequitur: ſequitur.n. definitio eſt ex genere & differẽtia vnũ quoddam: ergo neceſſe eſt genus accipi primo loco. non.n. poteſt accipi differentia primo loco, cum accipiatur vt conceſſum, & differentia accipitur per diuiſionem ge- C neris. Cætera aſſumpta, ſ. ꝙ oẽ compoſitum conſtet duobus, & ꝙ omnis definitio ſit quid vnũ compoſitum, accipiuntur non ad rationem, ſed ad declarationem terminorum: quia poſſet quis quærere, quõ definitio ſit quid vnum, & ex quot conſtat: ideo ad tollendum hæc accipit definitionem eſſe vnum ex duobus compoſitum, & ipſam eſſe quoddam compoſitum, & ita non aſſumuntur fruſtra.

ARGV. *Præterea, hoc pacto duntaxat fieri poteſt, vt nihil eorũ prætermittatur quæ ſunt in definitione ponenda. Sumpto nanque genere primo, ſi accipiatur aliquã diuiſionem inferiorum, non omne cadet in illa ceu non omne animal, aut continuarum, aut diuiſarũ alarum eſt, ſed volatile animal omne: huius eſt enim hæc differentia. Prima autem animalis ea eſt differentia, in quam omne animal cadit, & cuiuſque cæterorum ſimiliter generũ, & eorum quæ ſunt extra animal, & eorũ quæ ſub ipſo ſunt collocata. Ceu vo- D lucris ea eſt differentia prima, in quam omnis volucris cadit, & piſcis itidem ea, in quam omnis piſcis. Hoc igitur ſi proficiſcatur quiſpiam pacto, ſciat nihil prorſus prætermiſiſſe, quod ſi non hoc modo procedat, & prætermittere eum neceſſe eſt, & idipſum quoque neſcire.*

DILVCI. Pria & adæquata generis diuiſio. vtilis eſt ad definitiões. *Amplius ad nihil relinquendum in ipſo quid eſt, ſic ſolummodo contingit. Cum enim primum accipitur genus ſiquidem inferiorum aliquam diuiſionem accipiat, non incidet omne in hoc: vt non omne animal totipennes, aut ſciſſipennes, ſed volatile animal omne huius enim differentia hęc eſt. Prima autem eſt animalis, in quam omne animal incidit. Similiter & in vnoquoq; aliorum, & in his quæ extra genera, & quæ ſub ipſis ſunt. vt in aue A in qua eſt omnis. Et in piſce, in qua omnis eſt piſcis. Sic quidem igitur vadenti eſt ſcire quoniam nihil relictum eſt aliter autem & relinquere neceſſe eſt, & non ſcire.* Cõm. 107.

Nunc tangit ſecundam vtilitatem, & quæ ſit hæc vtilitas primo proponit, & inquit. {Amplius ad nihil relinquendum in ipſo quid eſt, ſic, i. per diuiſiuam methodum ſolummodo contingit: ergo ſecunda vtilitas eſt quæ per diuiſionem nihil in definitione derelinquatur eorum, quæ neceſſaria ſunt in ipſo quid eſt. Animaduerſione dignum generis eſſe diuiſiones, alteram primam & immediatam, & hæc eſt, quæ euacuat totam diuiſi naturam. & dico euacuare, qñ nihil ſub diuiſo continetur, ꝙ non cõtineatur ſub aliquo diuiſionis membro, & e contra qñ nihil ſub aliquo diuiſionis membro contineatur ꝙ non contineatur ſub diuiſo. Alteram vero remotam, quæ ſubdiuiſio dicitur, & hæc cum ſit alicuius membri eorum, quæ ſub genere continentur, non euacuat vniuerſam diuiſi naturam, Rurſus diuiſio prima duplex eſt: altera prima primitate æquationis, altera & primitate æquationis & eſſentiæ. Primitate æquationis diuiſio eſt, vt ſi animal p rudibile, & riſibile diuideretur. Sin aũt per rationale irrationale diuiſio eſt prima & primitate ęquationis, & eſſentiæ. vtraque.n. æquata eſt, cum vtraque euacuat vniuerſam diuiſi naturam, licet ſecunda aĩali ſit eſſentialior. Ariſt. ergo per diuiſionem primam & ſubdiuiſionem intelligit eam, quę per eſſentialia aſſignatur. Tunc declarat quõ diuiſio vtilis ſit ad nihil relinquendum. inquit. {Cum.n. primum accipitur genus, tanquam conceſſum, ſiquidem aliquam diuiſionem inferiorum accipiat, hoc eſt derelinquat diuiſionem primam: tranſeat ad ſubdiuiſionem, quæ eſt diuiſio alicuius ſpeciei earum, quæ ſub genere continentur, non incidet oẽ animal in hoc, i. in hanc diuiſionem, cum non euacuabit vniuerſam diuiſi naturam. cuius exemplum affert, & inquit. {Vt non oẽ aĩal totipennes, aut ſciſſipennes eſt. Totipennia animalia ſunt veſpertilio, muſca, & id genus: Sciſſipennia, vt coruus, & picus. Sed volatile animal omne eſt totipennes, vel ſciſſipennes. nam huius animalis volatilis differentia hæc eſt. Prima aũt animalis diuiſio eſt, in quam oẽ animal incidit, vt volatile, aquatile, & terreſtre. Nullum eſt n. animal nõ incidens in aliquod horum, nec cõtra, vt patet. & ſicut dico de animali, ſic intellige & in vnoquoque aliorum generum, tam in his, quæ extra genera ſunt, qualia ſunt non ſubalternatim poſita, quam in his quæ ſunt ſub ipſis, hoc eſt ſubalternatim poſita. & affert exempla eorum generum, quæ non ſubalternatim ponuntur, & inquit. {Vt in aue ea diuiſio eſt prima, in qua eſt omnis auis: & in piſce ea, quę eſt omnis piſcis. Tunc recolligit vtilitatem, & inquit. {Sic quidem igitur vadenti ordinate per diuiſiones, & non ſaltando ad ſubdiuiſionem, omittendo primam diuiſionem, eſt ſcire, qm̃ in definitione nihil relictum eſt. Aliter aũt vadenti, i. per ſaltum & derelinquere neceſſe eſt, & non ſcire. Quare via diuiſiua vtilis eſt ad ſufficientiam definitionis, quatenus cũ proceditur ordinate, nihil prætermittitur de neceſſarijs ad definitionem.

Notãdum. Duplex diuiſio gñis Prima ſiue immediata & remota.

Diuiſio generis prima iterum duplex eſt.

Aĩalia totipẽnia ;& ſciſſipennia.

ARGV. *Non autem oportet qui definit ac diuidit omnia ſcire quæ ſunt. Quanquam nonnulli cenſent fieri non poſſe, vt quiſquam vnquam differentiam ad vnumquodque cuiuſ-*

que

que ſciat, niſi ſcierit vnumquodque. Sine vero differentijs nunquam fieri poſſe, vt quidquam ſciatur. A quo nanque non differt quiſpiam, idem quod illud inqui unt eſſe, à quo vero differt ab eo diuerſum eſſe.

DI LV C I. Tex. 20.

Neque autem oportet definientem. & diuidentem, omnia ſcire entia. Et tamen impoſſibile dicunt eſſe quidem differentias cognoſcere, quę ſunt ad vnumquodque non cognoſcentem vnumquodque. Sine autem differentijs non eſſe vnumquodque ſcire, à quo enim non differt, idem eſſe huic; à quo autem differt alterum ab hoc.

Cõmẽ. 108. Quæ Speuſippus philoſophus.

Speuſippus philo, vt Themi & Phi. narrant, diuiſiũam methodum inutilem eſſe tradit. & vtebatur, vt arbitror, hoc ſyllogiſmo, ſi contingit definire, & diuidere aliquod. contingit ſcire omnes differẽtias illius: ſi contingit ſcire omnes differẽtias illius contingit ſcire omnes ſpẽs illius: ergo, ſi contingit definire, & diuidere aliquod, contingit ſcire omnes ſpecies illius, cuius eſt illud definibile, ꝙ falſum eſt, & impoſ̃e. Reſpondet primo ad materiam, & inquit. § Neque aũt oportet definientem & diuidentem oĩa ſcire, i. omnes ſpecies cognoſcere eius generis, cuius diuiſio fit, hæc ad materiam. Deinde ſumit duo, quæ Speuſippus aſſerebat contra diuiſiuam methodum. & inquit. § Et tñ impoſ̃e dicunt eſſe quidam differentias omnes alicuius gñis cognoſcere, quæ ſunt ad vnumquodque, hoc eſt ad vnamquamque ſpeciem, nõ cognoſcentem vnumquodque, i. vnamquamque ſpeciem. Eſt ergo primum, ꝙ Speuſippus aſſeruit, cognoſci nõ poſſe differentias, quibus genus diuiditur, niſi omnes gñis ſpecies cognoſcantur, quibus differentiæ illæ attribuuntur. Secundo accepit huic quaſi conuerſum. & inquit: § aũt pro etiã: q. d. & etiam contra, ſine differentijs dixerunt nõ poſſe ſcire vnumquodque, hoc eſt vnamquamque ſpeciem. dixit ergo Speuſippus & ꝙ diuidi non põt genus per differentias niſi ſciamus omnes ſpecies, quibus attribuuntur differentiæ: & ita differentię gñis ſciri non poſſunt non cognitis ſpeciebus. & ꝙ nec contra ſpẽs cognoſci poſſunt non cognitis differentijs. & huius ſecundi cauſam aſsignat Speuſippus, quia ſpecies non poſſunt cognoſci eſſe diuerſas, niſi per differentias. Dicebat. n. omne non differens ab aliquo eſſe idem illi, ſicut à quo differt aliquid, alterum eſſe ab illo. quare ſine differentijs non poſſunt ſpecies cognoſci. ſpecies. n. cum cognoſcuntur, oportet vt cognoſcantur quatenus differunt. non differens. n. ab aliquo idem illi eſt: & ſi non cognoſcerentur vt differentes, cognoſcerentur vt eædem. Ex his poteſt elici alia forma ſylli, ſi diuiſio eſſet vtilis, oportet ſcire oẽs differentias generis: ſi oportet ſcire omnes differentias generis, oportet ſcire omnes ſpecies, hoc autem falſum eſt: hoc igitur eſt primum Speuſippi argumentum, quo viam diuiſiuam refutauit.

F

Alia forma ſyllogiſmi.

G

Notãdum.

Animaduerte de mente Speuſippi duo. Primum ꝙ omne non differẽs ab aliquo eſt idem illi. Secundum eſt ꝙ omne differens ab aliquo, eſt alterum ab illo. Ex his duobus vult habere ſine cognitione differentiarum non poſſe ſpecies cognoſci, & tu intellige cognitione perfecta non. n. poteſt ſpecies perfecte cognoſci, niſi per differentiam, & conuenientiam. Quare ſine differentiarum cognitione ſpecies perfecte cognoſci non poterit. Verum ſi hoc quod ſecundo aſſumit Speuſippus, ſit verum, ſiue

Et on ſatis ex primo eius aſſumpto, argumentũ Speuſippi patet. nam, ſi non poſſunt differentiæ cognoſci, niſi cognitis ſpeciebus, quarum ſunt differentiæ, ſequitur genus diuidi non poſſe ſufficienter; niſi omnibus ſpeciebus cognitis, ꝙ eſt impoſſibile.

ARG. 1.

Primo igitur hoc eſt falſum. Non enim quauis differentia res ſunt diuerſæ. Complures enim inſunt rebus eiſdem ſpecie differentiæ, ſed non per ſubſtantiam, neque per ſe.

DI LVC I.

Primum quidem hoc falſum eſt: non enim ſecundum omnem differentiam alterum eſt. multæ enim ſunt differentiæ in eiſdem ſpecie, non tamen ſecundum ſubſtantiam neque per ſe.

Cõmẽ. 109.

Refutat Ariſt. ea, quę Speuſippus dixit. & primo refutat, ꝙ vltimo loco dixit Speuſippus, ſecundo reſpondet ad primam Speuſippi rationem. Vbi debes ſcire vltimo loco dixiſſe Speuſippum omne differens eſſe alterũ. redarguit hoc Ariſ. nam aliquod indiuiduum ſpeciei differt ab alio eiuſdem ſpeciei, vt Socrates ab Alcibiade, & tñ nõ eſt alterũ ab illo. inquit. § Primum quidem hoc falſum eſt, ſ. ꝙ vltimo Speuſippus ait. non. n. omne differens ſm quamuis differentiam alterum eſt. multæ. n. ſunt differentiæ in indiuiduis eiuſdem ſpeciei, quibus illa differunt: & tñ illa cum ſint eiuſdem ſpeciei, non ſunt altera ſm ſubſtantiam atque per ſe, & ſic non omne differens ab aliquo eſt alterum ab illo. Et per alterum Ariſt. intelligit aliud, hoc eſt eſſentialiter differens. non. n. habuit curam de noĩbus; ſicut Porphyrius in lib. de Quinq; Vocibus, qui voluit omnem differentiam facere alterum, nõ tñ aliud. Ariſ. enim alterum & aliud idem appellat hic. Vtrum vero omne non differens ab aliquo ſit idem illi. Ariſ. non diſputat. Speuſippus. n. aſſerit, omne non differens ab alio, eſſe illi idem. Ariſto. vero de hoc nihil loquitur: tñ ſciàs hoc etiam falſum eſſe. hippocentaurus. n. non differt ab homine, & tñ non eſt idem homini.

Non oẽ ab alio nõ differens idẽ illi eſt.

ARG. V.

Deinde cum quiſpiam acceperit ea, que opponuntur, & differentiam, & omne, aut in hãc partem, aut in illam cadere, ſumpſeritque in altera parte rem eam quam quarit eſſe, & idipſum cognouerit, nihil refert ſi ſciat, nec ne de quibus alia differentiæ prędicantur. Patet enim eũ habiturum eſſe rationem ſubſtãtiæ, ſi ſic proficiſcens ad ea tandem peruenerit, quorum non eſt vlterius differentia.

TOCA

DI LVC

Poſtea cum aliquis accipiat oppoſita & differentiam, et quod omne incidit hinc, aut ĩdc, & accipiat in altero eſſe quod quæritur, & hoc cognoſcat, nihil differt ſcire aut non ſcire de quibuſcumque prædicantur alijs differre. Manifeſtum enim quod ſi ſic vadens veniet in hęc, quorum non eſt amplius differentia, habebit rationem ſubſtantiæ.

H

Cõm. 110.

Nunc reſpondet ad formam argumenti Speuſippi, & aſſerit non oportere vt definitionem inueniẽs, & quidem per æquatam generis diuiſionem, vt ſciat omnes per ſe ſpecies illius generis, quibus illæ differentiæ attribuuntur: ſtat. n. cognoſci genus diuidi per aliquas differentias ſufficienter, & non omnes illius ſpecies cognoſci. Poſſumus. n. ſcire animal ſufficienter diuidi per rationale, & irrationale: & tñ non omnes ſpecies animalis cognoſcimus, ſed hominem & æquum ſolum. Et ꝙ ita ſit probat, & enumerat omnes conditiones requiſitas ad diuiſiuam methodum: oſtendens ſecundum nullam earum oportere ſpecies generis eius rei. quę defini-

definitur, oēs cognoſcere, & inquit. {Poſtea cū aliquis accipiat oppoſita & dñam illorum oppoſitorum. Eſt ergo prima conditio, vt genus primo loco conſtitutum diuidatur differentijs oppoſitis, i. contradictorijs. verbi cauſa, vt aīal per rōnale & irrationale. & cognoſcatur dña talium oppoſitorū, quibus genus prima diuiſione ſui diuiditur. Deinde tāgit ſcdam, & inquit. {Et φ oē incidat ant hinc, aut inde: hoc eſt, vt diuiſio talis p oppoſita ſit æquata diuiſo, ſalte ex parte eius, quod diuiditur ſic, φ oē diuiſum contineatur in altero diuidētium. Deinde tangit tertiam, & inquit. {Et accipiat in altero diuidentium eſſe id quod quæritur. verbi cauſa, res quæ definitur, ſit in altero membro. Tangit & quartam, & inquit. {Et hoc cognoſcat, ſ. determinate, ſub quo illorum non ſit, vt determinate φ non ſit irrationale. Nā ſi hæc oīa diuidēs obſeruauerit, B nulla dña erit ſcire, aut non ſcire de quibuſcunque alijs dñæ non pdicantur. poterit. n. definitionē inuenire nō ſciendo oēs gñis ſpēs. Manifeſtum eſt. n. vt inquit, φ, ſi vadens ſic, veniat tandē in hæc, ſ. vltima, quorum non eſt ampilus dña: habet rationem ſubſtantiæ eius rei, cuius quærebat rōnem. Debes ſcire nos poſſe hr̄e talem conditionē in diuiſione, & cognoſcere ſpēs oēs generis. Poſſum. n. diuidere aīal contradictorijs differentijs, vt per rōnale, & irrationale, & non apprehendere oēs aīalis ſpecies. Nā ſcire potero hoc per regulam contradictoriarum, quæ eſt, vt de qnolibet dicatur altera, & ita de aīali potero ſcire dici rōnale. vel irrationale. Secundo poſſumus ſcire talē diuiſionem eſſe adæquatā, ſaltem ex parte diuiſi, vt dicit ſecunda conditio, dato φ non ſciam oēs aīalis ſpēs. Nam p regulam cōtradictoriarū oīs diuiſio p contradictoria eſt adæqua C ta diuiſo ex parte diuiſi, cū omne in altero illorum cōtineatur. Tertio poſſum cognoſcere hoīem contineri ſub altero illorum contradictoriorum p regulam contradictoriorum, etiam non ſcitis oibus ſpēbus aīalis. Quarto poſſum ſcire hoīem non eſſe alterum illorum determinate, vt φ non ſit irrationale, per ſylſm, vel per modum ſuperius aſsignatū, & non ſcire oēs ſpēs aīalis, & cum hæ conditiones ſufficiant pro diuiſiua methodo, & ad nullam harum requiritur oīum ſpecierum generis cognitio: ergo ceſſat argumentum Speuſippi.

ARGV. *Omne aūt in ipſam diuiſionem cadere. ſi ſint ea oppoſita, quorū non eſt medium quicquā, non eſt poſtulatio. neceſſe eſt. n. oē in altero ipſorum eſſe, ſi illius eſt differentia.*

DILVCI. *Omne autem incidere in diuiſionem, ſi ſint oppoſita, quorum non eſt medium non eſt petitio: neceſſe eſt. n. omne in altero ipſorum eſſe, ſiquidem illius differentia eſt.*

Com. 111. Sed dices contra, quia in prima conditione petitur id, quod in principio quærebatur. aſſumitur. n. oē aīal rōnale eſſe, vel irrationale: modo hoc quæritur: ſumitur. n. & non probatur. Reſpondet Ariſto. & inquit. {Oē aūt, ſ. aīal incidere in diuiſionem, ſ. eſſe rationale, vel irrationale. ſi ſint oppoſita, quorū non eſt medium, i. ſi ſint contradictoria, non eſt petitio, qa aſſumptū illud patet vigore primi principij, qd̄ eſt, vt de quolibet dicatur alterum cōtradictoriorū. & hoc ſubdit dicens, {neceſſe eſt. n. oē aīal in altero ipſorum diuidentium eſſe, ſiquidem illius animalis differentia eſt per oppoſita contradictoria: & ita non petitur, quia conſtat illud aſſumptum primo principio. & ita patet ſolutio ad ſecūdum argumentum Speuſippi, quo enitebatur diuiſiuam methodum refellere.

Ad extruendam aūt probandamue per diuiſiones definitionem hæc tria ſunt obſeruāda. Primum vt ea ſumantur quæ hoc ipſo quid eſt prædicantur. Secundum vt hæc adeo diſponātur, vt primum in primo, eiuſdem in ſecundo loco ponatur. Tertium vt hæc oīa ſint. ARGV. Tex. 21.

Ad probandum autem terminum per diuiſiones tria oportet coniecturare. vt accipiantur prædicata in eo quod quid eſt: & hæc ordinare quid primum eſt aut ſecundum, aut quoniam hæc omnia ſint. DILVCI.

His diſputatis, pmittit tria pcepta obſeruāda in diuiſiua methodo, & hoc pponit, & inq̄t. {Ad probandū aūt terminū ſiue definitionem p diuiſiones tria oportet cōiecturare, & diligenter obſeruare, quorū primū eſt, vt ī diuiſione ea pdicata accipiātur, q̄ de diuiſo pdicantur, vt qd eſt, hoc eſt p ſe. & eſſentialiter. Scdm eſt ordinare quid primū eſt, & vl'ius qdue ſm, & minus vl'e. Tertiū eſt, vt hæc oīa ſint, & nullum relinquat: alioqui non eſſet diuiſio perfecta. Hæc. n. tria in mente ſemp tenenda ſunt. Cōm. 112.

Atq; primū iſtorū erit ſi poſſumus quēadmodū ad aūs rōnari, ipſum inquā cōpetere & per genus probare. ARGV.

Eſt aūt horum vnū primū per id, quod poſſumus ſicut ad accidens ſyllogizare, qm̄ ineſt, & per genus probare. DILVCI.

Illa tria præcepta p ordinem exponit: & primo primum. Habet aūt hic textus tres expōnes. Prima eſt Expoſitoris. vbi debes ſcire primum præceptū fuiſſe, vt ea prædicata in diuiſionibus accipiantur, q̄ prædicantur in eo quod qd eſt: in quibus intelliguntur & q̄ accipiuntur gña, & q̄ accipiunt dr̄ię. Et qm quæ pdicantur in eo quod quid eſt, ſiue gña ſint, ſiue dñæ, inſunt & prædicant in eo qnodquid eſt, ideo quatenus inſunt p ea loca probantur, quibus probari ſolent accña, cum probentur inquantū inſunt, quia ineſſe eſt cōe accñtibus, & his, q̄ in quid prædicantur: quatenus vero in quid prædicantur, probantur per loca, quibus terminantur problemata de gñe. & hoc inquit. {Eſt aūt horū vnum pceptum primum, p id poſſe à nobis probari, per qd̄ poſſumus ſicut ad accñs, i. problema de accñte ſyllogizare: qm̄ ineſt & probare per genus, i. per id, per quod poſſumus probare problema de gñe. Nā per locos, quibus terminamus accñtia, ſcimus pdicata in qd ineſſe: per locos qbus terminamus gña, ſcimus gña & dr̄as, vt quid prædicari. Alij vero referunt primam partem ad dr̄as, quæ prædicantur in quale, & dr̄ ineſſe ſpēbus per modum accidens, ſecundam vero referunt ad gña q̄ prædicantur in quid. inquit. {Eſt aūt horū vnum primum p id per qnod poſſumus, ſicut ad accñs ſyllogizare. & hoc modo inueniuntur dr̄æ, q̄ per modum accidentis inſunt. Nam per talia loca ſyllogizamus accñtia, qm̄ inſunt: & p genus probare, & hoc modo inuenimus gña. Sed Them. & Philo. litteram legunt cōparatiuam hoc modo. Eſt aūt horū vnum primum p id, quod poſſumus & per genus probare. ſicut ad accñs ſyllogizār qm̄ ineſt. In topicis. n. pbamus aliqd eſſe genus per loca, quibus terminamus pblema de gñe: q. d. primum pceptum ipleri à nobis per id quod poſſumus probare p genus, qm̄ A vel B eſt genus alicuius. nā eadē arte pbabimus dr̄ias, veluti ſyllogizare poſſumus accidens de ali-

Cōm. 113. Expō Sant. Thomæ.

Alia expō.

Expoſitio. Themiſt. & Phi opo.

Libro. 4.

quo; qm̃ ineſt, nam ſicut accidentia probantur proprijs locis qm̃ inſunt, ſic & aliqua, qm̃ ſunt genera probantur proprijs locis: & his etiam drĩæ probantur. Ergo litera eſt cõparatiua, & ſenſus eſt categoricus hoc modo, ꝙ prædicata in qd haberi poſſunt per loca, quibus terminantur problemata de gñe veluti accñs per loca, quibus terminãtur ꝓblemata de accñtibus.

Dubõ. Sed occurres, ſi ea, q̃ prædicãtur in eo qđ quid eſt, hr̃i poſſunt ſufficienter per loca, quibus ꝓblemata de gñe terminãtur, tũc & genus, & drĩæ, ex qbus conſtat definitio, ſufficiẽter habentur ꝑ loca topica. Hic ergo ſuperfluit via diuiſiua, cũ abunde via topica rõpoſitiua ſufficiat.

Solutio. Põt dici ꝑcepta topica valere ad ineſtigationẽ ipſius qd eſt, hæc vero valent ad inueſtigatæ definitionis experientiã. Ideo illic inuentiue, hic reſolutiue definitio inuenit.

Alia expõ. Vel fortaſſe & quidem ſubtilius dici F põt Ariſt. ꝑ ea q̃ prædicant in quid intelligere gña definibilium rerum. Hæc aũt in Analytica methodo ſupponuntur, vt ſuperius dixit, definitis ineſſe. Probantur aũt ineſſe per topicã methodum, quia his locis, qbus gña probanẽ, ſuppoſito aũt gñe rei, q̃ definitur, ꝑ Analyticã methodum drĩæ inueniuntur & ordinatę, & ſufficienter. Quare primum ꝑceptũ, quod eſt eorum, q̃ de definito ꝑdicantur in qd vt gña, topica methodo cõpletur cætera pręcepta Analytica diuiſione cõplentur. Et hæc poteſt eſſe quarta expoſitio huius loci, quæ pulchra eſt.

ARGY. *Secundum fiet, ſi ipſum primum ſumpſerimus. Hoc aũt erit, ſi id accipiatur quod tale eſt, vt ipſum quidem oĩa ſequatur, oĩa aũt ipſum non ẽ contra ſequantur. Neceſſe eſt.n. aliquid eſſe tale, quo ſumpto, idẽ iã erit et ĩ inferioribus modus. Id enim erit ſecũdum quod cæterorum eſt primum. & id etiam tertium, quod eſt hærentium primum.* G *ſupero nanq; ſublato, id quod hæret cęterorum erit primum, vt patet. & in cæteris eodem modo.*

DILVCI. *Ordinare aũt ſicut oportet, erit ſi primum accipiat. Hoc aũt erit, ſi accipiatur quod ad oĩa ſequitur, ad illud aũt non oĩa. Neceſſe eſt.n. aliquod eſſe huiuſmodi. Accepto aũt hoc, iam idem modus in inferioribus eſt. ſecundum.n. aliorum primũ erit, & tertium eorum, quæ conſequenter ſe habent. Remoto.n. quod eſt ſurſum conſequẽs aliorum primum erit, ſimiliter autem & in alijs.*

Primũ natura eſt qđ oia ſequiť, & nullũ ipſum ſequitur, & hoc primum in oium definitione ſumendum.

Cõm. 114. Hoc ſecundum pręceptũ ſupponit tertiũ. nõ.n. poſſumus ordinare res niſi illæ prius fuerint inuẽtę, & quidẽ ſufficienter. Et quia de drĩarum inuentarum ſufficiẽtia loquitur tertiũ præceptum, ideo in hoc ſecundo ſupponendo tertiũ dicamus, vt Philop. & Them. dixerunt, ſ'm præceptum eſſe, vt drĩæ collocentur ſeriatim. Et notãter dicit de drĩjs, qm̃ H de gñe nulla quæſtio eſt cum.n. genus definiti aut ſupponitur, aut ex topica via accipitur, nemo dubitat primo loco eſſe ſumendũ eo modo quo ſuppoſitiones accipiũtur. Quare ſ'm præceptum erit ſolum de drĩarum ordine. Hoc aũt præceptũ impletur, ſi, vt inquit The. maiores drĩas atq; vľiores loco priore conſtituas.

Themiſt. Philopo. Vel, vt inquit Philo. hoc præceptũ intelligit de ordine oĩum eorum, q̃ ponũtur in definitione: & ita vult genus eſſe intelligendũ in tali numero. Et tũc hoc ꝑceptum cõpletur, ſi primo loco ea ſumantur, q̃ ſunt natura priora, vt gña. ve.gr. vt in definitione hoĩs aĩal, quod ad ea oia ſequitur, quæ in hoĩs definitione ponũtur, ad ipſum vero illa non ſequitur. inquit. {Ordinate aũt ſicut E oportet drĩas definitionis, ſ'm expoſitionẽ Them. vel drĩas, & gña, ſ'm expõnem Phil. erit, ſi inueniẽs definitionem primum natura, & vniuerſalitate accipiat, & conſequenter id accipiat, quod eſt natura ſ'm: & cõſequenter id, quod eſt natura tertium, vſq; ad vltimum natura. Sed quid ſit natura primum, & quid natura ſecundũ, exponit, & inquit. Hoc aũt, ſ. natura primũ erit, ſi accipiatur, quod ad oĩa ſequitur, ad illud aũt non oĩa. Et loquitur Prioriſtice. nã Prioriſtice ſequens eſt magis vľe, añs ſiue ꝓcedens minus vľe. Ergo primo loco ſ'm Themi. vľior drĩa poſt genus accipienda eſt. ſecundum Philop. vero genus ante oẽs drĩas collocandum eſt, quod ſequatur ad oẽs illas, & non ẽ cõtra. cuius cauſam ait, cũ inquit. {Neceſſe eſt.n. aliquod eſſe hmõi: accipitur enim genus, vt conceſſum ſimplr̃, vel via topica inuentum de re, cuius definitionem quærimus. Hoc modo in hoĩs definitione primo loco accipiatur aĩal, quia vľius quid eſt rõnali, mortali, & bipede, q̃ ſunt drĩæ: quid igitur ſit natura primũ, ex hiſce patet, quid vero ſit natura ſ'm, exponit: & inquit. Accepto aũt hoc eo modo, quo diximus, quia ſequitur ad cætera, & non ẽ contra, iam idem modus in cæteris inferioribus eſt. Quia id accipiatur ſecundum, quod ad cętera ſequitur, & non ẽ cõtra. nam, vt inquit, natura ſ'm cæterorum poſt ipſum primũ erit. Tertiũ erit quod eſt ante alia q̃ conſequenter ſe habent. nam remoto ſecundo, quod eſt ſurſum, ipſum aliorum primum erit. Silr̃ aũt & in alijs poſt ſecundum vſq; ad vltimum idem modus ſeruetur.

Patebit aũt hæc omnia eſſe, quod erat tertium, ſi ſumpſerimus primum ipſum per diuiſionem, omne aut hoc, aut hoc animal eſſe. Eſſe autem hoc, & rurſus totius differentiam, huius extremi vero non vlterius differentiam eſſe, vel etiam ſtatim cum vltima differentia ab ipſo toto, non differre id ſpecie. ARGY.

Quod autem oĩa hæc ſint, manifeſtum eſt ex eo, quia accipitur hoc, & primum ſecundum diuiſionem. quoniam omne aut hoc, aut illud eſt: eſt aũt hoc. Et iterum huius totius differentiam, vltimi autem non amplius eſſe differentiam. Vel etiam ſtatim cum vltima differentia à toto non differre ſpecie hoc. DILVCI.

Hoc eſt tertium præceptum, ſ. vt oẽs drĩæ accipiãtur quouſq; genus poteſt diuidi. Perficitur aũt hoc præceptum, vt Them. innuit & Philo. exponit, duobus. Primo, vt diuiſio eouſq; euadat, donec ꝑueniatur ad vltimam drãm ſ'm ſpẽm. Secundo, ꝙ dum ex oĩbus drĩjs & genere quoddam proprium exeat, quod in aliam rẽ nequeat transferri, inquit. Cõm. 115. {Quod aũt oĩa hæc ſint & nihil in definitione ſit prætermiſſum, manifeſtum ex eo eſt: quia accipitur hoc. ſ. genus, vel ſimplr̃, vel topica methodo: & accipitur primum, hoc eſt prima drĩa ſ'm diuiſionem, dico diuiſionem, qua habetur genus non aut hoc, ſ. rationale, aut illud eſſe, ſ. irrationale. Hæc.n. dicitur prima diuiſio & drĩa: q̃ hac prima diuiſione accipitur, dr̃ prima, vel primum acceptũ analytica methodo. Eſt aũt hoc, i. & accipitur ꝙ id ꝙ definiẽ ſit hoc, vtpote homo, ꝙ aĩal rationale. aĩal quidem acceptione ſimpliciter, vel topica: rõnale vero prima diuiſione generis. Et iterũ accipitur huius totius drĩam eſſe. q.d. eſſe illius totius, quod eſt aĩal rõnale, iterum drĩam eſſe accipiendam, qm̃ oẽ aĩal rõnale eſt aut mortale, aut immortale. Vltimi aũt compo

compoſiti ex vltima dr̃ia, quale eſt aĩal rõnale mortale bipes, non amplius, ſumat aliquam aliam eſſe dr̃iam. Quare pro obſeruatione tertij p̃cepti primo neceſſe eſt genus diuidere, & cũ diuiſa dr̃ia conſtituere euſq;, quo ad vltimum cõpoſitum perueniatur non vlterius per dr̃ias diuiſibile. Deinde exponit quid ſc'do obſeruandum eſt pro obſeruatione eiuſdem p̃cepti, & inq̃t. {Vel etiã, hoc eſt & etiã ſtatim hoc aggregatum cũ vltima dr̃ia cõpoſitum, quale eſt aĩal rõnale mortale. accipiatur non differre à toto, immo, vt Them. inquit, accipitur tanquam definitio proprium, quod nulli alteri competat. His ergo duobus ſeruatis, tertium p̃ceptum in analytica methodo complebitur. nam cum genus vſq; ad vltimam differentiam diuiditur, & totũ aggregatum cũ illa accipitur, & totũ hoc cum definito conuertitur, plene oĩum dr̃iarum ſufficientia ha B bebitur. Et ita patet tertium præceptum, quod fortaſſe bene proſpicienti ſecundum debuit eſſe.

ARGY. *Patet enim neq; plus oportet quicquam additum eſſe. Omnia nanq; ſumpto hoc ipſo quid eſt prædicantur, neque quicquam deeſſe: nam aut genus, aut differentia eſſet. At genus eſt ipſum primum, & hoc cum differentijs ſimul eſt ſumptum, differentiæ etiam vniuerſæ ſunt ſumptæ, nulla enim prorſus poſterior eſt. Specie nanque differret ipſum extremum. At hoc dictum eſt non differre.*

DI LVCI. Definitio nihil ſuperflui, vel diminuti continet. *Manifeſtum.n. dictum eſt quoniam neq; plus apponitur. Oĩa.n in eo quòd quid eſt accipiuntur horum. Neque deficit aliquid aut.n. genus, aut differentia vtiq; erit. Genus quidem eſt hoc, & primum, & ipſum cum differentijs acceptum. Differentiæ aũt omnes habentur. Non.n. amplius eſt poſterior. Species.n. vtiq; differret vltimum, hoc autem dictum eſt non differre.*

Cõm. 116. Quod ſufficiant hæc tria præcepta, Ariſ. oſtendit, quia ſolis his conceſsis, atq; obſeruatis, definitio nec eſt in plus neq; in minus: & ita per hæc ſufficienter habetur. Et hoc pacto Themiſtius Philop. & expoſitor recte verba Ariſtot. legunt. inquit.n. Ariſt. Manifeſtum.n. eſt, qm̃ neq; plus apponitur. Idem patet in definitione iuxta hæc præcepta nihil apponi, quo definitio ſuo definito ſit ĩ plus. Cuius cauſam ait. nam horum, quæ vt quid eſt prædicantur, oĩa accipiuntur, & ita totum aggregatum erit proprium conuertibile cũ definito: & ita non poterit eſſe in plus definito: hoc aũt accipitur partim ex primo, partim ex ſecundo precepto. Deinde ꝙ nihil deficiat proponit, neq; deficit aliquid: quo definitio ſit in minus vel extranea: quia, ſi q̃d deficeret, eſſet genus aut differentia. Genus quidẽ eſt hoc, & eſt primum: & ipſum eſt cum oĩbus differentijs acceptum, & ita genus non deficit. differentiæ autem oẽs habentur. non.n. amplius aliqua eſt poſterior, alioq; vltimum cõſtitutum differret vel diuidi poſſet differẽtijs adhuc: cuius contrariũ ſumptum eſt. dictum eſt enim ipſum vlterius non differre, nec diuidi poſſe. 2. expõ. Vel verba Ariſt. facilius intelligi poſſunt, ꝙ præcepta illa ſufficiant, quia illis obſeruatis, definitio completur, ex eo quia nihil plus, hoc eſt nihil extranei habebit. Extraneum.n. dicitur in plus ei cui additur, quia non eſt illi cõueniens. Quod vero nihil extranei habeat, partim ex primo, partim ex tertio præcepto accipitur: quia ex illis habetur, ea quæ accipiuntur in definitione, A accipi vt quid eſt: & ita non ſunt extranea. Inſuper illis obſeruatis, & poriſsimum tertio præcepto cõceſſo, in definitione nihil deficit, quia oĩa neceſſaria ponuntur. genus.n. non deficit, vt primo & tertio p̃cepto patet, differentiæ etiã non deſunt vt ex tertio p̃cepto patet. Ergo his obſeruatis, analytica methodus patebit, eritq; ſufficienter aſsignata qñ in definitione, quæ hac methodo colligitur, nihil extranei, nihilq; deficientis continetur.

ARGY. *Quærere aũt oportet inſpiciendo, primum ad ea quæ ſunt ſimilia, & nullam inter ſe dr̃iam habent, quidnam idem habeãt vniuerſa: deinde ad alia, quæ ſub eodem cum illis genere collocantur, & ſunt quidem eiuſdem inter ſe ſpẽi: ab illis aũt ſpẽ ſunt diuerſa. Atq; ſi in his accipiatur aliquid penitus idẽ, & in alijs ſimili modo. Rurſus conſiderandum eſt, ſi in his quæ ſunt ſumpta ſit aliquid idem quouſq; ad vnam rationem fiat acceſsio. Hæc.n. erit ip*B*ſius definitio rei. Quod ſi non ad vnam rationem, ſed ad duas vel plures itur, patet id quod quæritur non vnum quid eſſe, ſed plura.*

DI LVCI. *Quærere autem oportet intẽdentem in ſimilia, & nõ differentia. Primum quid oĩa idem habeant: poſtea iterum in altera, quæ in eodem quidem genere ſunt cũ illis. Sunt aũt ipſis quidem idem ſpẽ, ab illis aũt altera. Cum aũt in his accipitur quid omnia idem, et in alijs ſimiliter, in acceptis iterum intendendum eſt, ſi idem ſit, quouſq; in vnam conueniant rõnem. hæc.n. erit rei definitio. Si vero nõ vadit in vnã, ſed in duas, ac plures, manifeſtũ eſt, quòd non vnum aliquod, quod eſt prædicatur, ſed plura.*

Animal, Senſitiuum.

Rationale. Coordinario. Hinnibile.

Homines. Equi.

Cõm. 117. Nonnulli autumant Ariſto. velle aſsignare me C thodum, qua definitio paſsionis inuenitur. Et non placet, q̃a paſsio, vt definitur, ſubit vicẽ ſpẽi, & ita non alia methodo eius definitio accipitur, quã & cæteræ definitiones ſpecierum ſumuntur. Alij aſſerunt Ariſt. velle aſsignare alia methodum, qua definitio inueniri poſsit, cuiuſuis rei definitio ſit. Et videtur mihi, ꝙ velit reſumere iterum methodum, qua poſsit inueniri definitio generis, & quia æquiuocatio impedit genus definiri, addit quaſi conſiderationem quartam, qua in illo deprehendatur æquiuocatio. Aſsignat ergo tres conſiderationes pro hac methodo, dans intelligere quartam. Notandũ. Vbi debes ſcire ſub genere tot eſſe coordinationes, quot ſunt ſpecies ſub ipſo cõtentæ. quælibet enim ſpecies eſt quædam coordinatio eorum, quæ ſub ipſa cõtinentur, vt verbi cauſa oĩum hominũ vna, D altera oĩum equorum, & aliæ aliorum quæ ſub animali habentur. Pro inuentione igitur definitionis generis, videlicet, animalis, Prima cõſideratio eſt, vt ad contenta vnius coordinationis ſub tali genere, ſ. aĩali proſpiciatur, vt ad coordinationem hominum. Secunda conſideratio eſt, vt proſpiciatur ad contenta alterius coordinationis eiuſdem generis, vt ad coordinationem æquorum. Tertia, vt colligatur quid in prima, & quid in ſecunda cõe ſit, vt in coodinatione hoĩum rationale, in coordinatione equorum hinnibile: & quid cõe ſit illis acceptis, vt quid cõe ſit rationali, & hinnibili, vt ſenſitiuum, eſt.n. ſenſitiuum vtriſq; cõe. Quarta conſideratio eſt in conſiderando, an hæc ratio accepit cõis ſit æquiuoca, an vniuoca, vt vtrũ ſenſitiuum ſit ratio

Com. 119. Quia dixerat nõ eſſe definibile æquiuocum, q̃ſi aſsignat cauſam, quia definitio eſt rei vl̃is: niõ æquiuocum nõ eſt res vl̃is. Quod vero definitio ſit rei vl̃is exẽplo probat: quia medicus non definit ſanitatem particularem, ſed vl̃em. 2. expõ. Vel fortaſſe cũ aſsignauit regulas definitionũ, nunc aſsignat regulam rei definitæ, aſſerens rẽ definitã debere eſſe vl̃em. Quia, vt inquit, non in quodã oculo dicit medicus ſanabile cũ definit, ſ. Socr. aut Plato. ſed aut in gñe, quod oĩ competit, i. hoĩbus, & brutis, aut definit ſanabile determinãs in ſpẽ, ſ. hoĩs: ergo regula eſt nihil definire niſi genus, aut ſpẽm. 3. expõ. Vel, vt alijs placet, cum Ariſt. poſuit regulam inueniẽdi definitiones, probat regulam: & primo illam probat ex parte termini ad quem, aſſerẽs bene eſſe dictum in regula, vt procedamus ad vl̃e: quia rerum vl̃ium propriæ definitiones ſunt, vt exemplo rerũ, quas medicus definit, oſtẽdit non. n. cum definit ſanabile in-B lo, definit ſanabile in oculo Sacratis, aut Platonis, ſed ſanabile in animali, vel homine.

ARGV. *Atq; facilius eſt ſingulare definire quam vniuerſale. Qua propter à ſingularibus ad vniuerſalia oportet aſcẽdere. Equiuocationes enim in vniuerſalibus magis latent, quam in bis, quæ non differunt.*

DILVCI. *Et facile magis eſt ſingulare definire quam vniuerſale. Vnde oportet à ſingularibus ad vniuerſalia aſcendere. etenim æquiuocationes magis latent in vniuerſalibus, quam in indifferentibus.*

Singulariũ facilius definitionẽ venamur.

Com. 120. Secundo ꝓbat Ariſt. regulam ex parte termini a quo. Methodus. n. qua gñis definitio inuenit̃, habet duos terminos, vt viſum eſt: ipſum genus, qđ ꝓximo textu appellauit vl̃e, & ſpẽs ipſas, è quibus ad definitionẽ gñis proceditur colligendo cõe, qđ eſt ratio gñis, vt dictum eſt. Cũ ergo regulæ ſuffi-C cientiã probauit ex parte termini ad quẽ, nũc probat eius ſufficientiam ex parte termini, à quo, aſſerẽs bene eſſe dictũ, vt in tali regula procedamus à ſpẽbus, quia facilius eſt ſpẽm q̃ genus definire: & facit talem illationẽ, ſiue entimema. facilius eſt indiuiduam ſpẽm definire, q̃ genus: ergo oportet ꝓcedere à ſingularibus ſpẽbus colligendo cõe ad vniuerſalia, vt habeat tale cõe, vt ratio gñis vl̃is. Antecedens aſſumptum probat ex eo, q2 æquiuocationes magis latent in vl̃ibus generibus, q̃ in indifferentibus ſpẽbus. Huius primo accepit antecedẽs, & inquit. {Et facilius eſt ſingulare, i. atomam ſpẽm definire quam vl̃e genus, hoc eſt añs. Dat conſequẽs, & inquit. Vñ oportet à ſingularibus, ſ. ſpẽbus atomis in vl̃ia gña aſcendere colligendo (vt diximus in methodo, cõe oĩbus illis, quod eſt, vt gñis-D ratio. Deinde probat aſſumptũ, & inquit. {Etenim æquiuocationes magis latent in vl̃ibus gñibus, q̃ in indifferentibus, i. ſingularibus ſpẽbus. Appellat aũt ſpecies in drĩa, quatenus indiuidua ſub his nõ differũt, niſi per accñs. Patet igitur recte eſſe dictũ in methodo eſſe procedendum à ſingularibus ſpẽbus, colligendo cõe, vt rõnem gñis. Sed huic aduerſatur, quod. 1. Phyſicæ auſcultationis dictũ eſt.

Dubitatio. Text. cõ. 4. vbi ad vl̃ibus dixit eſſe ad ſingularia procedẽdum.

Solutio. Sed dicẽdum illic Ariſt. eſſe locutum in ordine doctrinarũ totalium, quales doctrinæ totales ſunt, Metaphyſica, Phyſica, & Mathematica. Hic loquit̃ in methodis definitiuis, q̃ docẽt inuenire definitiones, & ſic tollit̃ contradictio. Aĩaduerte tñ Them-A velle Ariſ. cõparare inter methodos ſuperius aſsignatas. Aſsignauit methodum q̃ docet genus definire, & methodum q̃ docet ſpẽm definire: cõparando ergo inter has Ariſt. vt vult Themiſt. dicit ſpẽs atomas facilius definire quam gña. Quam expõnẽ iuniores nõnulli ſecuti ſunt: aſſerentes. rẽ hanc Ariſto. tribus rationibus probare. Quarum ſecunda ponitur ibi. {Etenim æquiuocationes. {Tertia ibi. {Sicut aũt in demonſtrationibus. {Ego vero non video quõ hæc expoſitio verbis Ariſ. bene applicari poſsit, propterea hanc omitto. Tex. cõ. 14. ſcdi huius. Refutat.

ARGV. *Vt aũt in demõſtrationibus rõcinandi forma, ſic in definitionibus dilucidatas inſit oportet. Quę quidem fuerit, ſi ſeorſum id defiuiat quiſpiã, quod in pluribus generibus eſt, per ea quæ in vnoquoq; dicuntur veluti ſimile non omne, ſed id quod in coloribus eſt & figuris, & acutum ſimiliter, quod eſt iu voce, & ſic ad ipſum commune proficiſcatur, cauens ne æquiuocationem offendat.*

DILVCI. *Sicut aũt in demõſtrationibus oportet ſyllogizari ineſſe, ſic & in terminis certũ. Hoc aũt erit, ſi per ea, q̃ ſecundum vnũquodq; dicuntur, ſit in vnoquoq; genere definiri ſeparatim, vt ſimile non omne, ſed in coloribus & figuris. Et acutum, quod eſt in voce, & ſic in commune erit ire cautum ne æquiuocatio contingat.*

Com. 121. Intẽtio Ariſtot. Aliqui volunt Ariſt. velle probare in definitiua methodo eſſe ſtandum in vniuoco. Quod verbis Ariſt. non bene accõmodatur. Melius ergo videtur Ariſto. velle hic aſsignare methodum, qua ſciamus analoga ipſa definire. Cum. n. aliq̃ñ nos ſpeciem, aliquando genus, & aliq̃ñ analogum definimus: ſi aſsignauit methodum pro inuentione definitionũ generis, & ſpeciei, eſt rationi conſentaneum, vt aſsignet methodũ pro inuentione definitionis analogi, alioquin eſſet diminutus ĩ methodis definitiuis. Eſt ergo methodus, vt definiatur vnumquodq; genus propria definitione, poſtea gña hæc ſub analogo contenta accipiantur ſub diſiunctione pro definitione analogi, aut accipiantur definitiones generũ ſparſim definitorũ pro defioitione gñis analogi. Quam rẽ vt Alexan. 1. de Interpretatione, & 1. Priorũ notauit, ſeruat Ariſt. in definitione propoſitiones, cum inquit. {Propoſitio eſt orõ alicuius de aliquo & in libr. de Interpretatione idẽ ſeruauit in definitione enuntiationis, inquit. {Sicut aũt in demrõnibus oportet ſyllogizari ineſſe, ſ. prædicatum ſubiecto, alioquin non eſſet demrãtio, ſic & in terminis, i. definitionibus, oportet ſeruari certum, i. oportet eſſe talem, vt ꝑ ipſam deprehendatur certe definitũ ipſum. Deĩde declarat quõ in analogo põt hoc fieri, vt ipſum definiatur, & ſeruetur certũ, & inquit. {Hoc aũt erit, i. ſeruabitur certum in analogi definitione, ſi per ea, quę ſ̃m vnumquodq; dicuntur, i. ſi per propria vnicuiq; generi eorum, q̃ ſub analogo continẽtur, ſit ſeparatim in vnoquoq; genere definiri: hoc eſt, ſi vnumquodq; genus ſub analogo contentum per proprium ipſi definiatur, & poſtea ſupple per tales definitiones ipſum analogum definiat reponendo illas ſub diſiunctione in analogi definitione. Huius rei exemplum affert, & inquit. {Vt ſi quis velit ſimile ipſum definire, definiat non omne, i. non ſimile vniuerſale omnibus ſimilibus, ſed ſimile in coloribus, & ſimile in figuris, per propria coloribus, & figuris. & deinde has ſimilium definitiones ſumat in definitione ſimilis

1. Periher. cap. 4.

vniuerſalis. Similitet & ſiquis acutum voluerit definire. Acutum quod eſt in voce, & acutum in ſapo te, & acutũ in ſtilo prius deueniat, & ſic ex his erit ire in cõmune analogum cautũ & prohibitum ne æquiuocatio contingat. Sic n. demitur æquiuocatio, & poterũt defiitiones talium ſub diſiunctio ne aſſumi in definitione cõmunis analogi. Hæc videtur huius loci expoſitio. Philopo. autem exponit verba, ſed non ponit intentiones verborũ, ideo expoſitiones eius non ſunt vtiles, niſi ad verba.

ARGV. *Quod ſi neq; differere translationibus oportet, patet neq; definire oportere, aut translationibus, aut hiſce quæ per translationem dicuntur. erit enim neceſsitas, vt trãſlationibus differatur.*


DILVCI. *Si autem non oportet diſputare in metaphoris, manifeſtum eſt neque definire metaphoris, neque quæcunq; e dicuntur in metaphoris. Diſputare enim erit neceſſe in metaphoris.*


Cõmẽ. 112 Quoniam Academici, vt Plato & Socrates, & Cinici, vt Diogenes voluerunt res eſſe definiẽdas per Metaphoras. (vnde diogenes definit hominẽ, Homo eſt plauta euerſa.) ideo Ariſtot. excludens hunc modum procedendi in definitionibus inqt. {Si aũt non oportet diſputare in demõſtratiuis diſputationibus in metaphoris. (Non. n. præceptor cũ diſcipulo diſputat p metaphoras) manifeſtum eſt nec eſſe definiendũ res ipſas metaphoris. Nam diſputatio demr̃atiua demonſtratione, & demr̃atio definitione cõſtat, neq; quęcũq; dicunẽ. ſ. ſcientificæ, in metaphoris dicẽda ſunt. Diſputare enim neceſſe eſt in metaphoris, ſi quæ ſcientificæ dicuntur, metaphoris dicantur. Modus ergo procedẽdi Academicorũ definiendis rebus non conuenit.

ARGV. *Vt autem facultatem habeamus mediorum ad ea demonſtranda, quæ proponuntur, peruestigare oportet, & ea quæ animantibus apertis inſpiciuntur, & ipſas quoq; diuiſiones, atque ſic peruestigare oportet ſuppoſito genere communi oĩum. Ceu ſi animalia ſint ea quæ conſiderat, quæ nam omni competunt animali. Quibus ſumptis, rurſus identidem perueſtigare oportet, quæ nam cæterorũ primo cuilibet inſunt, veluti ſi id ſit auis, q̃ nam oẽm auem ſequuntur, & ſic ſemper quæ nam propinquiſſimo competunt. Patet. n. nos poſſe iam dicere propter quid inſunt ea quæ competunt hiſce, quæ ſub ipſo cõi ſunt collata, vt propter quid homini cõpetunt, aut equo. Sit aũt aĩal quidem B, in A vero ponãtur ea quæ aĩal omne ſequuntur, his aũt in locis in quibus C E D literę deſignantur, aĩalia ſingula collocentur. Patet itaq; propter quid A competit ipſi C: propter B nanq; competit. & ſimiliter cæteris.*

DILVCI. *Ad habenda problemata, eligere oportet, & deciſiones, & diuiſiones. Sic aũt elegere ſubiectum genus, cõmune omnium, vt ſi aĩalia ſint, & quæ conſiderantur, qualia omni animali inſunt. Acceptis autem his rurſus reliquorum primum qualia omne ſequantur: vt ſi hoc eſt auis, qualia omnem ſequantur auem, & ſic ſemper illi proxima. Manifeſtum. n. eſt, quoniam habebimus iam dicere propter quid inſunt ſequentia his, quæ ſunt ſub communi: vt propter quid homini, aut equo inſunt. Sit autem animal in quo A, B autem ſequentia ad omne animal, in quo autem ſunt C D E ſint quædam animalia. Manifeſtum igitur eſt propter quid ineſt ipſum B ipſi D: propter A enim ineſt. Similiter autem & in alijs, & ſemper in alijs eadem eſt ratio.*

Cõmẽ. 113 Quõ diffe- Ariſto hic, vt mihi videtur, oſtendit quid ſit medium, ſiue pp quid in problematibus. Differt aũt problema ab ipſa concluſione multifariam: ſed in propoſito differt ex eo, quia problema non cõſtat ex proprijs, & conuertibilibus, ſed ex his, quæ acci rat proble ma & con cluſio.





dunt ſubiecto, concluſio aũt ex proprijs, & cũ ſubiecto conuertibilibus conſtat. Problema eſt, propter quid homo dormit? & propter quid homo vigilat? Concluſio eſt pp quid homo eſt riſibilis, & pp quid equus eſt hinnibilis. Ariſto. ergo oſtendit quid ſit mediũ, non ſimpliciter, ſed in problematibus: nam medium in concluſionibus demr̃auit. Aſſignat aũt pro inuentione talis medij quatuor conſiderationes. Prima eſt, vt genus ſupponatur eorũ, quorum problemata quærimus, vt hoĩs, equi, & piſcis. hoc vero ſupponat, aut vt conceſſum, aut per loca topica. Secunda eſt, vt hoc genus diuidatur in oĩa ea, quæ ſub ipſo continentur, vel in plura eorum, quæ nobis conſtant. Tertia eſt, vt colligantur oĩa cõia in illis: quæ diuiſum eſt genus. Vt ſi aĩal diuiditur in hominem, equum, & piſcem, colligantur ſomnus, vigilia, motus, & ſenſus. Quarta eſt, vt videatur an hæc ei gñi inſint, qđ in illa erat diuiſum. nam ſi illi gñi inſint, iam habetur pp quid & mediũ in problematibus, quæ quæruntur de ſpẽbus illius generis. Erit. n. genus ipſum, vt aĩal in talibus oĩbus medium. inquit. {Ad habenda problemata de contentis ſub aliquo: eligere oportet & deciſiones & diuiſiones, i. oportet genus diuidere in oĩa, vel plura, quæ ſub ipſo ſunt, hæc fuit ſecũda conſideratio. Sic aũt eligere oportet genus oĩum cõe, vt ſit ſubiectum atq; conceſſum, vel aliunde inuẽtum. Hæc erat prima conſideratio. Innuit aũt tertiam in exẽplo, quod ſubſcribit, & inquit. {Vt ſi aĩalia ſint & quæ conſiderantur, i. ſi ſpecies aĩalis ſint ea, quorũ problemata quęruntur, oportet ſup. eligere qualia oĩ aĩali inſunt: eſt ergo tertia conſideratio, vt facta gñis diuiſione conſiderentur qualia cõia ſint, q̃ his oĩbus inſunt, quæ aĩal diuidebãt. Prætermiſit quartam, quia ſatis ex his tribus habetur. Nam, ſi habẽtur cõia, quæ oĩbus ſpẽbus cõpetunt, ſtatim cognoſcitur ꝙ illa inſunt gñi, quod i talia diuidebatur: & per conſequens habetur mediũ, & pp quid in problematibus, q̃ de contentis ſub aĩali quærebantur. Docet eodẽ modo eſſe agendum p diuiſionẽ alicuius eorum, q̃ ſub gñe continebant. Verbi cã, ipſius auis, q̃ ſub aĩali continet. nã, ſi q̃rimus ꝓblemata de contẽtis ſub aue, oportet auẽ diuidere in coruũ, & picũ & ſturnũ, & id genus, & deinde colligere cõia

his

his oĩbus,& illa attribuere aui.nam auis erit mediũ & propter quid in ſpeciebus auis, de quibus ꝓblemata quæruntur. Idem in cęteris agendum eſt,donec venerimus ad ſpeciem atomam, quæ vlterius in ſpecies non eſt diuiſibilis: inquit. } Acceptis aũt his, ſupp.de genere cõi,& aſsignatis his conſiderationibus pro inuentione medij in ſpeciebus ſupremi generis, rurſus reliquorum, quæ genus diuidebant, oportet diuiſionem facere,& quærere qualia primum omne ſequantur,i.qualia ſunt, quę ſequũtur primum omnibus cõe. Vtpote per tot & ſimiles conſiderationes. vt, ſi hoc, ꝙ vlterius ſubdiuiditur, ſit auis, qualia ſequantur, omnem auẽ,& breuiter ita agendum eſt, vt egimus in prima diuiſione. Et ſic eligere oportet & diuidere ſemper illi ꝓxima.nam ſic faciendo habebimus iam dicere propter quid ſequentia ſiue accidentia inſunt his, quæ ſunt ſub cõi. Exemplum affert. vt propter quid homini, aut equo inſunt. Diſpouit aũt terminos, vt res facilius deprehendatur, & inquit. {Sit aũt animal in quo A, B aũt ſequentia ad omne animal. In quibus autem ſunt C D E, ſint quędam animalia, videlicet homo, equus, piſcis: quibus patebit quam ob cauſam ipſum B inſit ipſi D. nam pp A ineſt. Siſr autem fieri poteſt & in alijs per diuiſionem & ſubdiuiſionem: nam ſemper in alijs eſt eadem ratio.

Verborum expoſitio.

Quo vero ad verba attinet dixit deciſiones, & diuiſiones: vel quia alterum alterius eſt expoſitio, vel quia res poteſt diuidi, & decidi. diuiditur per partes ſubiectiuas, deciditur per integrales modo animal poteſt eſſe medium tam ad ſpecies, cum diuiditur per partes ſubiectiuas,& accipiũtur cõia omnibus partibus ſubiectiuis: quam ad ſpecies, cum diuiditur per partes integrales: Et accipiũtur cõia oĩbus illis partibus. cum.n.aĩal diuiditur ꝑ membra cõia oĩbus mẽbris ſunt calidum, frigidum, humidum ſiccũ. Modo hoc de oĩbus aĩalis ſpẽbus poſſunt demrãri per ipſum aĩal, vt in exemplo patet.

ARGV.

Eadem autem eſt ſemper & in alijs ratio, atque nunc ſic dicimus per tradita nobis nomina communia rebus. Oportet autem non ſolum in his ipſis dicto modo conſiderare, ſed etiã ſi aliquid aliud videatur commune competens, & idipſum accipere, deinde ſumere & ea quæ ipſum ſequuntur; & ea quæ hoc ſequuntur. veluti cornigeris competit eritamũ habere, ſuperioribuſque vacare dentibus. Sumantur igitur hæc; & rurſus accipenda ſunt ea, quibus competit, ſequiturque genere cornua: Patet enim propter quid illis competunt ea, quæ diximus, nam ob idipſum illis inerunt; quia cornua generunt.

DILVCI. Tex. 23.

Nunc quidem igitur ſecundum ea, quæ aſsignantur communia nomina dicimus. Oportet autem non ſolum in his conſiderare, ſed etiã ſi aliquid aliud videtur cõmune exiſtens accipientem. Poſtea quæ nam hoc ſequitur, & qualia hoc ſequuntur. Vt cornua habentia habere omaſum & non bidentia eſſe. Item habere cornua, quæ ſequũtur. Manifeſtum eſt enim propter quid illis eſt, quod dicitur. Propter id enim quod cornua habent, ineſt.

Echinon. Omaſum. ἀμφόδοντα. Bidentia. Vtrinque dentata. Cõm. 124. Expo. The.

Themiſtius exponit, vt mihi videtur, alio modo cæteris. Poſſet.n.quis quærere, ſi genus, ꝙ dictũ eſt eſſe medium in problematibus, non habeat nomẽ, quid agendũ erit. Quæri.n.ſolent hæc problemata in naturali Scientia, propter quid bos, ceruus,& capra non ſunt bidentia.i.vtrinque dentata: & propter quid habent multiplicem ventrem. vbi patet

A genus proximum, ꝙ eſt cõe illis non habere nomẽ. Animal.n.non eſt illis proprium genus, ſed remotum. Quæritur ad quid recurrendum erit. Rñdet Ariſt.(vt The. interpretatur, eſſe recurrendum ad cõem paſsionem, quæ illis cõis ſit: qualis eſt cornigerum eſſe. Nam talis paſsio erit medium, & propter quid in talibus, modo ſeruentur conditiones, quas in cõſiderationibus diximus, videlicet, vt ſubiecta, de quibus quæruntur, ſub tali paſsione ſint:& quæſita competant omni tali paſsioni. Erit.n.tunc talis paſsio medium conueniẽs talibus problematibus. Phi.vero & Thomas non abratione aſſerũt Ariſt. velle methodum dictam ampliare non modo ad genus nominatũ, ſed ad genus proprio nomine innominatum. Nam ſiue noĩatum ſit genus antiquo & conſueto nomine ſiue noĩatum nouo & in-


Expoſitio. Philopon.

B conſueto nomine: modo ſit cõe omnibus ſubiectis quorum quærimus problemata,& illa quæ quæruntur, competant omni tali generi ſemper eſt conueniens medium, & propter quid in talibus problematibus, inquit. } Nunc quidem igitur ſm ea, quæ aſsignantur antiquitus cõia generum nomina methodũ dicimus: q.d. hactenus de methodo, qñ gña habent aſsignata cõia nomina, & antiquitus appropriata. Sed extendo methodum. Oportet accipientem problemata non ſolum conſiderare dictã methodũ in his generibus, quibus aſsignatum iam eſt nomen, ſed etiã generibus, quibus nõ aſsignatum eſt antiquitus nomen. Si aliqđ tale, i. modo aliqđ tale videtur oĩbus illis, de quibus quærimus problemata, cõe exiſtens, cui nomen aſsignatum non ſit, ſed de nouo factum: q.d. modo tali generi competant omnes conſiderationes: quarum prima erat

C vt ſit cõe omnibus eis, quorum problemata quæruntur. Deinde replicat ſecundam conſideratiõẽ, & inquit. } Poſtea quæ nam ſint illa, quę hoc cõe genus ſequantur, hoc eſt, & modo aliquæ ſpecies ſint, quas tale genus innominatum ſequatur. Replicat tertiam, cum inquit. { Et qualia hoc ſequantur, i. & modo aliqua cõia quæſita ſint, quæ hoc innominatum genus ſequuntur: q.d. eadem eſt methodus in genere innominato. ſi ſit cõe aliquibus, & aliqua contineantur ſub illo: & ſint quędam accidentia illi cõi competentia. Nam his ſtantibus, methodus eadem eſt in genere nominato, & innoĩato. Exembla pouit, & inquit. } Vt ſunt hæc proplemata, quorum primũ eſt cornigera habere omaſum, ſiue ſimplicem ventrem. Secundum eſt, & cornigera non eſſe amphodota, i. bidentia, ſiue vtrinque dentata.

D Vel intellige ſic & melius, vt ſit exemplum conſiderationum: q.d. vt ſi illud cõe genus, cui nõ eſt nomen aſsignatum, ſit cornigerum, & quæſitum cõe omni tali ſit habere omaſum: ad omne.n. cornigerum ſequitur habere omaſum: & ſit aliud quęſitum omni tali competens non bidentia eſſe. Item habere cornua, ſiue cornigerum eſſe: quæ nã ſequitur, i. & aliquę ſpecies ſint, quibus competit eſſe cornigerum. Nam ſi cornigerum ſit tale cõe, vt dicit prima conſideratio, & habere omaſum & non bidentia eſſe ſint quæſita, quę tali cõi inſunt, vt eſt ſecunda conſideratio, & ſint aliquæ ſpecies ſub tali genere, ꝙ nouo nomine dicitur Cornigerum, vt eſt tertia conſideratio, methodus erit, ꝙ cornigerum ſit medium in talibus quæſitis,& hoc dicit.

Manife-



Manifeſtum eſt.n.his ſic ſtantibus, propter quid eſt, ꝙ dicitur, i. ꝙ quæritur, vt ꝑꝑ quid bos, ceruus. & id genus habeant omaſum, & bidentia non ſint. Propter id.n. ꝙ cornua habent, ideſt quia cornigera ſunt, ineſt eis habere omaſum, & non bidentia eſſe. Sint in A habere omaſum, & bidentia non eſſe, in B cornigerum. in C bos, ceruus, & ouis. Hæc quo ad expoſitionẽ. Quo vero ad verba attinet verbũ omaſum grece eſſe ἐχῖνον Echinon, quod interpretatur Argyropolus. Ericium. Theodorus vero in libris de Animalibus Omaſum. Vnde Philo. inquit, ❴Echinum dicit vnum ex tribus ventris receptaculis, quem ventem nominare conſueuerunt multi. Qua ratione fit, vt non bene dicant, qui velint cornigera habere tres vẽtres. Non.n. ex anotomia eorum talium viſi ſunt, ſed vnus eſt talium venter: tribus receptaculis, quaſi vaſculis diſſectus, quorũ receptaculorum vnum Echinon dicitur. Hũc Theodorus Omaſum latine dicit, Argyropilus Ericium forte quia eſt ſimile ei animali, quod Erinaceum dicitur vel aliam ob cauſam. Alij dixerunt in vẽtrem talium animalium quatuor eſſe receptacula, quorũ aliud Cæliam, latine ventrem, aliud Cecryphalum, latine arſineum ſiue reticulũ, omaſum aliud, ꝙ græce echinũ, ab omaſum, aliud ꝙ greci enyſtrũ appellarunt. Quod an ita ſit, Tertio de Partibus Animalium quæratur, aut ex anotomice. Satis aũt nobis ſit, echinum eſſe receptaculum vnum ex eis eſſe, quæ ſunt in ruminantium ventre, vt Phi. & The. expoſuerunt. Habuerunt aũt hæc animalia omaſum atque multiplicem ventrem, quia caruerunt dentibus, vt poſſint ruminare cibum. Caruerunt vero dentibus, quia materia dentium fuit tranſmiſſa ad cornua. non.n. poteſt duo natura æqualiter agere, ideo materiam dentium ſuperiorum tranſmiſit ad cornua. Hæc Ariſto. libris de Animalibus longius.

Verborum expoſitio.
Echinũ qd

κοιλίαν κεκρυφαλος ἐχῖνον ἤνυστρον

Et inſuper alius modus peruestigandi per ſimilitudinem rationis. Non enim poteſt vnum quippiam idem ſumi quod quidem ſæpium & ſpina, & os appellare oportet. Inerunt autem & his atque ſequentur aliqua quaſi talis ſit vna quadam natura.

ARGY.
Sæpiũ ẽ os ſæpiæ, vt ponit Phi. Themi.


Amplius alius modus eſt ſecundum analogum eligere. Vnum enim accipere non eſt idem. Hoc autem eſt vocare ſæpium, & ſpinam, & os. Sunt autem quæ ſequũtur & ad hæc tanquam vna quadam natura tali exiſtente.


DILVCI.

Cõmẽ. 135

Secundo ampliat dictam methodum ad analogum medium. Quæruntur enim aliqua problemata ſm analogum hoc pacto, propter quid piſcis habet ſpinam, & homo os, & ſæpia ſæpium? ideo vult medium in talibus eſſe analogum & per eandem methodũ, & tot conſiderationes reperibile. Oportet.n. inuenire aliquod commune analogum, vt reuerberatione indigere, analogum, ad ꝙ ſequatur illud. verbi cauſa, ſit analogum reuerberatione indigere, B habere os, vel proportionale, A C vero ſit

E





Sæpium. Spina. Os

F homo, piſcis & ſæpia: patet medium eſſe analogum: & quæſitum ſimiliter, inquir. ❴Amplius alius modus eſt ſup. inueniendi propter quid in analogis, ſecũdum analogum medium eligere: & quia dixit alium eſſe modum, ne quis putet hunc modum eſſe alium ſm formam, addit. ❵ vnum enim accipere non eſt idem; ſed oportet ſup. vocare ꝙ quæritur ſæpium, & ſpinam, & os, vel vno nomine os, aut proportionale oſſi. Sic igitur nõ differt methodus in anologis quæſitis, & vniuocis quo ad formam, ſed ſolum quo ad materiam, quia alia ſunt analoga, alia vniuoca. Forma tñ inueſtigandi medium in talibus quæſitis analogis eſt, vt quærebamus in vniuocis. Addit ea quæ ſequuntur ad hæc, ſ. ad os, ſæpium & ſpinam, non propriæ vna; ſed quaſi quadã natura vna tali exiſtente. Ex his vult habere in quæ-

G ſitis analogis media eſſe analoga, tñ eadem methodo reperiri. Animaduerte, vt Phi. innuit, idem poſſe eſſe quęſitum & medium. Reuerberatione.n. indigere poteſt eſſe quęſitum. Poſſumus.n. quærere quare piſcis, homo, & ſæpia, reuerberatione indigent: & tunc dicemus, quia eorum carnes ſunt poroſæ: cum.n. carnes ſint poroſæ, niſi hæc ſint ſpiritus reuerberantia, exhalarent tandem ſpiritus, Põt etiam eſſe medium. quærimus.n. quare piſcis habet ſpinam, & homo os, & ſæpia ſæpium. Dicemus quia indigent reuerberatione ſpirituum ad intra. Propterea Ariſtõ. ait, cum talia quæſita ſint analoga, non.n. os, ſpina, & ſæpium cõueniunt in vno genere, ſed in vno proportione, ideo oportet mediũ eſſe analogum. Sumatur ergo medium analogum, ad ꝙ ſequitur quæſitum analogum. & ſic methodus eſt eadẽ ſecundum formam, ſm materiam alia.

Quæſitum mediũ poſſunt eẽ idẽ.

H *Eadem autem ſunt nonnulla eorum, quæ proponuntur multipliciter. Quædam enim ex eo ſunt ea, quia medium idem habent, veluti quia ſunt omnia antiperiſtaſis. Atque horum nonnulla ſunt eadem genere quæcunque differentias habent, ex eo quia ſunt diuerſorum, vel alio modo. Vt propter quid reſonat, aut propter quid apparet, & propter quid iris exiſtit. Vniuerſa enim hęc idem ſunt propoſitum genere, omnia nanque ſunt plane reflexio, ſed ſpecie ſunt diuerſa. Quędã aũt differunt, ex eo quia medium eſt ſub alio medio, veluti propter quid nilus decreſcente menſe magis affluat aquis: quia menſis decreſcens ſimilis magis hyemis eſt. Propter quid menſis decreſcens ſimilis magis hyemis eſt: quia luna decreſcit. Hæc enim, ſic inter ſeſe habent vt patet.*

ARGY.

Ea-

DI LVCI.

Eadem autem problemata ſunt, quæ quidem idem medium habent. vt quoniam omnia antiperiſtaſis ſunt. horũ autem quædam genere eadem ſunt, quæ habent differentias, aut quæ aliter ſunt. vt propter quid reſonat, aut propter quid apparet, aut propter quid iris. Omnia enim hæc vnum problema ſunt genere. Omnia enim repercuſsio ſunt ſed ſpecie altera. Alio autem ex eo quia medium ſub altero medium eſt differunt problematum. vt propter quid nilus deficiente menſe magis fluit? propter id quod himealior eſt deficiens, & propter quid himealior eſt deficiens? propter id quod luna deficit. hæc enim ſic ſe habent ad inuicem.

Cõmẽ. 126. Continuatio.

Hactenus de ipſo propter quid in problematibus, nunc quæ dicãtur, problemata eadem, & quot modis dicantur eadem, exponit, & inquit. {Eadẽ autem problemata ſunt, quæ quidem idem mediũ habent. Verbi cauſa, vt ſi omnia ſint antiperiſtaſis: B & tu intellige in prædicatione cauſali, i. propter antiperiſtaſim. dicitur aũt græce, antiperiſtaſi, latine contra pulſio: & de verbo ad verbum contraria circunſtatio. Si ergo ſint aliqua problemata, quorum omnium medium eſt antiperiſtaſis, hæc dicuntur eadem. Deinde quot modis eadem dicantur, exponit & inquit. Horum aũt quædam genere eadẽ ſunt quędam ſunt eadem ſubalternatione. Exponit aũt quæ genere eadem ſunt, & inquit. {Eadem genere ſunt, quæcunque habent differentias, aut quæcunque aliter ſunt, i. quõlibet diuerſa, modo alterum ſub altero non collocetur. Exemplum ponit & inquit. {Vt propter quid reſonat locus iſte, i. propter quid in hoc loco fit echo: & ꝓpter quid apparet, ſ. in ſpeculo imago, & propter quid in nubibus eſt iris. Omnia.n. vt inquit, hæc vnum problema ſunt genere, quia omnia repercuſsio ſunt, i. propter re- C percuſsionem. Echo.n. repercuſsio vocis eſt. Imago repercuſsio ſpeciei viſibilis. Iris repercuſsio luminis, verum altera ſunt ſpecie, vt patet. Deinde exponit, quæ dicantur eadem ſubalternatione, & inquit. {Alia vero de numero problematum eadẽ ſunt ſubalternatione, ex eo quia differunt per hoc ꝙ medium eſt ſub medio. Exemplum, vt propter quid nilus deficiente menſe, i. in fine menſis fluit, & inundat? propter id ꝙ himealior eſt deficiens mẽſis: & propter quid himealior eſt deficiens menſis? propter id ꝙ luna deficit. nam dificiente lumine, deficit calor, qui reſoluebat pluuias. Hæc.n. vt inquit, problemata ſic ſe habent adinuicem in ſubalternatione.

Dubitatio. Solutio.

Sed quæres quare non poſuit nec docuit inuenire medium in quæſtionibus ſi eſt, & quia eſt. Et dicendum, quia ſi eſt ad quid eſt, & quia eſt ad propter quid eſt reducuntur. vel quia ſi eſt, & quia eſt non ſunt ſcientificæ quæſtiones. Sæpe.n. per ſenſus terminantur.

Alia dubĩ. Solutio.

Vlterius dubitabis ẽt, quia non videntur problemata eadem eſſe propter medium. eſt.n. medium extra extrema problematis. Et dicendum problemata aliqñ differre ratione materiæ, quæ eſt compoſitio terminorum. aliqñ ratione formę, non quidem perficientis, ſed declarantis eſſe: & ſic propter media differunt, & propter media conueniunt.

ARGV.

Ambiget autem quiſpiam de cauſa, & de eo cuius eſt cauſa, & ne tum cauſa, cum eſt id cuius eſt cauſa. veluti cum frondes decidunt, eſt ne tum ipſa cauſa defluendi frondes, latitudo inquã foliorũ, ſi id.pſum illius ſit cauſa.

De cauſa autem, & cuius cauſa eſt, dubitabit aliquis, vtrum cum cauſatum eſt, & cauſa eſt, vt folio fluit, aut deficit, & cauſa deficiendi, & folio fluendi erit, vt ſi hoc eſt, lata habere folia. Deficere autem huius quod eſt in medio eſſe.

DI LVCI. Tex. 25.

Cõm. 127. Expõ Tho. Qualis expoſitio.

Thomas exponit Ariſto. velle quærere de mutua coexiſtentia effectus cum cauſa, verũ videlicet cauſa exiſtẽte effectus ſit: & è cõtra effectu exiſtente cauſa ſit. Sed hæc expõ ambigua vr̃. nam Ariſtõ. quærit ſolum vtrũ effectu exiſtente cauſa ſit, vtrum vero cauſa exiſtente, effectus ſit, Ariſt. non quærit. Præterea Ariſt. quæſiuit, & diſſoluit hoc problema, cum quęſiuit, vtrum cauſa & effectus ſimul ſint. Declarauit.n. agentem & materiam non ſimul eſſe cũ effectu. Formalem vero & finalẽ ſimul eſſe.

Expõ Phil. Refutatio. Propria expoſitio.

Quare exponit Philo. ſolum, vtrum exiſtente effectu cã B ſit, contra vero non quærit. Sed hæc expõ licet cõueniat verbis his, non tñ conuenit exemplis inferius exponendis Ideo arbitror verba hæc eſſe ſupplenda hoc pacto. De cauſa aũt, & de eo cuius eſt aliqua cauſa, hoc eſt de cauſa, & effectu dubitabit aliquis, vtrum cum cauſatum eſt, eſt & cauſa: & ſup. è contra, cum cauſa eſt erit & cauſatum. Vt ſi folio fluit aliquid, ſ. vitis, aut deficit, ſ. luna erit & deficiẽdi cauſa: & folio fluendi cauſa. vt ſi hoc eſt, ſ. folio fluere, ſit lata folia habere: deficere aũt ſi ſit, ſupple ſit terrã eſſe in medio. Subaudi & è contra, ſi ſit terra in medio, ſit lunã deficere, & ſi ſit folio fluere, ſit lata folia habere. Si ergo verba ſic legantur ſuppletorie. quæſtio eſt de mutua coexiſtentia cauſæ & effectus. Cum vero Philo. dicebat hanc quæſtionem ſuperius fuiſſe motam, & diſſolutam dicemus alia forma fuiſſe ſuperius quæſitam, & alia forma hic C quęri. ſuperius.n. quærebatur de mutua coexiſtentia effectus & cauſæ ſecundum rem, hic vero ſm ſyllogiſticam conuerſionem. præterea hic copioſius rem attingit ibi breuius Quare, cum Thoma expono Ariſto. velle quęrere de mutua effectus & cauſæ coexiſtentia. Nam verba legenda ſunt ſuppletorie, vt in exemplis patebit.

Them. Solutio. Philopo. huius c. 30

Themi. vir doctiſsimus in ſua Paraphraſi ſic textum legit. cum inquit. {Ad hæc ambigat quiſpiam de cauſa & eo cuius eſt cauſa. Et exponit verba, & inquit: cauſam ipſum medium voco, id cuius eſt cauſa, concluſionem. Nunquid in cõtrarium commeet concluſione poſita vt medium afferatur. Ecce ꝙ quærit, vtrum demonſtratio ſit reciproca ab effectu in cauſam, & à cauſa ad effectũ.

ARGV.

Vel cum deficit luna, eſt ne tum interpoſitio terræ. nã D ſi non eſt aliqua alia, erit ipſorum cauſa, ſin ſimul ſunt cauſa, & id cuius eſt cauſa, vt ſi intercedit terra, deficit luna, aut ſi latitudo eſt foliorum defluunt frondes, tum mutuo profecto demonſtrabuntur.

DI LVCI.

Si enim non eſt aliqua alia erit cauſa ipſorum. Si vero cauſa ſit ſimul & cauſatum, vt ſi in medio eſt terra, deficit, aut ſi latum eſt folium, folio fluit. Si autem ſic eſt, ſimul vtique erunt, & demonſtrabuntur per inuicem.

Cõm. 128.

Cum mouit quæſtionem, hic argumentatur pro vtraque ſui parte, & lege ſic verba. Si enim nõ eſt, ſ. mutua cauſæ & effectus coexiſtẽtia, ipſorum effectuum aliqua alia cauſa erit, & ipſi effectus erunt alterius cauſæ. Pro altera parte lege ſic. Si vero cauſa ſit ſimul & cauſatum, ſcilicet conuerſim coexiſtentes, vt ſi in medio eſt terra, deficit: & è contra, ſi deficit,

Tex. 6.

ficit,in medio eſt terra: aut ſi latum eſt folium, vitis folio fluit, ſi inquam ſic conuerſim coexiſtant, ſimul vtrique erunt, & demonſtrabuntur per inuicem circulariter, ꝙ eſt reprobatum. 1. huius. Quare quæſtio pro vtraque ſui parte eſt ambigua. Nã ſi effectus & cauſa mutuo non conuertuntur erit effectus ſine cauſa, vel cauſa ſine ſui effectu. Si autem conuertuntur, erit circularis demonſtratio.

ARGV. *Sit enim A frondes, deponit D, planta, cuius ſunt folia lata, C vitis. Si igitur A cuilibet competit B. omnis enim planta cuius folia ſunt lata frondes deponit, B vero C ipſi competit. Latas enim frondes qualibet vitis habet. A etiam ipſi C competit, omniſque vitis frondes ſuas deponit. Atque cauſa B medium eſt, vt patet. At licet eſt per foliorum defluxum lata vitem habere folia demonſtrare. Sit enim D lata habere folia, abijcere frondes E, vitis autem F E: igitur cuilibet ineſt F. Oĩs enim vitis abijcit ſuas frondes, D vero cuilibet competit T: omnis nanque planta, quæ frondes deponit, habet folia lata. omnis ergo vitis habet folia lata, atq; cauſa eſt foliorũ defluxus.*

F

DILVCI. *Sit enim folio fluere in quo A, latifolium in quo B, Vitis vero in quo C. Si igitur ineſt ipſi B A. Omne enim latifolium folio fluit, C autem ineſt B: omnis enim vitis latifolia eſt, & A inerit C. Omnis vitis folio fluit. Cauſa autem eſt B medium. Quod autem & latifolia vitis ſit, eſt per id, quod folio fluit, demonſtrare. Sit enim D quidem latifolium, E autem folio fluere, vitis vero in quo Z, ipſi igitur Z ineſt E. Etenim folio fluit omnis vitis. ipſi autem E ineſt D. Omne enim fluens folio eſt latifolium. Omnis itaque vitis latifolium eſt, cauſa aũt eſt folio fluere.*

G

Cõmẽ. 129 Deduxit ad hoc abſurdum demonſtrationem eſſe circularem, ſi per inuicem cauſa & effectus demonſtrarentur, nunc quõ fieret hæc circularis demonſtratio per exempla oſtendit. Vbi cauſa & effectus in demonſtratione conuerterentur, & inquit. {Sit.n. folio fluere in quo A, latifolium vero ſit in quo B, vitis aũt ſit in quo C. terminis ſic conſtitutis, ſi ipſum A ineſt ipſi B medio, vt rei veritatem ineſt. nam oẽ latifolium folio fluit. Ipſum aũt B inſit ipſi C, vt rei veritate ineſt: nam oĩs vitis latifolia eſt: concluſio erit B & A inerit ipſi C: quia oĩs vitis folio fluit. In hoc vero cauſa eſt B medium, effectus ſiue paſsio eſt A folio fluere, B vero ſubiectum paſsionis: quare demonſtratio erit per cauſam.



Demõ per cauſã.

Deinde ponit exemplum demonſtrationis, quæ eſt per effectum, & inquit. {Quod aũt & latifolia vitis ſit, eſt per id ꝙ eſt folio fluere demõſtrare: & ſic demonſtratio erit per effectum. conſtituit vero ſic terminos, & inquit. {Sit. n. D quidem latifolium, E aũt folio fluere. vitis vero ſit in quo Z, igitur terminis ſic collocatis, ipſi Z ineſt E. Etenim folio fluit omnis vitis. Ipſis aũt E ineſt D: omne. n. folio fluens eſt latifolium. Oĩs itaque vitis latifolium eſt, cauſa aũt eſt folio fluere, qua concludetur vitem eſſe latifoliam. Et ita videtur circularis demonſtratio: quia in prima latifolium eſt cauſa concluſionis, in ſecunda folio fluere eſt cauſa concluſionis. Quo vero ad verba attinet. Verbũ folio fluere græce eſt φυλλόρ-



Demõ ab effectu.

ρυ Latinis diceretur defrondeſcere. Sunt vere ſtirpium aliæ lata folia habentes, vt ficus, pirus, vitis, & id genus: aliæ vero anguſtiora folia habentes, vt oliuæ, pinus, & id genus. Quæ folia anguſtiora habẽt, vt inquit Theophraſtus in libro de ſtirpibus, perpetua coma virent, propter pinguedinem atque oleaginitatẽ, quæ viſcoſitatem facientes. cum difficultate defrondeſcunt. Quæ vero folia lata habent, facile defrondeſcunt, ex eo quia cito perdunt frondium humorem. Vnde & Ariſt. poſtea aſſerit hæc defrondeſcere ob areſcentiam ſucci: ob magnitudinem.n. foliorum in talibus deſiccatur ſuccus. Ex his patent tum verba, tum exempla.

Verborum expoſitio. Cur arbores hſites paruiſsima folia continuo virent & cũ difficultate defrõdeſcũt, & cur habẽtes lata e cõtrario.

ARGV. *Quod ſi fieri nequit vt ſint ſibi mutuo cauſæ, cauſa nãq; prior eſt eo cuius eſt, cauſa, & deficiendi quidem cauſa eſt in medio terram eſſe, huius autem non eſt cauſa deficere lunam. Atque demonſtratio quę fit per cauſam, eſt propter quid, demonſtratio vero. quæ non per cauſam fit, eſt ea qua quippiam tantum eſſe oſtenditur. Qui per defectũ terram in medio eſſe percepit, is ſcit quidem idipſum eſſe, propter quid autem eſt non cognoſcit. Atque deficere lunam non eſſe cauſam vt ſit in medio terra, ſed ẽ cõtra cauſam eſſe, vt deficiat luna, inde perſpici poteſt. In ratione nanque definiendi in eſt in medio terram eſſe: quare patet per hoc illud. ſed non per illud hoc innoteſcere.*

DILVCI. *si autem non contingit cauſas eſſe adinuicem (cauſa.n. prius eſt eo, cuius eſt cauſa) & deficiendi quidem eſt cauſa. Terram eſſe in medio, cuius quod eſt, in medio terram eſſe non eſt cauſa deficere. si igitur per cauſam demonſtratio eſt propter quid eſt: ſi autem non per cauſam, ipſius quia eſt. Quoniam quidam terra in medio eſt cognouit, propter quid autem non. Quod autem deficere non ſit cauſa in medio eſſendi, ſed hoc deficiendi. manifeſtum eſt. In ratione enim deficiendi eſt, quod eſt in medio. quare manifeſtum eſt, quod per hoc illud cognoſcetur, ſed non hoc per illud.*

Com. 130. Expoſitio The. & Phi. Secundum expoſitionem The. & Philo. hic Ariſ. ſoluit, licet expoſitor ſolutionem acceperit proximo textu. Eſt aũt ſolutio, demonſtrationem circularem non eſſe, quia tunc folio fluere eſſet effectus latifolij, & cauſa eiuſdem: concedit tñ cauſam effectũ, & effectũ cauſam demõſtrare poſſe. verũ nec eo


H dẽ gñe demonſtrationis, nec eodem genere cognitionis. Nam, cum demonſtratur effectus per cauſam, demonſtratio eſt propter quid: & cognitio eſt rei, & concluſionis. cum ẽ contra per effectum demonſtratur cauſa, demõſtratio eſt quia, & cognitio eſt concluſionis tñ. Eſt aũt hæc ſolutio ex Hypotheſi, ideo inquit {Si aũt non contingit cauſa eſſe ſibijnuicem cauſas, vt eſt rei veritas in eodem genere cauſæ, q͂a cauſa prior eſt eo, cuius eſt cauſa: hęc eſt hypotheſis. ideo infert, & deficiendi quidẽ cauſa eſt terram eſſe in medio: eius vero ꝙ eſt in medio terram eſſe non eſt cauſa deficere, ſed effectus. Tunc vltra procedit ad differentias demonſtrationum: & inquit. {Si igitur demonſtratio per cauſam eſt demonſtratio propter quid, demonſtratio vero non per cauſam, demõſtratio eſt quia eſt ſequitur

tur ex hoc vt terram eſſe in medio cognouit, qm̄
eſt, propter quid aūt nō cognouit. Ergo prima dif
ferentia eſt, ꝙ demonſtratio per cauſam eſt in ge-
nere demonſtrationis propter quid, demonſtra-
tio per effectum in genere demonſtrationis quia:
hæc eſt prima differentia. Deinde exponit ſecundā
& inquit ꝙ aūt deficere non ſit cauſa ſm̄ rem eſſen
di in medio, ſed potius è contra, hoc. ſ. eſſe in me-
dio cauſa eſt deficiendi, manifeſtum eſt. Nam in de
finitione defectus ponitur eſſe in medio, & cum ni-
hil ponatur in definitione niſi cauſa: erit eſſe in me
dio cauſa ſm̄ rem defectus. Ex hoc dat ſecundam
ARGV. differentiam, & inquit. {Quare manifeſtum eſt, ꝙ
per hoc illud cognoſcetur ſm̄ rem, ſ. per eſſe in me
dio cognoſcetur defectus. Sed non hoc, ſ. eſſe in me
dio per illud, ſ. per ipſum deficere: & ſic ſecunda dif
ferentia eſt, ꝙ in demonſtratione per cauſam, me-
dium eſt cauſa concluſionis & rei, in demonſtratio
DILVC. ne per effectum medium eſt cauſa concluſionis, &
non rei. Et ſic non eſt abſurdum cauſam effectum,
& effectum cauſam demonſtrare: qm̄ nec eſt idem
demonſtrationis genus, nec eadē cognitionis ſpēs.
hoc pacto, vt mihi videtur, Them. exponit.

ARGV. *An fieri poteſt, vt vnius plures ſint cauſæ. etenim ſi ſit vt idem primo de pluribus prædicetur. Sit A, quod quidem tam B, quam C competat primo: quorum alterum inſit D, alterum ipſi competat E. Inerit igitur ipſum A, illis vtriſque; E inquam & D. Atque vt inſit quidem ipſi D, cauſa eſt ipſum B. Vt competat autem ipſi E, cauſa eſt ipſum C. Quare ſi cauſa eſt neceſſe eſt & rem eſſe, ſi verò res eſt, non eſt, neceſſe id eſſe, quod eſt cauſa, ſed cauſam quidem eſſe, non tamen omnem.*

DILVCI. *An contingit vnius plures eſſe cauſas. etenim ſi eſt idē de pluribus prædicari primo. ſit A ipſi B, primo inexiſtens C alij primo: & hæc inſint ipſis D E, inerit itaque A ipſis D E. Cauſa autem quod A inſit ipſi D quidem eſt B, ipſi vero E eſt C. Quare, cum cauſa ſit, neceſſe eſt rem eſſe. ſed res cum ſit non neceſſe eſt id omne eſſe quodcunq; cauſa eſt, ſed cauſam quidem, non tamen omnem.*

Longæuum. B. Siccū. Cornix.
Carēs cholera. D. Cer°.
A. C. E. Elephās.



Cōmē. 131 Hactenus egit de mutua cauſę atque cauſati co-
exiſtentia, nunc quærit ſecundo, an vnius effectus
poſſunt eſſe plures cauſę. Quę quęſtio ſi quærit ſm̄
diuerſum genus cauſæ, dubia minime videtur. ne-
mo. n. dubitat eiuſdem ſtatuæ eſſe effectricem cau-
ſam. Phidiam materialem, & formalem cæſaris figu
Expō Phi. ram, finalem vero memoriā. Quęrit ergo, vt Phi.
videtur, an eiuſdem effectus ſpecie eſſe poſsint di-
uerſæ cauſæ ſpecie, quæ tñ genere eadem ſint. Ve-
nit aūt ad hanc quęſtionem Ariſt. (vt Philo. innuit)
ex eo, quia in ſolutione proximæ. q. fecerat enthi-
mema tale, ſi cauſa cum effectu non conuertitur, ac
cidit eiuſdem effectus plures eſſe cauſas. Et qm̄ non
expoſuit an eiuſdem effectus plures eſſe cauſas ſit
abſurdum vel ne, propterea quærit an eiuſdem effe
ctus plures poſsint eſſe cauſę, oſtendens qūo poſ-
Propria ex ſunt, & qūo non poſſunt. hoc pacto Philop. colligit
poſitio. quęſtiones haſce. Ego vero dicere quæſtionē hāc
A eſſe per ſe in hoc libro perſcrutabilem, propterea
ſiue cum præcedente colligari poſsit, ſiue non erat
Ariſto. neceſſariū illā hoc libro diſputare: & quidē
loco hoc, cum hic agatur de cauſis. inquit. {An con
tingat vnius eiuſdemque effectus plures cauſas eſ-
ſe, ſ. ſpecie differentes. Rn̄det, & inquit. {Etenim.
q. d. affirmando contingit, ſi eſt idem effectus, de
pluribus prædicari primo: q. d contingit eſſe eiuſ-
dem rei plures cauſas, modo prædicetur idem effe
ctus de pluribus ſubiectis. verbi cauſa, Longæuum
de cornice, ceruo, & elephanto: nam hoc conceſſo,
alia cauſa prædicatur longæuum de cornice, alia de
ceruo, elephanto. De cornice. n. prædicatur lon-
gæuum, ex eo quia cornix eſt animal ſiccum, melan
cholicum, quaſi terreum, & fixæ naturæ. De elephā
to vero ex eo, quia eſt animal carens cholera, quæ
B eſt in cęteris animalibus cauſa corruptionis in hu-
moribus propter facilem eius motum, & ita cauſa
mortis, (vt exponunt. Philo & The. ēt de ceruo) an
vero hæ ſint cauſæ longęuitatis talium animalium,
in libris de Animalibus inueſtigetur, ſatis aūt no-
bis ſit accipere eiuſdem rei poſſe eſſe plures cauſas
ſpecie, cum illa res prædicetur de ſubiectis ſpecie
differentibus. nam, cum prædicetur de diuerſis ſub
iectis ſpecie, eadem cauſa non poterit de illis prędi
cari. Affert aūt exemplum & diſponit terminos, &
inquit. {Sit A, ſ. longæuū, ipſi B primo inexiſtens, ſ.
animali ſicco: & ſit etiā alij, ſ. C primo inexiſtens, i.
animali carenti cholera, ita vt longæuum vtriſque
inſit, & hæc duo, i. ſiccum, & carens cholera inſit ip
ſis D E, ſiccum quidem cornici, carens cholera cer
uo, & elephanto. Terminis ſic diſpoſitis, A longęuū
inerit ipſis D E cornici & elephanto: & erit cauſa,
C qua longæuum A ineſt ipſi D quidem, hoc eſt corni
ci, B quidem. i. ſiccum eſſe ipſi vero E elephāto cau-
ſa qua longæuū ineſt, erit C, hoc eſt carens cholera.
Et ita patet eiuſdem rei eſſe plures cauſas ſpecie, ſi
eadem res prædicatur de pluribus ſubiectis ſpecie
& qm̄ eandem rem prædicari de pluribus ſubiectis
ſpecie perſpicuum eſt, ēt eiuſdē rei plures eſſe cau-
ſas perſpicuum erit. Ex his infert tale corolarium,
quod quotieſcunque idem effectus pluribus ſubie
ctis ineſt, qui habent plures cauſas, ſemper qn̄ alte-
ra eius effectus cauſa omnibus illis ſubiectis ineſt,
omnibus illis inerit idem effectus, vt ſi cornici, &
elephanto ineſt ſiccum animal eſſe, ineſt vtriſque eſ
ſe longæuum, contra vero non. non. n. ſi vtriſque lō
gæuū eſſe inſit, vtriſque ineſt ſiccū aīal eſſe. Ergo
ex cauſa ſequitur effectus vr̄ in omnibus, in qui-
D bus cā reperitur, nō aūt ex effectu ſequitur, cū oīs,
in quibus effectus reperitur, quia ex effectu habē-
te plures cās nō ſequitur niſi altera earū ſub diſiū
ctione: inquit. {Quare cū cauſa, ſ. in omnibus ſub-
iectis, in quibus reperiri poteſt, neceſſe eſt rem eſ-
ſe illis omnibus, & omnem effectum eſſe: ſed res, cū
ſit in illis omnibus nō neceſſe eſt id oē eſſe, quod-
cunque cauſa eſt eius effectus, ſed neceſſe eſt cau-
ſam ſup. aliquam eſſe in illis, vt ſiccum animal eſſe
vel carens cholera: non tñ omnem, hoc eſt vtraque
vt. n. dicebamus ab effectu habente plures cauſas,
non omnis cauſa ſequitur, ſed altera, ex his patet.
& ſecundæ. q. determinatio, & corollarium.

At ſi ſemper id quod proponitur vniuerſale eſt, cauſa quoque tota quædam eſt. & id cuius eſt cauſa vniuerſale ARGV.


etiam

ARGY. *etiam eſt. Veluti folijs ſpoliari, toti cuidam ineſt determinato, & ſi ſpecies ſunt illius & his vniuerſaliter aut plantis, aut huiuſcemodi plantis competit: quare & medium in his, & id, cuius eſt cauſa, æqua ſint oportet, & conuertantur, veluti propter quid arbores folijs ſpoliantur: Quid ſi id ipſum ob congelationẽ eſſe oportet, & ſi cõgelatio non cuius ineſt ſed arbori, folijs arborẽ ſpoliario portet.*

DILVCI. *An ſi ſemper vniuerſale problema, & cauſa totum quoddã eſt, & cuius eſt cauſa, vniuerſale. vt folio fluere toti cuidam determinato, & ſi ſpecies ipſius ſint, & his vniuerſaliter, & plantis, aut huiuſmodi plantis. Quare & mediũ æquale oportet eſſe in his, & in eo cuius eſt cauſa, & conuerti. Vt propter quid arbores folio fluũt ſi ergo propter denſitatem humidi, ſi & folio fluit arbor, oportet eſſe denſitatem. Si & denſitas eſt non in quolibet, ſed in arbore eſt folio fluere.*

Aut. ὅτι Tunc.

Folio fluens. Denſum. Arbor.
A. B. C.



Com 132. Hæc poteſt eſſe tertia quęſtio, an cum eſt vniuerſale problema: & cauſa, & effectus vniuerſales medium conuertatur cum extremis. ſ. cum cauſa, & cũ effectu. Et tunc oportet exponere verbum gręcum interrogatiue pro an. Et hoc pacto complures expoſuerunt. Mihi aũt videtur textum eſſe legendum diſiunctiuę, cum. n. dixerat ex effectu nõ ſequi oẽm cauſam, nunc declarat, qñ ex effectu ſequitur omnis cauſa, & quibus conditionibus ex effectu ſequitur omnis cã. Et vult ex effectu omnem cauſam ſequi, cum problema eſt vniuerſale. Problema vero eſt vniuerſale, cum cauſa vniuerſaliter prædicatur de effectu, & effectus prædicatur vniuerſaliter de aliquo ſubiecto, cuius ſunt aliquæ ſpecies, de quibus vniuerſaliter effectus prædicatur. vt ſi cauſa eſſet areſcens eſſe, & effectus folio fluere, & ſubm plãta, ſub qua ſunt oẽs arbores, quibus competit areſcere, tunc problema eſt vniuerſale: & cauſa infert omnem effectum, & effectus omnem cauſam, inquit.} Aut ſi ſemper vniuerſale problema eſt, & exponit quo pacto vniuerſale, per conditiones requiſitas ad problema vniuerſale: & inquit. {Et cauſa totum quoddam eſt, hoc eſt vniuerſaliter effectui competens, & id cuius eſt cauſa, i. effectus eſt vniuerſale, vt folio fluere: ꝙ eſt vniuerſalis effectus alicui toti determinato vniuerſaliter competens, ita quod ſub illo toto & ſpecies aliquæ ſint, & his vniuerſaliter inſit, vt & plantis & talibus plantis. ſ. arboribus. Sunt igitur conditiones problematis vniuerſalis hę, vt cauſa vniuerſaliter effectui competat, & effectus vniuerſaliter alicui ſubiecto, ſub quo ſpecies ſunt, quibus vniuerſaliter effectus competit. tunc quaſi infert, {& medium eſſe æquale in his ſpeciebus, & in effectu, cuius eſt cauſa, & conuerti. Et ita exponendo verbum, quare ꝙ græce eſt ὅτι latine hic ſonat tunc. q. d. cum problema eſt vniuerſale, modo quo expoſitum eſt, tunc & medium æquale oportet eſſe in his ſpeciebus, & in eo cuius eſt cã & conuerti: & ita à cauſa ſequetur oĩs effectus, & ab effectu omnis cauſa. vbi vero eiuſdem effectus fuerint plures cauſæ ſpecie differẽtes, vt proximo tex-

E tu diximus, non conuertitur effectus cum cauſa. Exponit aũt per exemplum, ꝙ dixerat, & inquit. {Vt propter quid arbores folio fluunt, & per arbores intelligit plantas latifolias. Si ergo propter denſitatem, i. areſcentiã, humidi, tunc ſi & arbor folio fluit, oportet eſſe {denſitatem, i. areſcentiam}, ſi & denſitas eſt, non in quolibet ſiue qualibet planta, ſed qualibet arbore eſt folio fluere: ecce igitur, qũo ex cauſa ſequitur omnis effectus, & ex effectu omnis cauſa, ſeruatis his, quæ diximus. Si ergo legatur hoc pacto diſiunctiue tex. verba eius clara ſunt.

ARGY. *At quæret quiſpiam rurſus ſi fieri poſsit, vt non eadem eiuſdem ſit vniuerſis cauſa, ſed diuerſa, necne. An ſi per ſe quidem eſt demonſtratum, & non per ſignum, aut per accidens, id fieri nequit, quippe cũ ipſum medium extremi ſit ratio. Sin vero nõ hoc pacto eſt demõſtratum fieri poteſt.*

F *Vtrum autem contingat non eandem eſſe cauſam eiuſdem effectus, ſed alteram vel ne? An ſi quidem per ſe demonſtretur, & non per ſignum, aut accidens, non poteſt eſſe. Ratio enim extremi, medium eſt. Si vero non ſic, contingit.* DILVCI.

Hęc quęſtio nõ facile intelligitur, mihi tñ vr̃ quęſtionem eſſe ſic intelligendã. Vtrum alicuius effectus poſsit eſſe cauſa altera, & extranea, per quam ille demonſtretur, & hoc inquit. {Vtrum aũt contingat, nõ eandem cauſam eſſe alicuius eiuſdem effectus, ſed altera, hoc eſt extraneam: per quam effectus ille demonſtrari poſsit, ita vel ne. Reſpondet, ꝙ, ſi demonſtratio eſt per ſe, & non per ſignum, neque per accidens, non poteſt eſſe demonſtratio talis effectus per talem cauſam alteram; i. extraneã. Quia in demonſtratione per ſe ratio alterius extremi medium eſt, quæ nõ poteſt eſſe extranea alicui eorum. Sin aũt demonſtratio non ſic fuerit per ſe, contingit demonſtrari talem effectum per cauſam extraneam. Quo vero ad verba attinet, ſignũ hic differt ab accidente (vt Phi. inquit.) Et Ariſto. declarat. 1. Rhetoricorũ. Eſt. n. ſignum ꝙ infert id, cuius eſt ſignũ neceſſario, vt lac habere in mamillis. ſequitur. n. hæc mulier habet lac in mamillis, ergo peperit. Accidens vero eſt ꝙ infert id cuius eſt non neceſſario, Vt noctu vagari: non. n. ſequit̃ neceſſario noctu vagat̃, ergo fur: bene. n. cõiecturabiliter ſequitur. Verum de his lib. 2. Priorum. Ex his patet per cauſam nõ intellexiſſe cauſam rei, ſed cõcluſionis. non. n. ſignum vel accidens eſt cauſa rei, ſed concluſionis. Verum cum demõſtratio eſt per ſe, cauſa eſt rei & concluſionis. cũ eſt extranea, eſt cauſa concluſionis non rei. Sic mihi videtur eſſe intelligendum quod Ariſt. aſſerit hic.

Com. 133.

G Verborum expõ.

Signũ quo differat ab accidente.

H *Fit autem id cuius, & id cui eſt cauſa, per accidens cõſiderẽtur, non tamen ex numero eorum eſſe videntur quæ proponuntur. Quod ſi ita non eſt ſimiliter habebunt & medium. Si enim æquiuoca ſint, medium habebunt æquiuocum. Si ſint vt in genere, medium habebunt ſimiliter veluti propter quid etiam mutuo ordine ſimilitudinem ſubeunt rationum. Eſt enim alia cauſa in lineis, & in numeris. Atque eadem alia quidem eſt, vt linearum rationem ſubit, eadem autem vt tale habet incrementum & eodem in omnibus modo. Vt color autem colori figuraque figuræ ſit ſimilis: alia erit alij cauſa. Simile nanque in his eſt æquiuocum. In figuris enim in ſimilitudine forſitan rationum conſiſtit, quæ inter latera ſunt & angulorum æqualitate. In coloribus autem in vnitatem ipſius ſenſus, aut aliquo talis*

ARGY. Conuertibiliter. Mutuo. Cõmutabiliter.

tali:ea vero,quæ ſimilitudine rationum eadem ſunt, medium identidem ſimilitudine rationum idem habebunt.

91 LV CI. *Eſt aūt id cuius cauſa, & cui conſiderare ſecundū accidens:non tñ videntur problemata eſſe.Si aūt non ſimiliter ſe habebit mediū.Nam ſi ſunt ęquiuoca,æquiuocum mediū eſt.Si vero ſicut in gñe ſimiliter ſe habebit, vt propter quid cōmutabiliter,analogū eſt. Alia.n.eſt cā in lineis,et in numeris,& eadem,inquantū quidem lineæ,alia eſt inquantū vero hñs augumentum tale,eadem eſt,ſic in oībus.Similem aūt eſſe colorē colori, & figuram figuræ. aliā eſſe alij.Aequiuocum.n.eſt ſimile in his.Hic quidem eſt fortaſsis ſecundum analogiā hr̄e latera, & æquale angulos. In coloribus autem vnum ſenſum eſſe, aut aliquid aliud huiuſmodi. Quæ autem ſecundum analogiam eadē ſunt, & medium habent ſecundum analogiam.*

Cōm. 114. Expō The. Them.vult Ariſ.velle declarare mediū ſequi cōditionē maioris extremitatis.Nam, cum declauerat de coexiſtentia cāæ & cāti,cōſentaneum videt̄ eſſe declarare, quonāmodo medium ſe habeat ad extrema quare,vt Them.innuit,declarabit mediū ſequi cōditionē maioris extremi. Et tūc iuxta hāc expōnem Ariſ.primo p̄mittit extrema demſ̄onis, quales ſunt maior & minor extremitates non p ſe cōſiderari in demſ̄one, ſed p accñs.Et ppea inqt. {Eſt aūt id cuius cā,& id cui eſt cā, per accñs conſiderare in demſ̄one, non tñ ſunt pblemata,& ppōnes q̄ per ſe in demſ̄one cōſiderant̄. Quo vero ad

Verborum expō. verba attinet in demſ̄onibus maior extremitas dr̄ cuius cā,minor extremitas cui cā: mediū vero ipſa cādr̄.Quia igitur id cuius cā eſt,& id cui cā eſt,termini ſunt,in demſ̄one p accñs conſiderātur,q̄ licet per accñs conſiderent̄,pblemata non ſunt,ſed termini,ex quibus conficiuntur pblemata: hoc ergo eſt,qđ Ari.p̄mittit,& vt puto p expōne terminorū)q̄ extrema appellātur.Hoc ergo p̄miſſo, oñdit medium ſequi conditionē maioris extremi, qñ demſ̄o non fuerit p ſignum,vel p accñs, & hoc iquit. {Si aūt non ſup.demſ̄o fuerit p ſignum,aut p acñs, medium ſilr ſe habebit cum maiori extremitate,q̄ dr̄ cuius cā.Et ſignt̄ Ariſt.per hæc verba,vt Them. innuit,medium nō ſequi conditionē extremitatis

Expoſitio Philopo. cū demſ̄o fuerit p ſignum,aut p acñs. Phil.vero,ſi recte verba eius intellexi,refert hæc verba ad pxime dicta. Nā,cum Ariſt.declarauerat allq̄ demſ̄onē poſſe eſſe p cām extraneam, quaſi remouendo qōnem,inquit. {Eſt aūt & id cuius cā aliqua eſt : & id cui cā aliqua eſt,conſiderare ſ̄m acñs: vtpote in demſ̄onibus quorū medium eſt accñs, non tñ vñt pblemata eſſe:ſup.ea, q̄ ex talibus p̄ acñs deducuntur,ſed q̄dam rhetoricæ concīones.Quod ſi dicantur problemata, ſilr ſe habebit medium, vt ſe hēt maior extremitas, q̄ eſt p̄dicatum problematis : & hoc inqt.{Si aūt non ſic ſe hñt,ſed q̄runtur vt pblemata,ſilr ſe habebit medium,vt p̄dicatum problematis ſe hēt:& tunc iuxta hanc expoſitionem Ariſ. dedit intelligere qñ medium ſequitur conditionē maioris extremitatis, & qñ non. Sequitur.n.tunc maioris extremitatis conditionē, cum pblemata ſunt p ſe, & p media ppria: cū vero, q̄ demſ̄antur nō ſunt p ſe problemata,neq; p media ppria,tunc nō ſequitur medium maioris extremi conditionē. Poteſt ergo textus hic cum p̄cedēti ſic copulari,ſi aūt non ſic,i.ſi aūt demſ̄o non fuerit p ſe, cōtingit demſ̄ari per cām extraneam.Eſt aūt,contingit aūt

A demſ̄onem nō eſſe per ſe,cum & cuius cā,& cui cā conſiderant̄ per acñs,vt Rhetor cōſiderat. Addit tñ hæc q̄ demſ̄o per acñs demſ̄at,non eſſe pblemata,ſed Theſes, q̄ ſunt qōnes rhetoricæ. Deinde ponit cōditiones quibus ſeruatis,medium ſequit̄ cōditionē maioris.& inquit. {Si aūt nō fuerit demſ̄o p accñs,ſed p ſe,& pblemata per ſe, tunc medium habebit ſilr,ſicut maior extremitas.dico ſilr, quo ad æquiuocationē,& vniuocationē . In rhetoricis vero ſyllīs medium nō ſequit̄.conditionē alicuius extremi,qa non fiunt p media ppria,ſed extranea. Nec quo ad rē expoſitio Them.differet ab hac,licet videatur aliqua dr̄ia quo ad prima verba textus. Vterq; tñ vult Ariſt.declarare medium ſequi cōditionē maioris extremitatis,qñ demſ̄o eſt ex his, q̄ ſunt p ſe,& pblemata ſunt p ſe. Et quia medium in


B talibus ſequit̄ conditionē maioris extremitatis,eſt poni quo ad q̄,medium ſequit̄ conditionē maioris extremitatis, & inquit. {Nā, ſi maiora extrema in demſ̄onibus ſunt æquiuoca,ęquiuocum mediū eſt. ſi vero ſint ſicut in gñe,hoc eſt vniuoca, mediū ſilr ſe habebit,& erit vniuocū.Affert exēpla: & inquit. {Vt pp quid cōmutabiliter analogū,i.pp quid cōmutata proportio aliquibus ineſt.Conſtat.n.hanc paſsionem eſſe maiorē extremitatē,& analogū ſiue æquiuocum quid,& eius medium ſilr,& hoc exponit,& inquit. {Alia.n.eſt cā in lineis,& numeris, & eadem.Inquantum quidem lineæ ſup.aliæ ſunt à numeris,alia cā eſt,qua de lineijs cōmutata pportio demſ̄atur,& qua de numeris. Inquantum vero hñs augumentū tale(qđ eſt tō cōmutatæ pportionis.Eſt.n.cōmutata pportio.q̄ augetur vniformiter)cā eadem eſt,& ita quo ad ſubā:cā alia eſt.quo

C ad rōnem paſsionis,eſt eadem.Addit ſic eſſe intelligendum in oībus hoc eſt tpibus & corpībus,& ſuperficiebus:in quibus oībus cōmutata pportio repetitur.In oībus.n.rōne habita ad ſubam medium eſt aliud atq; aliud,rōne vero habita ad nomen vel nōis ſignationem,mediū eſt idem oībus. Vlterius aſsignat aliud exēplum,& īquit.{Silem aūt eſſe colorem colori.& figurā figuræ:aliā eſſe ſup.cām aliā alij, dicendū eſt,nā ſilr,in his, non eſt vniuocū , ſed equiuocū. Hoc,ſ.in figuris ſilr eſt ſ̄m pportionē hr̄e latera,& æquales angulos . Oēs.n.figuræ eiuſdem gñis æquilateræ ſunt,& æquiangulæ. In coloribus aūt ſilr eſt hr̄e vnū ſenſum, aut aliud hmōi.& non modo mediū ſequitur maiorē quo ad vniuocationē & æquiuocationē, ſed quo ad analogiam, ideo inquit. {Quæ aūt extrema maiora in demſ̄o

D nibus p ſe ſunt ſ̄m analogiā eadem & mediū idem hñt ſ̄m analogiā. Patet ergo medium in demſ̄onibus per ſe ſequi conditionē maioris extremitatis, quo æquiuocationē vniuocationē, & analogiam. Quæres & non iniuria,minor extremitas in demō ſtratione quē locū teneat. Eſſet aūt ad hoc dicen dum minorē in demōſtratione ſe habere vt cōceſſum, & materiam, maior aūt extremitas ſe habet, vt cātum & quæſitum.Medium vero vt cauſa & medium. Eſt.n.minor extremitas conceſſum, quod ſupponitur,& materia vtriuſq;.ſ.medij, & quæſiti . Quare non ab re Themi. & Philop.tria eſſe in demonſtratione affirmarūt,quod,cuius cā, & cui cā. Eſt.n.mediū quod cā,eſt quæſitū ſiue maior cuius cā,eſt minor ſiue conceſſum,cui eſt cauſa. Dubitatio. Solutio.

ARIST. *Cauſa aũt et id cuius eſt cauſa, atq; id cui eſt cauſa, ita ſe habent ad mutuo ſeſe ſequendum. Nam ſi hoc ſumas per ſingula, id cuius eſt cauſa ad plura ſeſe extendit: velut externos angulos quatuor rectis æquales habere extendit triangulũ atq; quadratum. Quod ſi oĩa ſumas, æquatur. Sunt.n. quæcunq; quatuor rectis æquales externos angulos habent similiter ſeſe habet & medium. Eſt aũt ipſum medium extremi ad rõnem primi. Quo circa ſcĩæ oẽs per definitionem fiunt, veluti ſpoliari frodibus ſimul ſequitur vitem, atq; exedit. Et ficum item atq; exedit ſed nõ oĩs ſuperat, ſed æquatur. Si igitur primum medium ſumpſeris, ratio illud erit abijciendi folia. Erit.n. primum quidẽ medium verſus extremum alterum, tales inquam vniuerſis eſſe, deinde medium huius ſuccum congelari, vel aliquid aliud tale. At ſi quiſpiam interrogauerit quid eſt defluere folia. congelari reſpondebimus eum ſuccum, qui in ſeminis coniunctione conſiſtit.*

DILVCI. *Habent aũt ſe ſic ad conſequendum adinuicẽ cauſa, & cuius cauſa, & cui eſt cauſa: vnumquodq; tñ accipenti, cuius eſt cauſa, in plus eſt, vt quatuor æquales, qui ſunt extra, plus ſunt quã triangulus. aut quadrangulus in oĩbus aũt æqualiter. Quæcunq;.n. quatuor rectis æquales qui ſunt extra, & mediũ ſimiliter eſt. Eſt aũt medium ratio primi extremi, ex quo oẽs ſcientiæ per definitionem fiunt. Vt folio fluere ſimiliter ſequitur vitem, & excellit, & ficum, & excellit ſed non oĩa, ſed æqualia. Si igitur accipias primum medium ratio fluendi eſt. erit.n. primum quidem in altera medium, qm̃ huiuſmodi ſunt oĩa, deinde huius medium, quoniam ſuccus dẽſatur, aut quoddam aliud huiuſmodi. quid aũt eſt folio fluere? denſari in contactu ſeminis ſuccum.*



Cõm. 135. Temiſt. expoſitio. Sc̃dum Them. Ariſ. agit de reciprocatione eius cuius eſt cauſa, & eius, cui eſt cã, hoc eſt de reciprocatione ſubi & paſsionis. Appellat aũt id, cui eſt cá, ſubum, vt arboré, vitem, ficum: id cuius eſt cá, affectioné, vt deſrondeſcere, ſiue folio fluere, Cám vero, humorem contrahi, aut quoduis aliud. Quia igitur ſupra dictum eſt cãm, & id cuius eſt cã conuerti, ſi definitio cã ſit, & quod definitur effectus, nunc qũo cuius cã, i. affectio, & cui cã, i. ſubiectum conuertantur, exponit. Et, vt placet Them. (affectio & ſubum primum reciprocantur, vt deſrondeſcere & plãta latifolia. Affectio vero, & ſubum particulare, quod ſubiecti primi eſt aliqua pars, non reciprocantur, vt vitis, & deſrondeſcere. Iuxta hanc expóneni lege verba, inquit. {Sed cã, & cuius cauſa & cui cauſa ad conſequendum inuicem ſe habẽt ſic, hoc eſt partim vt diximus, & partim, vt dicemus. Diximus.n. cãm, & cuius cauſa conuerti, qñ cauſa eſt definitio eius quod eſt cuius cá. Nũc vero dicemus cuius cauſam, & cui cã cóuerti, cum cui, cauſa, hoc eſt ſubiectũ vlr, & primo ſumitur, non aũt particulariter. Ideo ſubdit, vnumquodq; tñ accipienti, hoc eſt accipienti ſubiectum, tñ particulariter: cuius cã in plus eſt ſubiecto. Exemplum affert, & inquit, vt quatuor ęquales, qui ſunt extra, hoc eſt oẽs extrinſecos angulos quatuor rectis æquales hr̃e, eſt affectio in plus ſe habens q̃ triangulus, aut quadrangulus, & ita eſt in plus q̃ ſubiectũ particulare quoduis ſumptũ. Eſt tñ hæc affectio æqualr ſe hñs in oĩbus. i. ĩ ſubo primo continẽti oĩa particularia ſubiecta. Debes ſcire Cãpanum virũ doctiſsimum lib. 1. Elementorũ Euclidis demr̃atiue probaſſe in oĩ figura multiãgula oẽs extrinſecos angulos quatuor rectis hr̃e ęquales: vbi conſtat ſubiectum primum eſſe figuram multiangulam, affectionem eſſe oẽs extrinſecos angulos quatuor rectis hr̃e æquales. Conſtat aũt affectioné conuerti cũ ſubo primo, non aũt cum ſubiecto particulari. Ideo inquit. Quæcũq;.n. figuræ multiangulæ angulos, qui ſunt extra q̃tuor rectis ęquales hñt & ppea hęc affectio cũ primo ſubo conuertitur, non aũt cum ſubiecto particulari. Mihi aũt vr̃ Ariſ. agere de duplici reciprocatione, & affectionis cũ ſubiecto. & de hac in prima parte textus: & medij cũ ſubiecto, & de hac agit in ſecunda parte textus, & hæc eſt expõ Phil. & conuenit verbis Ariſ. & tũc lege ſic. Habent aũt ſe cã, & cuius cã, & cui cã ad conſequẽdum ſe: cum ſup ſic ſe hñt, vt dictum eſt, hoc eſt in demr̃onibus per ſe, q̃ procedũt per media propria. Ponit tñ primo qñ affectio conuertitur cum ſubiecto, & qñ nõ conuertitur, & inquit. Vnũquodq; tñ accipienti, i. ſubiectum particulare accipiẽti, cuius cã, i. affectio in plus eſt. Vt quatuor æq̃les, qui ſunt extra in plus ſunt q̃ triangulus, aut q̃drangulus. in oĩbus aũt ęq̃liter ſunt, i. in ſubiecto primo æqualis eſt affectio illa. nã quæcũq; figura angulos, qui ſunt extra q̃tuor rectis ęquales hẽt. Et ita patet paſsioné & ſubiectũ primum conuerti, non tñ ſubm particulare. Secondo declat, qũo mediũ conuertitur cũ ſubo, & qũo non & inquit. {Et mediũ ſilr, eſt, cũ ſubiecto ſe hñs: nam, cũ primo ſubiecto ſe hẽt conuertibilr, cũ ſubiecto particulari ſe hẽt ĩ plus. Exponit aũt quid p mediũ intelligit, & inquit. {Eſt aũt mediũ rõ primi extremi, & aſsignat cãm, & inquit. {Ex quo, i. ex eo mediũ eſt rõ primi extrimi, qua oẽs ſciæ per definitioné primi extremi fiunt, vt ſupponit. Deinde ponit exẽplum, p qd̃ dat ĩtelligere qñ paſsio cũ ſubiecto conuertit & qñ non, & inquit. {Vt hęc paſſio, q̃ eſt folio fluere, ſilr ſequit̃ vité, & excellit, & ficũ & excellit, ſed nõ excellit oĩa, i. ſubiectũ primũ, qd̃ omnia cõtinet, ſed ęqualia excellit, i. particularia excellit, q̃ hic vocat æqualia. forte quia oĩa ſunt æqualia ſub gñe, vel ſpẽ. Demũ epilogat, & obſcure loquit̃. & inquit. {Si igitur accipias primum & pprium medium. & non extraneum vel p accidẽs, videlicet qm̃ ſuccus denſat̃ ſiue areſcit, aut quodcũq; aliud medium fuerit, tale medium erit ratio folio fluendi, qd̃ eſt affectio. Et qm̃ duplex eſt demr̃o altera prima: & vlis, in q̃ demr̃atur vlr, qm̃ oĩs planta latifolio fluit. Alia particularis, in qua probat, qm̃ ficus vel vitis folio fluit, iõ inquit. {Erit.n. medium primum quidem in altera demõratione, quę demr̃at, qm̃ humõi ſunt oĩa, i. quæ eſt vlis, probans

Quæ Cãpanus propoſitione. 32.

Propria expoſitio.

Demr̃o alia vlis. alia particularis.


bãs qm̃ oĩs plãta latifolia folio fluit. Deinde huꝰ, ſ. A particularis demr̃onis erit mediũ, in qua probatur qm̃ ficus vel vitis folio fluit. & ita in vtraq; erit mediũ, in prima erit primum & vl̃e mediũ cum ſub̃o cõuertibile, in ſcd̃a erit medium ſ̃m & ĩ plus. Quia accepit ſuccũ denſari, eſſe definitionẽ folio fluẽdi, hæc demr̃at ex cõi interrogatione, q̃ fieri ſolet, & inquit. {Quid aũt eſt folio fluere? R̃nderi ſolet eſt dẽſari in cõtactu ſeminis ſuccũ. Hoc ergo medium vtraq; in demr̃one mediũ eſt, in vl̃i quidẽ æq̃le cũ ſub̃o, in particulari in plus. Patet ergo qũo affectio ſit in plus & qũo in æquo cũ ſub̃o: & qũo medium, ſit in plus & qũo in æquo cum ſub̃o. q̃ duo ꝓpoſuit Ariſt. declarare. Aiaduerte tñ, oẽs hos textus eſſe obſcuros, & græcos circa illos nõ concordes eſſe: nec vt mihi videtur, bñ exponunt. Tu vero iudica.

Verborum expoſitio. Quo vero ad verba attinet, Ariſt. dicit, qm̃ ſuccus B denſãtur, aut quoddam aliud: qm̃ duæ ſunt cauſæ, quibus arbores latifoliæ defrondeſcunt. Altera, q̃a humidum contrahitur, altera, quia humidum ſit fluidum, propterea ait, aut aliquid aliud.

ARGY. *In figuris aũt hoc pacto quſpiam aſsignabit, quærentibus quonam pacto ſe ſequũtur cauſa et id cuius eſt cauſa. Ponatur A cuilibet ineſſe B, ipſum aũt B cuiq; cõpetat eorum, q̃ ſunt D: A igitur vniuerſale hiſce fuerit, q̃ ſunt D. Etenim id vniuerſale dico, quod non conuertitur. id aũt vniuerſale vocito primum, cũ quo vnumquodq; quidem non conuertitur, vniuerſa aũt conuertunt̃ atq; æquant̃. B igitur cã eſt, vt A cunctis hiſce cõpetat, q̃ ſunt D. Oportet ergo ipſum A, ad plura ſeſe extendere quã ipſum B. Quia, ſi ita non eſt, cur magis hoc erit illius cauſa. Quia, ſi B non oĩbus cõpetit E, erunt vniuerſa illa vnum quid aliud ab ipſo B. Alioqui, quonã pacto dicere licebit A quidẽ ipſum oĩ cõpetere E, ipſum aũt E, nõ omni cõpetere A, C Cũ vero non erit aliqua cã. nam ipſum A, cunctis cõpetit D, at ipſis & E, & ipſa igitur vnũ quid erũt, atq; id conſiderare oportet. & ſic C. Fieri igitur poteſt, vt eiuſdẽ ſed non eiſdem ſpecie plures ſint cauſæ. veluti vt longæ ſint vitæ quadrupedes quidem cauſa eſt ipſas bili vacare, volucres autem ipſas eſſe ſiccas aut aliquid aliud.*

DILVCI. *In figuris aũt ſic aſsignabit conſecutionem cãæ, & cuius eſt cauſa. Inſit A ipſi B inexiſtens oĩ, B aũt vnicuiq; D, in plus tñ B: quid eſt igit̃ vniuerſale inerit vtiq; ipſius D: hoc.n. dico vniuerſale, quod non conuertit̃. primum aũt vniuerſale, cui vnũquodq; quidẽ non conuertitur, oĩa aũt conuertuntur, & non excedunt. Ipſis igit̃ D, cã ipſius A eſt B. oportet ergo A in plus quã B extendi. Si vero non, quid magis cã erit hoc illius, Si igitur oĩbus E inſit A; erũt aliquid illa vnũ oĩa aliud à B. Si.n. nõ, qũo erit dicere, qm̃ cui ipſum E ineſt, ei oĩ ipſum A, cui aũt ipſum A ineſt ei nõ oĩ ipſum E. Propter quid.n. nõ erit cã aliqua, vt ipſum A inſit oĩbus D. Sed nunquid et q̃ ſunt E, erũt aliquod vnũ. Cõſiderare igit̃ oportet hoc, & ſic C. Cõtingit igitur eiuſdem plures cauſas eſſe, ſed non eiuſdem ſpecie, vt longæua eſſe quidem quadrupeda, non habere choleram cauſa eſt. Volatilia autem ſicca eſſe, aut alterum quid.*

Cõmẽ. 136. Quæ ſuperius ꝑtractauit, nunc ꝑ exẽpla exponit: & hoc facit, vt Phil. inq̃t, vt notius & credibilius faciat id, quod oñſum eſt. Et primo ꝑ exẽplũ exponit, qũo eiuſdẽ effectus ſint plures cãæ, nõ tñ in eodem ſub̃o, ſed in diuerſis ſub̃is ſpẽ: & hoc ꝓponit, & inquit. {In figuris aũt, i. exẽplis ſic aſsignabit aliquis conſecutionem cãæ, & eius cuius eſt cã. & primo ꝑ exẽplum aſsignabit, qũo eiuſdẽ effectus ſint A plures cãæ, non quidẽ eidẽ ſub̃o, ſed ſpẽ diuerſis: & inq̃t {Inſit A longeuũ ipſi B carẽti cholera inexñs oĩ, ita vt oẽ carẽs cholera ſit longæuũ, B vero inſit vnicuiq; D, vt elephãto & ceruo, in plus tñ, q̃a alijs multis ab his. Ex iſto caſu infert ꝑter ꝓpoſitũ B quidem igit̃ vl̃e inerit vtiq; ipſis D, eo quia ĩeſt oĩbus



D, & eſt in plus, vt aſſum pſit. Eſt aũt hoc obiter dictũ, q̃a ꝓpoſitũ ẽ ꝑ exẽplum declarare, qũo eiuſdẽ effectus ſint plures cãæ. Et qm̃ hoc q̃d hinc infert, eſt ꝑter propoſitũ, etiã ꝑter propoſitum declarat quid hic præter vl̃e velit. nã vl̃e. 1. huius accepit ꝓ proprio, & adequato: iõ inquit. Hoc.n. dico vl̃e, h̃d non conuertit̃, & ita hic loquit̃ de vl̃i Prioriſtico: Cap. 11. primũ aũt vl̃e, cui vnũquodq; quidem non cõuertit̃, hoc eſt cum quo nullum particulare conuertit̃: oĩa aũt, i. ſub̃um oĩa continens conuertitur, & non excellit: & hoc dr̃ vl̃e poſterioriſticũ, vt definitio, & propriũ. Ergo hic loquitur de vl̃i Prioriſtico, q̃d prædicat̃ & ineſt oĩbus, & eſt in plus. his expoſitis, C & deductis extra ꝓpoſitum, redit ad propoſitũ, & inq̃t. {Ipſis igit̃ D, cã ipſius A eſt B, hoc eſt, ꝙ oĩbus D inſit A, cã eſt ipſum B carẽs cholera. Deinde vult probare ꝙ ipſius A, cã eſt q̃dam alia ab ipſo B, vt pote C, hoc eſt, ꝙ C ſit cã, ꝙ A inſit alijs ſubiectis gñe diuerſis ab ipſis D, vt ꝙ inſit ipſis E ꝑ C mediũ atq; cãm. Ad huius probationem ſumit A plus eſſe q̃ B, hoc eſt pluribus cõpetere q̃ cõpetat B. Et hoc proponit, & inq̃t. {Oportet ergo A in plus q̃ B extẽdi. Et intelligit ꝑ A longeuũ, ꝑ B vero, carens cholera. Verbũ ergo executiue. & nõ illatiue tenet̃. Probat aũt hoc aſſumptum, ſ. ꝙ A in plus ſit q̃ B, & inquit. {Si.n. non ſit in plus, ſed in æquo, q̃d pro cur, magis hoc, ſ. B ſit cã illius, ſ. A, ꝙ inſit ipſis D, q̃ ſup. ẽ contra. Et ꝑ cãm intelligit non ſ̃m rẽ ſed ſ̃m conclonẽ Et recte dicit, quia, ſi A effectus cõuertitur cũ B cã, D non magis B erit cã ſ̃m cõcluſionem ipſius A ipſis D, ꝙ inſit ipſis D. & ita erit conuerſio ſyllogiſtica, qm̃ termini conuertibiles ſunt: cuius contrariũ ſuperius probauit: & nũc ſupponit. Dixit.n. eiuſdem poſſe eſſe plures cauſas, quarũ cũ nulla cõuertitur effectus. Ex hoc aſſumpto infert aliud, & inquit. {Si igitur oĩbus E inſit A, & ſup. eſt in plus, oĩa illa E, erunt aliquod vnum aliud ab ipſo B, aliud dico ab ipſo B, quia erũt oĩa longæua. & non ꝑ B. ꝓbat hoc, & inquit. {Si.n. non erunt E aliud quid ab ipſo B, ſed erunt longæua per ipſum B, qũo erit dicere, qm̃ cui ipſum B ineſt, ei omni ipſum A ineſt, cui aũt ipſum A ineſt, ei non oĩ ipſum E immo erũt A & B cõuertibilia: quia A cõpetit oĩbus E per B, & ita ipſa D nõ erunt alia ab ipſis C. nã ꝑꝑ quid B ſint A, nõ erit

aliqua alia cã, vt ipſum A inſit oĩbus D, ĩmo eadẽ, quia B erit cã, & ꝙ A inſit B, & ipſis D, ſed qm̃ hoc falſum eſt, inqt. }Sed & nunqd & q̃ ſunt B, ipſa erũt aliquod vnũ, ſ. ſed cur A inſit ipſis B, erit aliqua vna alia cã ab ipſo B, ꝓpea conclud.t, conſiderare igitur oportet hoc, ſ. qd ſit illud vnum. per ꝙ A ineſt ipſis B, & ſit pro mõ illud vnũ C, ſ. ſiccum eſſe, quo A ineſt oĩbus B. Ex his vult hr̃e ꝑ exẽplũ A longæuũ eſſe hr̃e duas cãs: alterã, ꝑ q̃ ineſt oĩbus D, alteram ꝑ q̃ ineſt oibus B. Propterea cõcludit intentũ, & inqt. {Contigit igitur eiuſdẽ plures cãs eẽ, ſed nõ euiſdẽ ſubo, ſed ſpẽ. vt lõgæua quidẽ eſſe quadrupeda, non hr̃e cholerã, cã eſt. Volatilia aũt longæua eſſe, cã eſt ſicca eſſe, aut alterũ quid, quodcuuque illud ſit: patet igitur exemplo eiuſdẽ in diuerſis ſubiectis plures

Dubĩ. I. Solutio Philop. cauſas eſſe. Quæres, an ſint duę demr̃ones hæ, quarum altera ꝑ B, altera ꝑ C ſit. Phi. autumat has demonſtrationes non eſſe ꝑ ſe, ſed ꝑ accñs, aut per ſignum.

Refutatio. Quia demr̃o ꝑ ſe ſit ex primis. Sed ſi q̃ Phi. inquit bñ intellexi, non placent, qm̃ media talium demr̃onum nec ſunt acciñtia, nec ſigna, vt Ariſ. in exemplis innuit. Præterea, quodlibet illorũ mediorum Ariſ. appellat ꝑꝑ qd: ergo nulla illarũ eſſe põt,

Propria expoſitio. demr̃o per ſignũ aut per accñs. Vr̃ ergo mihi quãlibet talẽ demr̃onẽ. eſſe per ſe, non tñ vl̃em, qm̃ non eſt ex primis. nec ꝓhibet eiuſdẽ effectus per ſe eſſe plures cãs, mõ inſit diuerſis ſubiectis.

2 dubĩ. Solutio Philopo. Quæres ẽt an affectio, vt longæuũ eſſe, ſit vnius rõnis in oĩbus illis ſubiectis, vtpote in D & B. Phi. ait affectionem non eſſe vnius rõnis in oibus ſubiectis, ſed aſſerit eſſe analogũ quoddã, licet videatur vnũ qd, & huius rei cãm affirmat ex eo, qa plures cãæ primæ non poſſunt eſſe einſdẽ effectus.

Iuniores. Iuniores vero aſſerũt, fieri poſſe, vt aliquid vnũ eiuſdẽ rõnis ſit in diuerſis ſubiectis, ꝙ tñ rõne habita ad ſuũ genus, vniuocum eſt. rõne vero habita ad ſua ſubiectã, qbus ineſt, analogũ eſt. vt dimẽſio in cœlo, & elementis ratione quidem habita ad genus quantitatis eſt vniuoca, rõnevero habita ad cœlũ, & ad elementum, eſt analoga, ſed hæc quæſtio metaphyſica eſt.


ARGY. *Quod ſi non ſtatim accedunt ad indiuiduũ, & ſi nõ ſolũ vnũ, ſed plura ſunt media, plures ẽt & cãa ſunt. Vtrũ aũt mediorum ſit ſingulis cauſa, vtrum id quod eſt verſus vniuerſale primum, an id quod verſus ſingula collocatur. Patet igitur ea eſſe, quę propinquiſsima ſunt vnicuiq; cui eſt, cauſa, nã vt primum ſit ſub vniuerſali, hoc eſt cauſa: veluti vt A competat ipſi D, cã eſt ipſum C. vt igitur A cõpetat ipſi D cauſa ipſum C, vt aũt A, cõpetat ipſi C, cã eſt ipſum B, at vt huic inſit ipſum A. n. de rõciuatione quidem demr̃oneue quidnam vtrũq; ſit. Et quo ſit modo ſatis iã patuit, & ſimul etiam demr̃atiua ſciẽtia: eſt. n. idẽ.*

DILVCI. *Si autem in atomum non ſtatim veniunt, & non ſolum vnum medium eſt, ſed plura, & cauſę plures ſunt. Vtrum aũt cã mediorum, q̃ eſt ad vniuerſale primum ſit, an q̃ ſingularis, ad ſingularia. Manifeſtum igitur, qm̃ qua proxima vnicuiq; ſunt, cui cauſa eſt. Eius. n. eſſe, quod primum ſub vniuerſali eſt, hæc eſt cã. Vt ipſi D, eius quod eſt A, ineſſe C, cã eſt, ipſi igr̃ D, ipſum C, cã eſt eius quod eſt A ipſi, aut C ipſum B, huic aũt idem. de ſyllogiſmo igr̃ et de demr̃one quid vnumquodq; ſit & quõ fiat, manifeſtum eſt ſimul aũt, & de ſcientia dmr̃atiua. idem. n. eſt.*

Cõm. 137. Quærit Ari. qõnẽ hypotheticã, ſ. dato ꝙ maior extremitas non imediate inſit minori extremitati, ſed inter maiorẽ & minorẽ extremitatẽ plura me-

E dia ſint, & per conſquẽs plures cãæ, vtrũ potior cã, cur maior minori inſit, ſit ea cã, q̃ ꝓpe minorem eſt an ea, q̃ ꝓpe maiorẽ. verbi cã, vt ſi A inſit ipſi D, non ſtatim ſed inter ſint C B, mediæ cãæ. Vtrũ potior cauſa, cur A ineſt ipſi D, ſit C, an B, de hac qõne Ari. primo ſumit hypotheſim, ꝙ videlicet A inſit ipſi D

Defrondeſceus.	Sd̃um ſucci. congelabile.	Latifolia.	Ficus.
A.	B.	C.	D.



F non ſtatim, ſed per plura medio: & ita per plures cãs, & inqt. }Si aũt in atomũ. i. ad ĩmediatũ maiores cũ de minoribus ꝑdicant, non ſtatim veniũt: & non ſolũ vnũ ĩmedium eſt inter maiores & minores ſed plura, & ẽt cãæ plures ſunt, ꝑ quas maiores minoribus inſunt, hæc eſt hypotheſis. q̃rit hac ſumpta vtrum de numero mediorũ, qbus A ineſt ipſi D, ea potior cã ſit, q̃ eſt ad vl̃e, hoc eſt ad maiorẽ, videlicet B, an q̃ ſingularis, i. ꝓxima, quę eſt ad ſingularia, hoc eſt ad minores, ſ. ad D, vtpote C. Rñdet Ari. potiorem cãm eſſe ꝓximã, ſ. C, & inqt. {Manifeſtũ igitur, qm̃ potiores cauſæ eius effectus, cui eſt aliqua cauſa, ſunt illę, q̃ ſunt illi minori ꝓximæ, vt C potior eſt B. Et aſsignat rõnem, & inquit. }Quia eius eſſe ꝙ eſt minorẽ. eſſe ſub vl̃i primo & ꝑ ſe, hoc eſt ſub maiore, hæc cã, q̃ illi eſt ꝓxima potior eſt. Eſt ergo

G rõ, ꝙ ideo cã ꝓxima minori eſt potior, qa eſt illa, ꝑ q̃ maior ineſt minori. Per C. n. A ipſum ineſt ipſi D, ꝑ B aũt nõ ipſi D ineſt, ſed ipſi C. Per latifolium. n. defrondeſcere ineſt ipſi ficui, per ſ̃m ſuccũ condenſabile ineſt ipſi C, hoc eſt ipſi latifolio: ergo cã ꝓxima minori eſt potior cũ cã. Hæc quæ dixit, exemplo manifeſtat, & inqt. Vt ipſi D eius, ꝙ eſt A ineſſe C cã eſt. Et repetit hoc, & inqt. {Ipſi igr̃ D cã eſt eius ꝙ eſt A, ipſum C, ipſi aũt C, ipſum B, hoc eſt, cã vero cur ipſi C ĩſit A, eſt ipſum B, huic aũt, ſ. B cur A inſit, idẽ eſt cã. i. nulla alia eſt cauſa, q̃ idẽ A. eſt. n. illi immediate exiſtenss. ergo bñ dictũ eſt potiorem cauſam: quare A ineſt ipſi D eſſe C, qa ꝑ C ineſt ipſi, D, ꝑ B vero ineſt ipſi C. epilogat, & inqt. }De ſyl̃o igitur, ſ. in lib. Priorũ & de demr̃one in hoc lib. quid vnũquodq; ſit, & qũo fiat: hoc eſt & de medio ſyl̃i,

H & demr̃onis, manifeſtũ eſt. Simul aũt & de ſcia demonſtratiua manifeſtũ eſt: idẽ. n. eſt demr̃o & ſcia demr̃atiua. eſt tñ dr̃ia, vt Phi. inqt. Quia ſcia demõſtratiua eſt vt habitus, demr̃o vt actus. Scia demõſtratiua & demr̃atio ĩ quo differant. Sed contra hæc dubitares. vr̃. n. potiorẽ cãm eſſe, q̃ ꝓpe A eſt primo, qa habet rõnẽ prioris, ſecũdo qa longius ſe habet ab effectu: ergo habet magis rõnem cãæ. Dubitatio. Prę terea ĩ ipſa ceſſat qõ. ſi. n. q̃rim' ꝑꝑ qd ficus defrõdeſcit, qm̃ eſt latifolia, ſi adhuc q̃rimus ꝑꝑ qd latifolium defrondeſcit, dicemus, qa eſt ſ̃m ſuccũ condenſabile, cũ vero q̃reremus ꝑꝑ qd ſ̃m ſuccũ condenſabile eſt defrondeſcẽs non poſſumus cãm aſsignare, qa eſt imediata: ergo potior cã eſt B, cũ in ipſa ceſſet qõ. Solutio. Et dicẽdũ cãm potiorẽ eſſe bifariã dici, aut ſimpl̃r, aut huius. ſimpl̃r cã potior eſt B vt

rationes

rationes cogũt, huiꝰ vero, hoc eſt, ꝙ A inſit ipſi D. A potior cã eſt C. A. n. nõ põt ineſſe ipſi D, niſi per C. Ipſi vero C non niſi per B. Ergo potior cã, cur A ineſt ipſi D, ẽ C. nõ aũt eſt abſolute potior, vt rõnes cogũt.

ARGV. *De principijs autẽ quo nã pacto nota nobis euadũt, & quis habitus ea cognoſcit hic pateſiet, ſi antea dubitamus. Fieri itaque non poſſe vt demrõne quiſquam ſciam conſequatur, ſi non cognoſcat prima principia vacãtia medijs: prius eſt dictũ ac explicatũ. Dubitauerit aũt quiſpiã vtrũ cognitio eorum, quę medijs vacãt ſit eadem, an ante nõ eadem, & vtrum ſcientia ſit vtriuſque, an ante ſit, ſed alterius quidẽ ſcientia alterius autem aliquid aliud genus, & vtrum habitus eorum nõ inſint, ſed fiant ac acquirantur, an inſint quidem, licet lateant.*

Tex.27. DILVCI. *De principijs autem, & quomodo fiant cognita, & quis eſt cognoſcens habitus hinc manifeſtum eſt dubitantibus primũ. Quod quidem igitur non contingit ſcire per demonſtrationem non cognoſcentem prima principia immediata, dictum eſt prius. Immediatorum aũt cognitionem, & vtrum eadem eſt, an non eadem, dubitabit vtique aliquis. Et vtrum ſcientia vtriuſque eſt, an non. An huius quidem ſcientia, illius autem alterum aliquod genus ſit. Et vtrũ cũ non inſint, habitus fiãt, an cũ inſint lateãt.*

Côm. 136. De principijs demrõnis mouet qõnem quo ad duo: vt qũo illa nobis innoteſcant, & q̃ potentia ſit qua illa cognoſcimus, vñ inqr. {De principijs aũt, & qũo fiant cognita, & qs eſt habitus, i. potẽtia illa cognoſcens, hinc manifeſtũ eſt dubitãtibus primũ. Hæc eſt qõ in gñe. Per ſpẽs vero quęrit tres qõnes: & primo ſumit eũ, q non cognoſcit prima principia imediata, ſaltẽ qa vera ſunt, non poſſe ſcire per demoſonem: & hoc inquit. Tex. 5 {Quod quidẽ igit̃ nõ contingit ſcire per demrõnẽ nõ cognoſcentẽ prima principia imediata, dictũ eſt prius lib. i. Ibi. n. dictum eſt ante oẽm demrõnem oportere ſcire prima principia, qa vera ſunt. Tunc circa cognitionem primorũ principiorũ, q̃rit tria, & inqt. {Immediatorum aũt principiorũ cognitionẽ, dubitabit vtique qs, & vtrũ eadẽ eſt cũ ſcĩa demrãtiua, ſ. ſpẽ, an non eadẽ, ſed altera, ſpẽ. Eſt ergo prima qõ, vtrum cognitio primorũ principiorũ ſit eiuſdẽ ſpẽi cum ſcĩa demrãtiua, an alterius ſpẽi. Scđo q̃rit & vtrum ſcĩa vtriuſq;, ſ. principij & concluſionis eſt, an non. Eſt ergo qõ ſcđa, vtrum cognitio imediatorũ principiorum & cõcluſionũ vtraq; ſit ſcĩa, an huius quidem ſcĩa, ſ. concluſionũ, illius autẽ, ſ. principij alterum aliquod genus ſit honorabilius, & excellẽtius. Tertio q̃rit, & vtrum cũ non inſint nobis à natura habitus primorũ principiorũ, fiant nobis de nouo, an cũ inſint nobis à natura, vt Plato autumat ĩ Cratillo, lateant, & nõ cognoſcamus illos ineſſe. Hæc enim qõ eſt valde deſiderabilis, ppꝙ vt The. inqt, Ariſt. incœpit diſputare hanc.

ARGV. *Si igit̃ ipſos habemus abſurdũ eſt ſane. Fit. n. vt lateat nos habẽtes certiores demrõne cognitiones has hr̃e. Sin vero non habentes prius acquirimus, quonam pacto cognoſcamus atq; diſcamus ex non antecedẽti. Id. n. fieri neq;, vt de demonſtratione ẽt dicebamus. Conſtat igitur fieri non poſſe, vt aut habeamus ipſos: nõ. n. ſane ignoraremus, aut ignari nullumque habentes habitum conſequamur.*

DILVCI. *Si quidem igitur habemus ipſos, inconueniens eſt. Contingit. n. certiores habentes cognitiones quam demrõ ſit, latere. Si autem accipiemus non habentes prius, quomodo vtique cognoſcemus & addiſcemus ex nõ præexiſtente cognitione. Impoſsibile. n. eſt, ſicut in demonſtratione diximus. Manifeſtum igitur eſt, quoniam neque habere poſsibile eſt ſic ignorantibus, neq; ẽt nõ habentibus habitũ fieri.*

Côm. 139. Pertractat vltimã qõnẽ & diſputat ꝓ vtraq; pte. Erat. n. qõ. vtrũ habitus primorũ principiorũ ſit nobis cõgenitus, an ſit de nouo acquiſitus. Argumẽtatur ergo, ſi ipſos habitus habemꝰ cõgenitos, inconueniens eſt. Cõtingit. n. certiores hñtes cognitiones q̃ demrõ ſit, nos latere. Quod vr̃ ridiculum, qa, vt The. inqt. {Quẽadmodũ demrõnẽ tenere nullus põt, ſi tenere ſe ignoret, ita nec ſcire principia, quæ ſcire ſe neſciat, eò. n. potiſsimũ, ꝙ principiorũ cognitio certior eſt. Sic igitur non põt cognitio eorum eẽ nobis cõgenita, & nos latere. Sin aũt accipiamus, ſup. demrõnẽ non hñtes prius cognitionem principiorũ cõgenitã, vel ſic & eſt melius. Sin aũt accipiamus cognitionẽ principiorũ nullã prius cõgenitã hñtes, tũc illa cognitio fiet in nobis de nouo, & nulla alia ꝓcedet, ꝙ vr̃ falſum. Nã qũo vtiq; cognoſcemus, & addiſcemus illã ex nõ præexñte cognitione? Impoſſ̃e. n. eſt aliquã hr̃e doctrinã ſiue principiorũ ſiue concluſionũ ex non præexñte cognitione, ſicut de demrõne diximus. Ex his qõnẽ concludit, & inqt. {Manifeſtũ igit̃ eſt, qm̃ neq; hr̃e poſſibile ẽ à natura congenitã eã ſic nobis ignorantibus. Neq; ẽt poſsibile eſt habitũ eorũ fieri de nouo etiam nullã præexñtem cognitionẽ hñtibus: ergo quæſtio pro vtraque parte eſt dubia.

Neceſſe eſt itaq; vim quidẽ nos aliquam potentiamq; habere, non tamen talem, vt his ipſis exactior ſit, ac certitudine præſtabilior. Videtur autem idipſum animalibus cunctis ineſſe, nam habent vim quandam inſitam diſcernẽdi, quam quidem Vniuerſi ſenſum appellant. ARGV.

Neceſſe eſt itaque habere quãdam quidem potentiam, non talem autem habere, quæ ſit his honorabilior ſecundũ certitudinem. Videtur autem hoc omnibus ineſſe animalibus. Habent. n. connaturalem potẽtiam diſcretiuã, quam ſenſum vocant. DILVCI.

Nunc ſoluit qõnẽ. & primo ꝓ ſolõne ſumit nos hoĩes hr̃e quãdã ſiue vim, ſiu potentiã, ſiue virtutẽ, nõ tñ neceſſe eſt talẽ hr̃e, q̃ ſit his pricipijs honorabilior ſm certitudinis excellẽtiã. Cuius cãm affert, Phil. ex eo ꝙ illa potentia reſpectu principiorũ eſt veluti ſubiectũ & materia, vel potius vt ſeminariũ, cognitio aũt pricipiorũ, veluti finis & forma, & ita potẽtia illa non põt eſſe ꝑſtantior cognitione principiorũ. Et ne qs credat hanc potẽtiã ꝓpriã eẽ hominibus ſubſcribit. {Vr̃ aũt hoc ſiue principiũ, ſiue potentia oĩbus ineſſe aĩalibus, ꝙ ꝓbat ex eo qa cũcta aĩalia vñr hr̃e naturalẽ quandã potentiã iudicatiuam, ſiue diſcretiuam, qua diſcernunt vtile ab inutili & delectabile à triſti, q̃ Phyſici vocãt ſenſum. Dixit aũt vr̃ hoc oĩbus ĩeſſe aĩalibus, qa hic accipitur, & nõ probat̃, ſed in lib. de Aĩa, & de ſenſu ſatis abũde probat̃. Sic igitur ex his ꝓ ſuppoſitione accipitur hoĩes hr̃e potentiã diſcretiuam, q̃ ſenſus dicitur cunctis animalibus tributam. Côm. 140.

Inſito aũt aĩalibus ſenſu natura in quibuſdã ſit formæ ſenſibilis manſio, in quibuſdã nõ ſit. In qbus igitur non ſit, hiſce ꝑter ipſum ſentire non eſt cognitio, aut oĩno, aut eorum circa quæ non ſit formæ manſio. In quibus aũt ſit, vt cauſa ſentiunt vnum quid in aĩa habeant. In his cum multa talia ſiunt differentia quædam emergit, vt quibuſdam ex talium manſione ratio fiat, quibuſdam non fiat. ARGV.

Cum

DILVCI. *Cum aũt inſit ſenſus, his quidem aīalibus fit manſio* E *ſenſati, alijs aũt non fit. Quibuſcunq; igitur non fit aut omnino, aut circa quædam non fit, his nec cognitio extra ipſum ſentire eſt. In quibus aũt ineſt ſentientibus, habere eſt vnum quoddam in aīa. Multis igitur factis huiuſmodi, iam differentia quædam fit, vt in his ſit fieri rationem ex*

Cõm. 142. *talium memoria, in alijs autem non.*

Secundo ꝑ ſoñe ſumit diuiſionē aīalium. cũ.n. omnibus aīalibus inſit ſenſus. prima diuiſio eſt, ꝙ his aīalibus fit manſio ſenſati, ita vt poſt ſentire remaneat aliquid in ſentiēte, ꝙ dr̄ memoria. Alijs aũt animalibus talis māſio non fit, cũ nihil poſt ipſum ſentire derelinquat̄. Hãc diuiſionē alijs verbis Ariſ. in lib. de Memoria ſic affert, ꝙ aīalium habentium F ſenſum alia eius, ꝙ ſentiunt, memoriã ſeruant, alia poſt ſentire nullã ꝓrſus memoriã hñt. Quę memoriam ſeruãt, pfecta aīalia ſunt, & prudētia, vt. 1. Metaphyſicæ dr̄: Quę vero poſt ſentire memoriã non ſeruant, impfecta aīalia ſunt, & non prudētia. Rurſus eorum, q̃ poſt ipſum ſentire memoriã non hñt, alia penitus nullorũ memoriã hñt, alia vero quorũdam non hñt, & quorundã hñt. Hñt.n. eorum memoriam, q̃ fortiter mouerunt ſenſum, q̃ vero debi-

In proœmio. liter fortaſſe memoriã non hñt. Puro.n. muſcas eorum hr̄e memoriã, q̃ fortiter ſenſum earũ mouerunt. Al quorũ aũt debil̄r mouentium fortaſſe memoriã non hñt. verũ hæc aīalia ſiue habeant aliquorum memoriã ſiue non habeant, poſt ſentire nihil ſeruant eorũ ſaltē, quorũ illis non ineſt memoria: & G hoc inquit. {Quibuſcunq; igitur non fit, ſ. memoria aut oīno, ſ. nullorũ penitus, aut ſaltē nõ fit circa q̃dam debil̄r mouētia, his nec cognitio extra ipſum ſentire eſt ſaltē eorũ, quorũ non eſt memoria. Ecce ꝙ innuit aliã ſubdiuiſionē. In q̄bus aũt (vt inquit) ſentienbus ineſt aliq̄d, eſt hr̄e vnũ quoddã ſimulachrum in aīa, ꝙ dr̄ memoria. Vlterius eorũ aīalium quæ memoriã hñt, ſubſcribit diuiſionē, & iq̄t. {Multis igit̄ factis hmōi memorijs, iã dr̄ia q̃dam fit, ſubaudi aīalium, vel taliũ memoriarũ, vt ſit ex memoria taliũ in his aīalibus fieri rõnem, in alijs aũt non ſit fieri rõnem: q. d. eorũ aīalium, q̃ multas memorias hñt, alia ſunt, quæ ex illis memorijs gñant rõnem, i. experimentũ, ꝙ eſt aliqua rõ. vt hoīes, q ex multis memorijs quandã rõnem colligũt, q̃ dr̄ experimentũ. Alia vero, q̃ ex multis memorijs nullã rationem deducũt, aut experimentũ, vt bruta. Eſt ergo diuiſio aīalium ꝙ alia eorũ, q̃ ſentiunt, memoriam ſeruãt, alia non: q̃ non ſeruãt memoriã, aut penitus nullorũ ſeruãt, aut aliquorũ. eorũ vero, q̃ ſer- H uant, alia ex illis memorijs deducũt experimentũ, alia nõ. Ex his vult hr̄e ſecundã ſuppoſitionem, ſ. ꝙ hoīes & ſenſũ, & memoriã & experimentũ habeãt.

ARGY. *Ex ſenſu igitur fit memoria, quemadmodũ dicimus, ex memoria vero ſæpius eiuſdem facta, experientia naſcitur. Plures.n. memoria numero vna experientia eſt. experientia vero aut ex oī vniuerſali quiete iã in aīa conſecuto, quod eſt vnum præter multa, quodq; in oībus illis vnum ineſt idemq;, principiũ artis atq; ſcīa pullulat, artis ſi ſit circa generationem, ſcientiæ ſi ſit circa id quod eſt.*

DILVCI. *Ex ſenſu igit̄ fit memoria ſicut dicimus. Ex memoria, autem multoties eiuſdē facta, experimentũ. Multa.n. memoria numero experimentum eſt vnum. Ex experimento autem, aut ex oī quieſcente vniuerſali in aīa, aut nõ pter multa (quod in omnibus illis idem vnum ſit, artis principium & ſcientię eſt. ſi quidem igitur circa generationem artis eſt, ſi vero circa ens, ſcientia.*

Ex his deducit qũo cognitio primorũ principiorum in nobis fiat, & vñ accedat, & inq̄t. {Ex ſenſu igit̄ fit memoria, ſ. in hoībus, ſicut nũc diximus. Ex memoria aũt multoties eiuſdē facta, fit experimentum. Nã multæ memoriæ numero ſunt vnũ experimentũ, ſaltē in pdicatione cãli. ex experimēto aũt, ꝙ eſt aut vl̄e de oī, vel de nullo, quieſcens in aīa, vt in ſubiecto, aut ꝙ eſt vnũ pter multa, ſ. ſingularia, non ita pter ſingularia, ſicut diuerſum ſ̄m eſſe, vt Plato dixit, ſed ꝙ in oībus illis eſt vnũ & idē ſ̄m rē, & ſolũ rõne diuerſum, eſt artis & ſcīæ principiũ. Artis quidē ſ̄m gñationem, & operationem, qua aliquid fit, ſcīæ vero ſ̄m ens, vt intelligibile, & ſpeculabile. Eſt ergo ordo, ſenſus hoībus ineſt à natura, ſenſatio vero ex ſenſibilibus, ex ſenſatione fit memoria, ex memorijs experimentũ, ꝙ vl̄e pdicatiuum in aīa, vel in ſingularibus ipſis poſitũ. Et experimēto tandē fit principiũ artis & ſcīæ: hoc pacto ſcīarum principia nobis inſunt. Dixit aũt experimentum, ꝙ eſt vl̄e, eſſe aut in aīa, aut vnũ cõe pter multa, ſed in illis oībus poſitũ: q̄a, vt Philo. inq̄t, per vl̄e hic intelligit propõnem vl̄em, q̃ aut eſt in intellectu, aut in rebus ſingularibus, aliquo modo ab illis diſtincta: eſt enim: vt inquit, vl̄e multiplex.

Com. 143.

ARGY. *Neque igitur determinati habitus inſunt, neque ab alijs ad cognoſcendum magis aptis habitibus, ſed à ſenſu fiunt, vt diximus. veluti in prælio facta fuga ſi ſtetit vnus & ſtetit alius, deinde alius, donec ad principium eſt peruentum. Anima autem eſt talis, vt poſsit id pati.*

DILVCI. *Neque igitur inſunt determinati habitus, neque ab alijs habitibus fiunt notioribus, ſed à ſenſu. vt in pugna euerſione facta, vno ſtãte, alter ſtetit, poſtea alter quouſq; in principiũ veniãt. Aīa aũt eſt talis, vt poſsit pati hoc,*

Cõm. 144. Ad formã ergo q̃õnis rñdet, ꝙ habitus primorũ principiorũ neq; ſunt nobis inſiti atq; à natura inſtituti, vt Plato, & Soc. autumãt, neq; ex alijs habitibus notioribus in nobis fiũt: ſed fiũt ſenſu mõ quo dixit: & p exemplũ rurſus exponit, & inq̄t, vt in pugna euerſione, ſiue in plio cũ terga vertũt: vno nanque ſtante, alter ſe illi adiungēdo ſtetit, poſtea alter, quouſque in principiũ belli veniãt: quaſi iterũ belli principiũ inſtaurent, ſic fit principiũ artis & ſcīæ: ꝙ ex ſenſu memoria, ex multis memorijs experimentum, & ſic fit vl̄e, ꝙ eſt principiũ artis, & ſcīæ. Et, q̄a quis poſſet dicere, qũo in aīa tale principiũ fieri poſsit, cũ non videat̄ paſsiua. rñdet, & inquit. {Aīa aũt eſt talis exñs, qualis poſsit pati hoc, eo q̄a hēt intellectũ paſsiuũ, quo pati põt à ſenſibilibus. nihil ergo phibet hoc fieri in aīa, licet ſit forma.

ARGY. *Quod autem dictũ eſt antea, ſed non dilucide dictũ eſt, id rurſus dicemus. nam, cum ſteterit vnũ quæ nõ differũt, primum vniuerſale tum in anima naſcitur. Etenim ſentit illud qdem ſingulare, ſenſus aũt eſt ipſius vniuerſalis, vt hominis. ſed non calliæ hominis. Rurſus in his ipſis ſtat quouſq; ad ea ſtet, quæ partibus vacant, atq; ad ipſa vniuerſalia, veluti tale aīal, donec ſtet animal, & in hoc mõ eodem neceſſe eſt igitur nobis, vt ex hiſce patet, ipſa prima inductione cognoſcere, Sic enim & ſenſus efficit in nobis ipſum vniuerſale.*

DILVCI. *Quod aũt dictum eſt quidē ante, non clare aũt dictũ eſt, iterum dicamus. Stante.n. vno indifferentiũ, primum quidem in anima vniuerſale eſt. Etenim ſentire quidē ſingulare*

gulare eſt, ſenſus aũt vniuerſalia, vt hominis, ſed non Callia hõis. Iterũ in his ſtatur, quouſq; vtiq; impartibibilia, & vniuerſalia ſint. Vt hmõi animal quouſque animal & in hoc ſimiliter. Manifeſtum igitur eſt, quoniã nobis prima inductione cognoſcere neceſſariũ eſt. Etenim & ſenſus ſic vniuerſale facit. A

Cõm. 144. Multiplr ea q̃ dicta ſunt, vñr obſcura. Primo, qa non vr̃. quonã pacto aĩa cũ ſit vna, à tot memorijs poſsit pati. Scd̃o, quia non vr̃ ex ſenſu deduci poſſe vl̃e, cũ nõ ſit niſi ſingulariũ. Tertio, qa non vr̃, qũo intellectus poſsit ꝓcedere vltra vl̃e, ꝙ ex ſingularibus deduxit. Videmus.n. intellectũ ſcãdere ad vl̃iſſima, quorũ ſingularia ſenſus apprehẽdere non vr̃. Quarto qa ex his, q̃ dixit, non apparet qualis nã ſit hæc methodus, qua intellectus ex ſingularibus vl̃e deducit ideo inqt. {Quod aũt dictũ eſt quidẽ ante non clare aũt dictũ eſt ideo iterũ dicamus, nõ clare B eſſe dictũ aſſerit. pp illa quatuor. Reſoluendo ergo illa quatuor p ordinẽ, reſoluendo primũ inqt. {Stãte in vl̃i ipſo vno de numero indifferẽtiũ primum quidem in aĩa vl̃e eſt: nã licet vl̃e ſit multa ſingularia, eſt vnũ vl̃e, ſub cuius vnitate aĩa põt pati à multis. hæc de primo. Reſoluendo. vero ſm̃ inquit. {Etenim ſentire qdem eſt ſingulare, reſq; ſingularis, ſenſus aũt eſt rei vniuerſalis. nã ſenſus eſt hoĩs, non Calliæ hoĩs. Rẽ hãc Philo. & The. expoſuerunt. Nam quoties ſenſu cognoſcimus. Socratẽ, vna in Socrate cognoſcimus hominẽ. & q hoc rubrũ illud calidum videt, ſimul & rubrũ & calidũ videt. Senſus ergo cognoſcit vniuerſale nõ ſeorſum à ſingulari, ſed aliquo mõ ſingulari mixtũ. Et licet cognoſcamus ſenſu vniuerſale hoc mõ ſingulari mixtũ, tñ ſẽtire eſt res ſingularis, veluti calefacere, & vrere. Alibi vero aliter diximus, nũc vero ſic dixiſſe nobis ſa C tis ſit. Hæc de ſcd̃o. Reſoluẽdo tertiũ, inqt. {Iterũ in his ſtat̃ quouſq; vtiq; impartibilia, & vniuerſalia ſint, vt hmõi aĩal ſenſu ꝑcipimus, quoſq; aĩal ſit, intellectu apphẽſum. Et hoc, ſ. corpe ſilr̃ quouſq; corpus ſit. & in hmõi ſub̃a quouſq; ſub̃a ſit, & in hoc ente, quouſq; ens ſit. ꝑcipimus.n. ſenſu hoc aĩal, quouſque intellectu ꝑcipimus aĩal ſeorſum à ſingulari animali. Percipimus ſenſu hoc corpus, quouſque intellectu ꝑcipimus corpus vl̃e ſeorſum à ſingulari corpore, & ſic de alijs. Hæc de tertio ex his tribus reſoluit quartũ, & inqt. Manifeſtũ igit̃ eſt, qm̃ nobis prima principia neceſſariũ eſt cognoſcere inductione, non aũt ſyllogiſmo, aut demr̃one: & cãm affert, cũ inqt. {Etenim & ſenſus ſic inducendo vl̃e facit ſaltẽ diſpoſitiue, qa ꝓprie intellectus vl̃e facit, perſpicua eſt ſolutio primæ. q.

ARGT. *Cum autem mentis habituũ, quibus verũ perſpicimus quidam veri prepetuo ſint, vt intellectus atq; ſcĩa, qdam interdum falſum ſuſcipiãt. vt opinio, ſubducendeq; rõnis principiũ, nullumq; aliud genus exactius ſit ſciẽtia quam intellectus. atq: principia notiora ſint demr̃onibus, ſcientiaque cum rõne ſit omnis, hæc inquã cum ita ſint, ſcĩa quidẽ principiorũ non erit, ſed cum fieri nequeat, vt aliud quicquam verius ſcĩa ſit quã intellectus ipſe, intellectus profecto principiorũ habitus erit. Quod ex eo quoq; perſpicuum fuerit, quia demoſtrationis principium non eſt demr̃o: quare neque ſcĩa. Si igitur p̃ter ſcĩam nullũ aliud genus verum habemus quam intellectũ, intellectus ſane ſcientiæ principiũ erit, atque principiũ quidẽ eſt ipſius principij. Scientia autem ad rem omnem ſeſe habet ſimiliter.*

Quoniam aũt circa intelligentiã habituũ, quibus verum diximus, alij quidẽ ſemper veri ſunt, alij aũt recipiũt falſitatem, vt opinio, & rõ. Vera aũt ſemper ſunt ſcĩa & intellectus. Et nullũ genus ſcĩa certius eſt, quã intellectus. Principia aũt demr̃onum certiora ſunt. Scĩa aũt oĩs cum ratione eſt. Principiorũ ſcientia qdem non vtiq; erit. Quoniam aũt nihil verius contingit eſſe ſcientia quã intellectum, intellectus vtique erit principiorũ ex his conſiderantibus. Et quoniã demr̃onis principium non demonſtratio eſt: quare neque ſcĩa ſcientia. Si igitur nullum aliud præter ſcientiam habemus genus verum, intellectus vtique erit ſcĩa principium, & principiũ quidẽ principij vtique, erit. Si aũt omnis, ſimiliter ſe habet ad omnem. DIL: CI.

Nunc ſoluit duas primas qõnes. Pro quarũ ſolutione ſumit quatuor. Quorũ primũ eſt, ꝙ ſcĩa, & intellectꝰ ſunt habitus ſemp veri. Et p ſciam, itelligit demr̃atiuã intelligentiã: p intellectũ vero nõ potentiã, ſed cognitionẽ principiorũ: q̃ ideo intellectus dr̃, qa nobilior eſt ſcientia. Cum.n. cognitio principiorũ, & ſcĩa demr̃atiua ex intellectu ꝑficiſcãtur, cognitio primorũ principiorũ retinet nomen ſuæ originis, & dr̃ intellectus, inqt. {Qm̃ aũt circa diano eã, hoc eſt intelligentiã habituũ, qbus verũ dicemus, atq; explicamꝰ. alij qdem ſemp veri ſunt alij aũt veri, ſed non ſemp in qa recipiunt falſitatem, vt opinio, q̃ eſt concluſio ſyllogiſmi dialectici. & rõ, q̃ eſt ſyllogiſmus ipſe dialecticꝰ. Veri aũt habitus ſemp, ſunt ſcĩa & intellectus principiorũ. hæc eſt prima ſuppõ. Deinde ſcd̃o ſumit, nullũ eſſe genus notitiæ ipſa ſcĩa certius, niſi ſit ipſe intellectus: & hoc dico, ſi eſſe põt aliqdꝰ genus notitiæ certius, ẽe ipſa ſcĩa. non.n. eſſe põt opinio, vel rõ, nec ipſamet ſcĩa. Ergo ſiqd eſt certius ipſa ſcĩa, erit intellectus, hoc eſt ſecũda. Deinde ſumit tertio principia demr̃onum eſſe certiora ipſis demr̃onibus, ſcientiiſq; demr̃atiuis. Nec hoc ꝓbat, ſed ex. 1. lib. ſumit qa pp ꝙ vnumquodq; tale, & illud magis, hæc eſt tertia. Sumit. quarto ſciam oẽm eſſe cũ rõne, hoc eſt per demr̃onem: q̃ nec ꝓbat, ſed ex lib. 1. vult eſſe probatam. Ex his quatuor ſuppõnibus, ſoluit qõnes. Prima erat, an cognitio primorũ principiorũ ſit ſcĩa, vel alterius gñis à ſcientia. ſoluit, principiorũ itaq; cognitio ſcĩa qdem non erit, ſed alterius gñis. ꝓbatur ex ſuppõnibus tertia & quarta. Nã principia demr̃onũ ſunt certiora ipſa demõſtratiua ſcĩa, vt dicit tertia ſuppõ. ergo ſcĩa principiorum nõ eſt ſcĩa demr̃atiua. Præterea probatur ex quarta. ſcĩa demr̃atiua eſt p rõnẽ, principiorũ vero cognitio non p rõnem eſt: ergo notitia primorum principiorũ non eſt ſcĩa. Hæc ad primã qõnẽ. D Rñdet ad ſecundã, q̃ erat, ſi notitia primorũ principiorũ non eſt ſcĩa, qd eſt, vtrũ ſit qd nobilius. Reſpondet, & ſumit ſecundã ſuppõnem ꝓ antecedẽte, & inqt. {Qm̃ aũt nihil verius contingit eſſe ſcĩa quam intellectũ. Hæc.n. erat ſecũda ſuppõ. non.n. põt opinio vel rõ verior eſſe ſcĩa, ideo infert, intellectus vtiq; erit cognitio primorũ principiorum: erit dico notitia principiorũ intellectus ex his cõſiderantibus q̃ diximus, qm̃ ex ſecunda ſuppõne. & non ſolũ erit ex his cõſiderantibus, ſed ẽt qm̃ demr̃onis principiũ non eſt demr̃o: quare neq; ſciæ principiũ erit ſcĩa. igit̃ cũ non ſit opinio, neq; rõ, erit intellectus: & ſic patet ad ſcd̃ã qõnẽ. Ex ſolonibus harũ qõnum infert duo corollaria. Primũ cum in-

Cõm. 145.

Habitus principium cur intellectus dr̃.

Tex. 5.

An cognitio principiorũ ſit ſcĩa.

Solutio ſecũdæ quæſtionis.

1. corol.

inqt. ſi igiť nullú aliud p̄ter ſciam habemus genus verum niſi intellectű:intellectus vtiq; erit ſciæ principiű.nó.n pót eſſe opinio vel ró: ergo intellectus eſt principiű ſciç,& eſt pmű. Secúdum. Scďo infert,& principiű qdem principij vtiq; erit,ſiquidé oís,ſ.ſcia ſimilitet ſe habeat ad oém cóclusioné, cuius ipſa eſt principium,vt intel ectus ſe habet ad ipſam ſciam. eſt.n.intellectus principiű ſciæ demr̄atiuæ & ſcientia demr̄atiua principiű conclonis. Ergo patét duo & ꝙ intellectus principiorű ſit principiű ſciæ demóſtratiuæ, & ꝙ principiű aliqđ ſit alicuius principij principiű vt intellectus qui eſt principium ſciétiæ demonſtratiuæ,q̄ eſt principium cóclusionis. Verba añt illa, ſi aût oís,legant ſiquidem oís,& ita patet ad oés qónes.

Quæſtio de medio demonſtrationis. Sed circa finem quæritur quid ſit medium demr̄onis pp qd. & dixi pp quid,qm̄ ſyllogiſmus ab effectu ad cám non eſt demr̄o, ſed, vt Phi.inqt,cóiectura. Vbi aiaduerte, ꝙ in demr̄one pp quid tria ſunt, vt Phi. dixit.1.huius,conceſſű,& Cóm. 1. eſt minor extremitas, ꝙ ab aliqbus ſubm cóclusionis dr̄:quæſitű,ꝙ eſt extremitas maior, & cóclusionis p̄dicatum:eſt aût quæſitű aliqñ paſsio cóceſsi, vt ſi demr̄etur de homine riſibile. Aliqñ quæſitű,& genus, vt ſi de hoie corpus demr̄etur. Hinc q̄ritur vtrű in demr̄one pp qd mediű ſit maioris extremitatis definitio, ſiue maior illa extremitas ſit paſsio ſiue quæſitű. Philop. Phi.ita in hoc lib.2.aſſeruit definitionem maioris extremitatis, ſiue q̄ſiti eſſe mediű in demr̄one pp quid:q̄,vt inqt, Ari.declarare pmiſit. Declarauit ét definitioné minoris extremitatis p accidens.principaĺr.n.vt dicit,definitioné maioris intédit. Themiſt. Cap. 31. Huius pónis vr̄ The.in hoc ſcďo. Ariſ ét maxime.cap̄.8.Moueť aût The.qm̄. Ariſ.aſſerit definitioné,q̄ mediű eſt, variari in vnitate p maioris extremi variatione:qm̄,ſi maior extremitas eſt vniuoca,& definitio,q̄ mediű eſt erit vniuoca.Et ſi maior extremitas ē analoga, ét definitio, q̄ mediű eſt, erit talis,mouet ét Phi.vt puto,qm̄ Ari.Aſſerit medium, cám, & definitioné idé eſſe:ꝙ de definitione minoris extremi intelligi nó pót. Tho.& Egi. Alex & Simplici. Hác póné Thomas vir doctiſsimus,& Egidius ſecuti ſunt. Ale.vero & Simp.aſſeruerunt definitioné cóceſsi eſſe medium:q̄ definitioné Ariſ.principaliter in hoc Scďo intendere aiût. Moueť aût authoritate Theophraſti,q aſſeruit principalé huius libri intentioné eſſe de definitione ſubiecti,q̄ mediű eſt. Secundariã vero eſſe de definitione paſsionis. Pro hac parte vr̄ Ariſt.1.huius cap.de vtilitate ſigñatorű p ſe, vbi aſſerit duo ſigñata p ſe eſſe demr̄oni neceſſaria: primum,& ſm. Cap. 25. Alia aût,vt dixit The. ibi,amplificádi exornandiq; cá eſſe, vt ét.Phi.exponit. Rónes pro parte. Per q̄ dant itelligere mediű demr̄onis ēe definitioné ſubti,q a ſic ppó prima erit in ſcďo mó, & ſcďa ppó in primo mó. Pro hac pte ſunt nullæ Ariſt.authoritas in philoſophia,q̄ cű ſint vltra húc librű, p̄termittanť. Pro hac quoq; parte ſunt ét rónes. Prima. Prima quidem, qm̄ paſsio effluit à principijs ſubti: ergo p illa debet demr̄ari. Secunda. Scďo qm̄ propriű non hét eſſe niſi p ſubti eſſentiã: ergo p illã debet demr̄ari. Præterea, quicqd ēe demr̄at,demr̄at ineſſe,vt Ariſt.hic inqt. Sed cóceſsi definitio oñdit rei ſubam & ēe. Ergo demr̄at ineſſe eorű oium q̄ cóceſſo iſunt. Preterea, id,quo oia q̄ſita ſoluunť de ſubto,eſt mediű in eorű demr̄one, ſed ſubi bona definitio eſt,qua oia de E illo q̄ſita ſoluuntur, vt Aſſerit Ariſ. Pro cóſilio horum dicendű q̄ſitum,ꝙ de conceſſo demr̄atur, poſſe accipi,prout actu ſubo vel cóceſſo ineſt,vt ſumeretur ridere:& ſic ſubo cópetit ſoli,non tñ omni & ſemper. Alio modo accipi, prout aptitudine ſubo competit,& ſic nihil aliud eſt niſi ſubm aptű natum vt riſibilitas eſt hó aptus ridere. Vñ defectus luminis pót accipi actu, & ſic eſt accñs ppriű Lunæ, ꝙ ſoli cóperit non ſemp. Et pót accipi aptitudine, & ſic eſt ipſa luna apta eclipſari. Túc diceré,ꝙ ſumendo q̄ſitum actu,ſic cű non fluat ex principijs conceſſi, demonſtrabiť de illo p definitioné q̄ſiti, & non per definitionem ſubiecti: qm̄ cű definitioné mutua conuertiť,non aût cű definitione ſubti:at, cű aptitudinaliter accipiť, ſic, cű nihil ſit niſi ſubiectű aptum,de ſubo demr̄abiť definitione ſubiecti, quoniam definitio illius cű paſsione conuertiť. nihil tñ F prohibet ét definitione paſsionis demr̄ari.ſic igitur dicendű q̄ſitum in actu ſumptű demr̄ari ſolum definitione ſui, & non ſubiecti: & ſic intellexit prima pó,in aptitudine vero demr̄ari pót & definitione ſubti & definitione q̄ſiti: qm̄ cű vtraq; conuertitur. Et ſic intellexit ſecunda pó. hactenus de medio demr̄onis.

Dubi. alia. Tex. 6. Conſequéter dubitať. Nã.1.huius Ari. aſſerit prima principia demr̄onum ſcibilia eſſe p ſe quia ex ipſorű terminorű ſcia. termini vero ſciuntur intellectu, & ſic vult nos cognoſcere principia intellectu,quo & eorű terminos cognoſcimus. Hic autem aſſerit principia ſciri ex memorijs,ſenſibus, & experientijs: & ſic nó ſolo lumine intellectus. & ita videtur nó parua in dictis. Ariſto. contradictio. Præterea Ariſt.1.huius cóclusióes reſoluit ad principia,principia mediata ad immediata, immediata G vero ad terminos,terminos aût ad lumen intellectus. Aſſerit.n.conluſiones cognoſci ex principijs. Mediata vero principia ex immediatis, immediata vero cognoſci ex terminis, terminos vero cognoſci intellectu. Et ſic nunquã reſoluit ad ſenſus, memorias, & experientias.

Solutio. Immediata principia dupliciter ſummuntur. Ad hác dubónem rñderem ſaluo meliori iudicio, ꝙ immediata principia biſariam cóſiderari pñt.ſimpliciter, & neganti. Si conſiderétur ſimpliciter: ſic illa ſcimus ex memorijs,ſenſibus,& ex pientijs,vtputa inductióe ex ſingularibus ſenſib',& memorijs deductis. Scimus.n. omne elñtum ex cótrario fieri, qm̄ oé ꝙ gñatur, gñatur ex cótrario. Vlterius ſcimus oé, ꝙ gñatur gñari ex cótrarijs inductióe ſingularíũ oium, q̄ ſenſibus & memorijs,& ex pientijs colligiť. Et hoc pacto imediata principia ex memorijs, ſenſibus,& ex H periétijs habétur, vtputa cű abſolute cóſiderátur. At ſi cóſideranť reſpectu illa negãtis, ſic reſoluunť ad primas cóes dignitates,& illæ in terminos q intellectu accipiunť, & ſic tollitur contradictio. Hic.n.Ariſ.loquiť de prícipijs abſolute cóſideratis in Primo vero huius loquiť de prícipijs cóſideratis reſpectu negãtis. Hæc de Scďo libro Poſteriorum.

Commentariorum Auguſtini Niphi Sueſſani ſuper Primum & Secundum librum Poſteriorum. Analyticorum, finis.

REGISTRVM
*ABCDEFGHIKLMNOPQ.
Oés ſunt Terniones præter *, & Q, Duerniones.
Venetijs, Apud Hieronymű Scotum. M.D.LXV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMAN.